



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

Jun. 4127 (1)

VARIARVM LECTIO NUM LIBRI AD IVRIS CIVILIS INTERPRETATIONEM.

Εἰσαγωγή Iuris naturalis.	Formula inuestigandæ actionis.
Leges XII. tabularum compositæ.	De usucapionibus.
Actionum loci communes.	De iure singulari.
Quibus iam auctioribus multò, recens accesserunt.	
De testibus.	De sententia & re iudicata.

PER D^o IOANNEM OLDEN
DORPIVM^o

Adiecta est Lex Pomponij De origine Iuris, illustrata scholijs
D. VDAL. ZAZII.

Accessit huic operi geminus index,
Cum priuilegio Cæs. Maiest. ad quinquennium.



C O L O N I A E
APVD IOANNEM GYMNICVM.
ANNO M D. XL.

Handwritten note: This book is deposited in the library of the University of Groningen on 27 July 1827.

SERENISSIMIS ATQUE POTENTISSIMIS PRINCIPIBUS ET DO-

minis, D. Carolo. V. Imperatori Augusto, Et D. Ferdinando Cæsari,

Fratribus, Germaniæ, Hispaniarum, utriusq; Siciliæ, Hierusa-
lem, Vngariæ, Bohemiæ, Dalmaciæ, Croatiæ, &c.

Regibus, Archiducibus Austriæ, Ducibus

Burgundiæ, &c. Comitibus Ha-

spurgi, Flandriæ, &c. Princi-

pibus Opt. Maxi.

S.



I omnium temporum memoriam replicemus, Serenissimi atque Potentissimi Principes, apparebit tandem hoc seculum non tam multis nominibus infelix æstimandū esse, sicut pleriq; aut rerum ignari, aut certe iniquissimi censores, temere pronuntiant, qui quicquid usquā malorū cōiungit ad iniuriā horū temporū referūt. Verū, quādo iniua est in omni re accusanda, prætermisus bonis, uitiorū selectio, cum eo modo, quiduis in orbe Ciceroni uidetur uituperabile, debebāt certe in rebus tam apertis non temere sententiam dicere. Causantur enim bellorum tumultus, dissidia, rixas, fraudes hominum: quasi uerò non ab initio ista fuerint, & plura, & pernitiosiora. Proinde, si ueriores consilio earum quoq; rerum rationem ineamus, quæ ueram felicitatem adferunt, & quibus ademptis, omnia sunt miserrima: certè seculum istud, cum aureis illis Augusti Cæsaris temporibus conferendum fuerit bonis conditionibus. Sed cum maxima felicitatis pars sit, nosse ipsam felicitatem, magnopere cauendum est: ne uel extollamus, uel damnemus id, quod ignoramus. Qua in re primum omnium illud perpendi oportet, hominem ad DEI cognitionem esse creatum, dataq; multifariam dona quæ ad eam nos perducerent: qualia sunt linguæ & omnia disciplinarum genera. Iam quis ignorat, aut quis uel impudens negare possit, nullo unquam seculo bonas artes fuisse puriores, quàm nunc Diuina prælucente uerbo tradantur: Et profecto erant hæc studia, superiorū temporum iniuria miserrimè corrupta: sed cum primis Ciuilibus disciplina, quam simplici ueritate certam in Republica retinere oportebat, tam uarijs disputationum inuolucris lacerata fuit, ut ne nomen quidem ipsum Iuris agnosceretur. Quod malū duplicabatur codicibus adeò deprauatis, ut nulla propemodum Lex menda careret. Idq; A. M. Tua, maxime Princeps Carole, in Pandectis Iustinianeis ab excellentissimo Gregorio Haloandro restituitis, uerissimè commemorat. Atq; haud scio an ullum priuilegij diploma rectius, quàm in rem tam præclaram, utilem ac necessariam collocare potuerit, immortalī certè nominis commendatione. Circumferuntur enim nunc Romanæ Leges, Imperatoriæq; Constitutiones, genuinæ puritati restitutæ: suppleantur (quoad fieri potest) omnia quæ hætenus in grauissimis atq; præscis Iurisconsultorum responsis desiderata sunt. Quid rogo splendidius? quid felicius fuit unquam? Quæ nam Gens multis retrò annis talem uidit gloriam? Profecto lapideum cor fuerit, quod non exulteret in tam magnis DEI beneficijs: cum uideamus omnia bonarum literarum studia ex durissima captiuitate uelut postliminio ad nos rediisse, doctissimorū uirorum quibus Germania uestra nunc scætet, opera. In hoc autem tam felix seculum, Diui Principes, ut omnia sibi pulchrè responderent: DEVS omnipotens uestra destinauit Imperia, quemadmodum olim cum filium suum redemptorem nobis donaret, opimum Augustum præesse uoluit. Habet nunc Christiana Respublica literis ornata, Principes longè ornatissimos. Et quandoquidem Cicerone grauissimè probat, talem semper fuisse Reipublicæ statum, quales eam Principes gubernarint: nihil ambigendum est, quin optima uiuendi conditio sub uestra omnibus modis inclyta monarchia (propitio CHRISTO) ut hætenus fuit, futura quoq; sit semper melior. Neq; uerò plura quæ huc pertinent addo: quoniā tantorum Principum ea solet esse magnanimitas, ut maluit subditos sentire, q̄ audire ipsi uirtutis suæ cōmendationem. Interim uerò qui sic inculant hæc tempora, qui infelicissima temerè cōdemnāt: qui discordias hominū & Iuris neglectum queruntur: hi primum meminisse uelint mūdum esse, qui semper aliquid molestiarū habet ut cœlestia potius ambiamus, quæ summū bonū adferre possunt. Deinde, dum tēpus fal-

A a sus im-

E P I S T O L A.

sis impendant querelis, prodeant potius in medium, & pro uiribus opem suppediet, ut fruamur his DEI donis, quibus unaquaq; Respublica melior fieri possit: hoc est, ut iuuentus bonis artibus educetur, ac solidis Iustitiæ præceptis ad rectè uiuendum imbuatur. Et tum paulatim experientur secundum huius temporis felicitatem, uidebuntq; meliorem in maxima rerum humanarum uicissitudine. Alioquin quid stultius, quàm perfectissimam omnium rerum aut subitam nimis emendationem optare? perinde ac si ex maxima bellorum calamitate, sic uelimus omnia protinus esse reparata, quasi nunquam bellum fuerit. Ea quæ longo tempore luxata sunt, non possunt uno statim aut altero anno redintegrari. Qua in re ut ego quoque secundum talenti mei gratiam, quamuis operæ parum; animi tamen congratulabundi qualescunq; argumentum adicerem, tabulas hæc Diuini & humani Iuris in manus sumpsit, atque in his animaduerti ueras honestè uiuendi formulas esse reclusas, sine quibus impossibile fuerit, aut Romanas Leges, aut quaslibet fori disputationes intelligere: & ne quidem umbram Iustitiæ sine his perspicere posse, nemo sanæ mētis negauerit. Igitur si quo possim modo hæc studia iuuare, tentandum duxi, etiam si conatus mihi perire possit. Nam & hoc ago, ut doctiores uiros ad tam pulchrum laborem Reipublicæ præstandum inuitem. Cæterum, cur A. ac C. M. V. hoc, quicquid sit, operis nūcupauerim, quorsum attinet inire rationem? Quid enim non deceat summos Principes? Quid meo non incumbat ad eorum gloriam obsequio? Imò quos alios poterat hic libellus meliores inuenire patronos? Sed & in ea sum opinione, idq; omnes boni uiri mecum expectant: A. ac C. M. V. post bellicos aduersus immanes hostes triumphos, hanc quoq; gloriam adepturas: ut abolitis in Ciuili disciplina perniciosissimis altercationibus & argutiæ pugnibus, immortale commodum hoc sit ad omnes uestri Imperij subditos rediturum: ut uel semel constet aliquantò certius, quid pro Iure seruari oporteat. Nulla enim re magis, quàm Legum interpretandarum inconstantia, solent Respublicæ conquassari. Cuius rei tantis principibus exempla exhibere, qui orbis statum quotidie uident, indecorum puto. Interim ut CHRISTVS ad hanc ceptā multarum rerum felicitatem A. ac C. M. V. multos in annos Reipublicæ conseruet, orabimus omnes.

A. & C. M. V.

Subditissimus

Ioannes Oldendorpius
minimus Iuris doctor.

IURIS NATURALIS, GENTIVM, ET CIVILIS

ἡσυχαστῆς seu elementaria introductio.

QVARE IURIS PRVDENTIA PRAE CAE- teris artibus tam uideatur obscura.

TITVLVS I.



SAEPE ego miratus sum, & uideo passim multos ambigere, quam ob rem Iuris disciplina praeter ceteris artibus tam uideatur obscura, ut plerique uel à limine statim terreantur, & nonnunquam desperatione quadam ab hoc studio discedant: Tum & illud quaesitum esse scio, qui eueniat, ut cum Iurisprudencia peculiariter pertineat ad politicae cognitionem, quòd iuuentus ad Academias magnis sumptibus ideo destinari soleat: ut spes eos pulcherrima foueat, posse Rempublicam in partibus illis credendis, recte gubernari, sicut Iustinianus dicit in proemio Instituti. contingere tamen plerumque uideamus, quòd domum tandem redeuntes, nihil sciant minus quàm quae ad publicum pertineant statum, uideanturque cum ad consultationem peruentum fuerit, ab analphabetis facile uinci: quanquam de priuatis rixis sexcentas possint citare Leges uno spiritu, ut Erasmus dixit: sed tamen nec illas recte intelletas. In summa, muti sunt in serijs rebus: in argutijs loquacissimi. Quid autem est causae?

Ad has quaestiones, quarum altera trahit alteram, ut primum recte respondeam: deinde, ut inuidiam euitem, quasi cuiuslibet nomen suggillare uelim, quod longe à me sit alienum Ciceronem ipsum adhibebimus authorem ut nodum soluat. Is enim de Legibus & arte boni & aequi grauissimè disputans (quem locum in hoc libello accipe semper, nisi alium citauero nominatim) Sed Iureconsulti (inquit) siue erroris obijciendi causa, quo plura & difficiliora scire uideantur: siue (quòd uerisimilius est) ignoracione docendi (nā non solum scire aliquid artis est: quaedam ars etiam docendi) sepe quòd positum est in una cognitione, id in infinita disputantur. Et infra: Nam ueteres (ait) uerbotenus acute illi quidem, sed nō ad hunc usum popularem atque ciuilem, de Republica disserabant.

Audis: quānam sit causa tantarum tenebrarum, quas nō Leges ipsae, sed homines offundunt nobis. Primum, quia nō recte docuerunt ab aliquot annis, partim uana ambitione gloriae, partim ignorantia seducti. Tum, id quod in una ac simplici cognitione erat, in infinita torserunt, ut nulla hominis aetas sufficiat nunc lectioni uel solius Baldi aut Iasonis. Deinde, quoniam non obseruarunt forum, hoc est, traditiones suas non exegerunt ad usum foresem, nec perpenderunt quid huic seculo cōueniret: quid obseruatum esset: quid mutatum aut abolitum uideretur, idque breuiter. Denique, quod non adhibuerunt methodum, sed omnia confuse tractarunt. Imò in quibus maxima uis erat gubernandae Reipublicae & Legum interpretandarum, de his aut nihil, aut erronea tradiderunt. Contra quae oblitteranda potius erant, scripserunt sapientius, ordinem plane inuertentes. Et hoc est quod Cicero detestatur: Quam ob rem (inquiens) quòd me uocas: aut quid hortaris: ut libellos conficiam de stillicidiorum ac de parietum iure: An ut stipulationum & Iudiciorum formulam componam: Et paulò post: Non ergo (ait) à Prætoris edicto, ut plerique nunc: neque à XII. tabulis, ut superiores: sed penitus ex intima philosophia hauriendam Iuris disciplinam puto.

Hanc autem admonitionem Ciceronis si utcumque calumniari, quis tētauerit, quasi non ad recenciores Iurisperitos, sed ad ueteres Romanos pertineat: certe is non ibit inficias, homines quidem mutatos esse tempore, sed rem ipsam manere eandem. Quare, si grauissimi olim uiri apud Romanos omnium studiorum parentes errauerint in arte docendi: cur non multò magis posteriores Leguleios erroris suspectos facere liceat: quod totam Iurisprudenciam genuina quadam simplicitate praestantem, tantis opinionum rixis obscurauerint.

Vt igitur emendemus hunc errorem, ante omnia fugere oportet uanam rixandi libidinem, scilicet res Ciuiles tum publicae, tum priuatae, magna grauitate atque ad captum iuuentutis simpliciter & crasse tractentur. Deinde, methodus seruanda fuerit, ut prius fontes, quam riuuli perspiciantur: & prius Diuini, quàm humani Iuris formulæ concinna quadam breuitate studiosis proponantur. Refert Atticus apud Ciceronem de Legibus disferentem: Gel-

D E I V R E

lium quendam cum Proconsul ex Prætura in Græciam uenisset, & Athenis philosophos qui tum erant, in locū unum conuocasset: ipsis magnopere authorē fuisse, ut aliquādo controuersiarum aliquem facerent modū. Quod si essent eo a nimō, ut nollent ætatē in litibus cōterere, posse rem cum eis conuenire, & simul operam suam illis esse pollicitū, si posset inter eos aliquid conuenire. Sed quid, si quis nunc quoq; idem tentaret? Certe ab omnibus derideretur, tametsi nihil esset Reipublicæ futurum præclarior, nihilq; utilius, si impetrari posset. Non est autem sperandum sine maximorum Principum interuentu.

D E I V R E N A T V R A L I T I T V L V S I I.



Methodica ratio exigit, ut Iuris interpretationē à Iure naturali exordiamur. Siquidē naturæ norma distingui Legem bonā à mala, Cicero rectissimè tradit. Et cum palàm sit, ab infinitis ad finita nullā cognitionē subsistere: necessariū fuerit docenti & discēti Romanas Leges, ut omnes earum partes, totamq; Ciuilis disciplinæ cyclopediam in paruū quendā & angustū cōcludat naturę locū, à quo reliqua paulatim procedentia hominum sancita faciliè tractari atq; intelligi possint.

Itaq; primum percipiamus uim horum uerborum, Natura, Lex, Ius, Iustitia, ne labamur interdum errore sermonis, ad quem omnia quę dicentur, sunt referenda. Verendū enim est committere, ut non benè prouisa & diligenter explorata principia ponantur.

Naturam itaq; hominis sic intelligi probat Cicero: ut Legem ex ea nō opinionibus, sed summa quadā uirtutis ratione metiendā existimemus. Certè, parum aberat à cognitionē ueri: lumen duntaxat rationis secutus, cum DEI cognitionem non haberet Cicero. Proinde naturam hoc in loco accipi oportet pro DEO ipso: qui est causa prima, à quo omnes causę profluxerunt. Porrò, natura *φύσις* dicta est ab eo, quod aliquid nasci faciat, cuius proprietatē causamq; non inuenimus, præterquam quod ita natura comparatum sit.

Cæterum, Iureconsulti, naturæ uocabulum secundum subiectam materiā uarijs modis transferunt ad significandam, aliàs uim seu inclinationem, aliàs consuetudinem seu motum necessarium in omnibus animalibus, nedum in homīne, ut infrà dicitur.

Lex magis uidetur Ciceroni à deligendo dici, q̄ à distribuendo. *νόμος* Græcis appellatur. Nam ut illi æquitatis (inquit) sic nos delectus uim in Lege ponimus, & proprium tamen utrunq; Legis est. Potest autē duobus modis fieri mentio Legis: Altero, secundū propriā atq; perfectā significationem. Et sic Lex est notitia naturalis à DEO nobis insita, ad discernendum æquū ab iniquo. Vnde dicitur aliàs mens uel ratio recta: aliàs naturæ uis: aliàs regula seu norma Iuris & iniuriæ: quæ omnia tamen eodē tendunt. Altero modo populariter (ut Cicero uocat) nuncupamus Legem, quæ scripto sancit quod uult, aut iubendo, aut uetando. Ita uulgò Lex accipitur in. l. Legis uirtus. ff. De Legib. & ferè per reliquos libros Iuris.

Ius deniq; idem est quod Lex, à iussum per apocopen dictū, quoniā propriè nihil aliud est, q̄ quod natura iubet sequi aut uitari. Quāq; uulgò sicut & Lex, Ius etiam adpelleretur, quicquid uel Gens, uel Populus, uel cōsuetudo iubet. Quoties igitur audis has uoces, Lex, Ius, Iustitia: statim cogita te Diuinū aliqd atq; excelsum audire, hoc est, uerā & à DEO ipso dictatā honestatis formulā. Loqr̄ de propria significationē, & eminentissima istorū uerborū potestate.

Iustitiam Cicero interpretatur obtemperatiōnē, primū, Iuri naturali, deinde scriptis Legibus institutisq; populorum. Ex quo satis intelligi potest diffinitio, quā tradit Vlpianus in tit. De Iustit. & Iur. Et post hunc Iustinianus Instit. eod. tit. Iustitia est constans & perpetua uoluntas, Ius suū cuiq; tribuendi. Quam Philippus plenā eruditionis appellat, ut est certè. Nam Iuris nullus est usus, nisi per uoluntatē quæ obtemperat rationi dictanti Legis formulā: sicq; prodit in mediū: nunq̄ est ociosa: semper refertur ad aliū: neminē lēdit: tribuit cuiq; suum, cōstanter & perpetuo: abstinet ab alieno: impartit libenter alijs, unde etiā in distributiua & commutatiua diuiditur. Profert enim tales ac tam uarios in Republica fructus, ut Iustinianus eā meritò præferat omnibus uirtutibus. Nouell. Vt omnes obedi. Iudici. in princ. Quod Accursius non percipiens, prorsus inuertit. Instit. De Iusti. & Iur. dū dicit: Ius esse executionē Iustitiæ. Imò, Iustitia est executio Iuris per uoluntatem producuntem ad opera honestatis.

Illud summopere cauendū est: ne cū audis mētionē fieri naturę, uertas cogitationē ad incorrup-

N A T V R A L I

corruptam hominis naturā, qualis fuit ante peccatū originis. Nam nos loquimur de præsen-
ti statu post lapsum Adæ, & inde exordimur Iuris naturalis formulas, quoniā nec antea con-
gendis Legibus opus erat, quā in hac fragilitate & mundi inconstantia. Quorsum enim at-
tinet ex summa perfectione paradyfi, nostram corruptam metiri politiā? Quod multos ad
insulas opiniones de communione rerum perduxit.

Videamus itaq; nunc quid sit Ius naturale. Vlpianus in. l. j. ff. De Iusti. & Iur. Ius natura-
le est (inquit) quod natura oīa animalia docuit. Nam Ius istud non solū humani generis pro-
priū est, sed oīm animalīū quæ in terra, quæ in cælo, quæ in mari nascitur. Hunc sequitur Iu-
stinianus Instit. De Iur. natur. Gent. & Ciuil. Sed ualde abutitur ibi uocabulo Iuris: cū in bru-
tis nulla sit ratio. Igitur nullum Ius. Magis autem diffinitur adfectus & inclinatio naturalis q̄
Ius aut Lex. Itaq; ex tot generibus (inquit Cicero) nullū est animal præter hominē, q̄ habeat
notitiā aliq̄ Dei. Et paulo superius. Solū est em̄ (ait) ex tot animantium generibus atq; naturis
particeps rationis & cogitationis, cū cætera sint oīa expertia. Proinde, nisi hęc diffinitionē
sic accipias, tota uia errabis, & nunq̄ Iuris cognitionē rectē obsequēris. Neq; uero rarū est, ut
ꝑba aliquāto crassius accipiātur in Iure Ciuil. l. Cū unus, In princ. ff. De alimē. & cibari. lega.

Cæterū Ius uel Lex naturæ, secundū Ciceronē proprie sic rectē diffinitur: Est ratio sum-
ma insita in natura, q̄ iubet ea quæ faciendā sunt, prohibetq; cōtraria. Apostolus Rom. 2. hoc
modo colligit: Est in Gētibus cōscientia factum accusans uel defendēs: Est igitur Lex. Quasi
dicar: Cōscientia cuiuslibet indicat, num bene an male fecerit, etiā homini planē agresti & indo-
cto. Sed tale iudiciū nō potest fieri in cōscientia sine aliqua formula Legis, q̄ indicet in corde
hominis esse iustū aut iniquū id quod fecit. Ergo est in homine Lex, q̄ etī nusquā ex scripto
legit, habet tamē à DEO insculptā ad formādos mores. Cicero quoq; lumine naturali perce-
pit hanc cōscientiā seu Legē naturalem ferē simili argumētatione: Itaq; (inquiēs) pœnas ha-
bent: nō tam Iudicij (quæ quondā nusquā erant, hodie multifariā nulla sunt: ubi sunt, ficta ta-
mē persæpē & falsa sunt) q̄ ut eos agitent insectenturq; furia: nō ardētibz tædis (sicut in fabu-
lis) sed angore cōscientiæ fraudisq; cruciatu. Et hoc est quod dici, nec intelligi ab omnibus so-
let: Cōscientia, mille testes. Cōscientiæ Iudiciū, nō fallitur. Nosce teipsum. Et cætera id genus.

Huc accedit, & uerā adfert Iuris naturalis descriptionē id, q̄ Iustitia, dicit in. §. penult.
Insti. De Iur. natur. Gent. & Ciuil. Sed naturalia quidē Iura (inquiēs) quæ apud oēs Gētes per-
æquē obseruātur: Diuina quadā prouidētia cōstituta, semper firma atq; immutabilia perma-
nēt. Vbi nam sunt talia Iura per Diuinā prouidētiā constituta? Certē in corde & mēte homi-
nis, uelut in q̄busdā uiuis tabulis ad imaginē Dei creatis. Prouidebat em̄ clemētissim⁹ pater,
nihil æquē in hoc mundo homini opus esse, q̄ regulis atq; principijs quibusdā rectē uiuendi,
quæ præter eū nemo dare posset. Vnde Paulus rectē in. l. j. ff. De acquir. rer. dñi. Et q̄ (inqt)
antiquū Ius Gentīū, cū ipso genere humano proditū est. Quod Paulus appellat Ius gentīū, id
Iustinianus rectē uocat in dicto loco Ius naturale: Commodius est itaq; (ait) à uetustiore Iure
incipere. Palam est autem, uetustius esse Ius naturale, quod cum ipso genere humano rerum
natura prodidit. Accursius interpretatur Ius naturale, hoc est, DEVS, nec unq̄ in toto Iure, aut
uerius aliquid dixit, aut plura uno uerbo complexus est, quanquam uim non intelligeret,
distinguens inter Ius Diuinum & naturale, quantum ad mores attinet.

Ex his apparet euidentē: Iurisconsultos appellatione Iuris naturalis multū abusos fuisse:
quemadmodū etiā Cicero: Nā nec arboris (inqt) nec equi uirtus (q̄ dicitur, in qua abutimur
nomine) in opinione sita est, sed in natura. Alioq; si brutis aīalibus Legē aut Ius tribuas, neces-
sariō tribuitur etiā ratio, ac per consequēs ex brutis homines, ex hoībus bruta facies aīalia. Et
hoc quidē Doctores nostri nō dijudicāt, cū ineptissimē distinguūt inter Ius naturale prima-
riū & secundariū: uolētes utiq; ut aliqd Ius habeamus cū brutis cōmune, scilicet ut egregiē ob-
brutescam⁹: adeo cæcus est per oīa captus humanus, nisi Diuino p̄scripto tenaciter adhereat.

Semper igitur memēto (ut iterū inculcē) cū audis hęc ꝑba Lex, Ius, Iustitia, Iurisprudētia:
erigendā esse cogitationē ad excelsam quandā soli homini à DEO donatā uirtutē: cætera uerō
aīalia hominis causa esse creata, in q̄bus tæctsi inclinationes quædā sunt & sensus cū hoībus cō-
munes: nulla tamē ratione p̄dita sunt; nulla honestatis formula: nihil deniq; Iuris habēt. Cice-
ro elegāter. Quib⁹ em̄ (inqt) ratio à natura data est: n̄sdē etiā recta ratio data est. Ergo & Lex:
q̄ est recta ratio in iubēdo & uetādō. Si Lex, Ius q̄q;. At oībus ratio: Ius igitur datū est oībus.

D E I V R E

Iurisconsultis uerò, q̄ aliquatò in hac materia licētius sint locuti: fortè ut deseruiret teneris studiosorū ingenijs, & populariter rē explicarent, facile cōdonandū est: p̄sertim, q̄ hanc sermonis inconcinnitatē & abusum, alijs respōsis grauius refarciūt, & ad uerū sensum reformāt. Sicut ipse Paulus longè aliter sentit de Iure naturali in. l. Si unus. §. Pactus. ff. De pact. Quia in re cū superioris tēporis interpretes nullā phrasis certā rationem obseruarēt: infinitis erroribus inuoluti sunt: sicut ferè ex ignoratione principij, tota series materiæ solet obscurari.

Cæterum natura hominis ex Adæ lapsu adeò corrupta fuit, ut uix igniculi remanerent, ex quibus tam magnifica Diuini & naturalis Iuris bonitas agnosci posset. Obscurata em̄ fuit ratio naturalis, & extenuata per inobedientiam primi illius parentis & imposturam Sathanæ. Et cum ratio dominari debeat, ac secūdam formam honestatis uoluntatem manuducere: cōtrarium euenit, uincitq̄ frequenter carnalis uoluntas prona ad malum. Vnde fit, quòd Iurisconsulti sæpè, naturam hominum pro corruptela tali accipiunt. Vlpianus in. l. Item si unus. §. Principaliter. ff. De recept. arbit. Quia res (inquit) ferè sine exitu futura est, propter naturalem hominum ad dissentendum facilitatem. Item, Iustinianus in. l. ij. in princi. C. Quand. & quib. quar. pars debet. lib. X. Naturale quippè uitū est (ait) negligi, q̄d cōmuniter possidetur.

Ob hanc autem corruptam naturam introductæ sunt pœnæ, quibus mali coërceantur, ne peccent seu delinquant faciliter. Qui enim iuste agere propter naturalem Legem summamq̄ bonitatem non expetit, quiq̄ obtemperare non uult rationi in qua sunt honestatis formulæ, quas intelligit quidem dictante conscientia, sed contemnit: is rogo quid spectabit, quid timebit, si pœnas adimamus? Certè nihil: sed irruet in omnia flagitia. Nam quid faciet (ait Cicero) is homo in tenebris qui nihil timet nisi testem uel iudicem? Quid in deserto loco nactus, quem multo auro spoliare possit imbecillum atq̄ solum? Alioqui uir bonus, qui Iuri naturali obtemperat, & uoluntatem suam illi conformem facit eamq̄ sequitur, unde & Iustitia uirtus dicta: is omnibus pœnis exemptus est, nec timet, sed amat Magistratum uelut honestatis conseruatorum, Roma. XIII. Ideoq̄ nullas bonorum utilitates, æquitati naturæ præfert: neminè sciens lædit, & uerè iustus est, quatenus ad politicam uitam attinet. Rectèq̄ Socrates execrare eum solebat, qui primus utilitatem à natura seiuuissit. Id enim querebatur caput esse exitiorum omnium, ut Cicero refert. Et rursus Isocrates eleganter Leges appellat cancellos quosdam flagitijs hominum circumdatos, ne transilient mali. Quod ideo toties dico, ut intelligas pœnas, defensiones legitimas, ex natura esse, sicut & Magistratus.

Ex prædictis quoq̄ sequitur, uerissimum esse quod Cicero dixit: Constituendi Iuris, ab illa summa Lege capiendum exordium, quæ seculis omnibus antè nata est, quàm scripta Lex ulla, aut quàm omnino Ciuitas constituta. Errare autem Accursium cum suis, qui uerba Vlpiani in. l. j. ff. De Iustit. & Iur. pronunciat improprie accipiēda: Iuri operam daturum, prius nosse oportet, unde nomen Iuris descendat. Oportet (ait Accursius) id est, decet. Profecto si ullo in loco Pandectarum significatur necessitas, maximè omnium hic absolutam necessitatem indicare nobis Vlpianus uoluit: uidelicet neminem unquam rectè daturum operam Iuri Romano, nisi prius noscat fontes & principia eius. Loquitur autè ibi quoq̄ uulgariter: sentiens Iustitiam esse uirtutem, quæ cum Lege naturali sic semper cohæreat, ut propemodum Ius à Iustitia dici uideatur, neq̄ sit operæ precium de temporis (ut dicūt) prioritate, aut de uerborum structura, tam curiosis argutijs disputare, ut quidam faciunt. Per se igitur (ait Cicero) Ius est expetendum. Quod si Ius, & Iustitia. Et paulò superius: Est enim (inquit) unum Ius, in quo deuincta est hominum societas, & quod Lex constituit una. Quæ Lex est recta ratio imperandi atq̄ prohibendi: quam qui ignorat, is est iniustus, siue est illa scripta uspiã, siue nusq̄.

Breuitè, Lex est sententia, qua tum percipiuntur, tum mala prohibentur. Ius est autoritas seu facultas agendi secundum Legem. Iustitia, est uirtus perducens ista ad exercitationem. Complectitur enim hæc. Administratorem esse & distributorem tum publicè tum priuatim, secundum uniuscuiusq̄ dignitatem: patrios mores seruare: scriptis Legibus obsequi: ueritatē colere: Religionem conseruare ante omnia: & singulis se æquum exhibere. Hæc enim sunt præcepta Iuris naturalis reducta in compendium. §. penult. Instit. De Iustit. & Iur.

Sed dices: Quænam sunt istæ formulæ Legum seu notitiæ naturales? Respondeo: Tractabuntur in Diuinis tabulis quas paulò post uidebis, explicato prius Iure Gentium & Ciuil. Et hæcenus de Iure naturali.

DE IURE GENTIVM
TITVLVS III.



Ulpianus in. l. j. §. ult. ff. De Iusti. & Iur. Ius Gentium (ingr) est, q̄ Gentes humanę utuntur: q̄d à naturali recedere, facile intelligere licet: quia oibus illud animalibus, hoc solis hoibus inter se cõmune sit. Põponius in. l. ij. adijcit exēpla: Veluti erga Deū religio: ut parētib; & patrię pareamus. Iustinianus Insti. eo. tit. rebusissimē sentit: Ius Gentium eadē ratiõē generaliter dici, qua Ius Ciuile in specie n̄cupatur. Nā sicut à Populo alicuius Ciuitatis tractū est nomē Iuris Ciuilis: Ita Ius Gentium ab oibus Populis uocatur. Quod uerò naturalis ratio (ait) inter omneis Gentes constituit, id apud oēs Populos peręque custoditur: uocaturq; Ius Gentium: quasi q̄ Iure oēs Gentes utuntur.

Illud diligentissimē obseruandū est, q̄d multis errādi causam dedit: Ius Gentium: aliās accipi apud Iurisc. pro uero naturę Iure: aliās pro eo Iure q̄d plurima hominū pars ubiq; recipit. Quod nisi rectē discernas, nunq̄ peruenies ad uerā Iuris cognitonē. Veteres em̄ rati sunt, quicq̄ ab oibus Gentibus pro Iure seruaretur: id quoq; ex naturali ratione productū fuisse. Cum nō crederent, oēs homines in deligendo Iure, prorsus errasse. Hoc modo loquitur de Iure Gentium Ulpianus in loco citato, iuxta exempla Põponij, & quidem rectē in. l. Veluti. l. Ut uim. Et. l. Ex hoc Iure. ff. De Iust. & Iur. Iustinianus in. §. Venditę. Insti. De rer. diuis. Religio enim erga DEVM, pietas in parentes, cognatio inter oēs homnes, uerē sunt Iuris naturalis: q̄d quia solis hominibus cõmune est, Ius Gentium uocat. Ceterū in. l. Manumissiones. ff. dict. tit. quatenus loquitur de effectibus, & prędura seruitutis forma: si accipias Ius Gentium naturali ratione constitutū esse: errabis tota uia. Nā ea seruitus pugnat cū Iure naturali, rectēq; fuit emendata. Quāq; tolerabilis seruitus, quali nūc utimur, secundū naturā est, ut grauiter probat Aristoteles in Politicis: nec id negat Ulpianus in eadē. l. Manumissiones, si ex æq; & bono intelligatur, collatis aliūde sentētijs suis. Neq; em̄ ex uno statim dicto, totus Ulpianus iudicari potest, q̄d sentiat de Iure naturali. Videndū enim etiā est qd alio in loco dicat. Accipitur ergo ibi Ius Gentium pro Iure q̄d omnium gentium autoritate passim receptū fuit ubiq;.

Quare cum audis hanc uocem, Ius Gentium, non semper exaudiendum est Ius naturale: sed plerunq; Ius humanum, ut Lilius rectē appellat. Neq; enim sequitur: Gentes id constituerunt, aut in usum admiserunt: Ergo est Ius naturale aut æquum. Imò, sæpē iniquissimū est. Ego sanē multū tribuo humanę autoritati, sed non præfero eam naturę. Audiamus Ciceronem sic differentem: Iam uerò stultissimū illud existimare: omnia iusta esse quę sita sunt in Populorū institutis, aut Legibus etiā. An si quę Leges essent Tyrannorū: si triginta illi Athenis Leges imponere uoluissent: aut si omnes Athenienses delectarentur Tyrānicis Legibus: non idcirco hæ Leges iustę haberentur? Et paulò infrā: Quod si tanta potestas est stultorum sententijs atq; iussis, ut eorū suffragijs rerū natura uertatur: cur nō sanciant, ut quę mala pernitiosaq; sunt, habeantur pro bonis ac salutaribus? aut cur, cū Ius ex iniuria Lex facere possit, bonū eadem facere non possit ex malo? Atqui nos Legū bonā à mala nulla alia nisi naturę norma diuidere possumus. Aristoteles lib. Poli. ij. Qui Legē (ait) uolūt Ciuitati dominari: hi uidentur DEVM ac Leges dominari uelle. Qui uerò hominē dominari uolūt: hi beluā præficiunt. Legem accipi uult, pro naturali ratione Diuinitus indita, ex qua ducatur certa uiuēdi forma. Per hominē intelligi solā autoritatem humanam, quia sic placeat, sic receptum sit. Non uerò quod Magistratum damnare uelit, quem mirum in modum extollit ubiq;.

Exēpla multa uidebimus in XII. tabulis. Et sunt passim in libris Pandectarū, de inhumanißima seruitutis forma, scilicet q̄ homo ad imaginē DEI creatus, cõparatus sit planē brutis animalibus, potueritq; olim impunē occidi. Inst. De his q̄ sunt sui uel alien. Iur. Neq; em̄ mirum est, Gentes aliquādo à uero declinasse, nec fuisse q̄ faceret bonū, & ne unū quidē, ut Dauid dicit: quia adfectibus obcæcata fuit ratio naturalis, & ad beluinā ignauā tracta. Magno igitur iudicio perpende ea quę de Iure Gentium legis: nec statim opinare, Ius naturę immutatū esse, sicuti uideas ab Imperatoribus aut à cõsuetudine aliqd aboleri, q̄ apud Gētes seruati cõmuniter fuerit. Est enim lōge alia doctrina, quatenus Ius naturale sit immutabile, q̄ alias tractabimus. Illud tantum nunc admonuerim: q̄ Ius aut Legem naturalem ex opinione multorum: metiri, docere, aut discere, dementis est, ut Ciceronis uerbo: Nisi communem rationis intelligentiam quam DEVS nobis indidit, uelut normam mathematicam sequamur,

DE

DE IURE CIVILI
TITVLVS IIII.



VS Ciuile quid sit & quatenus ualeat, nemo grauius descripsit quam Vlpianus. ff. De Iustit. & Iur. Ius Ciuile (inquiens) est, quod neq; in totum à naturali Iure uel Gentium recedit, neq; per omnia ei seruit. Itaq; cum aliquid addimus uel detrahimus Iuri cōmuni: Ius proprium, id est, Ciuile efficimus. Rectè quidem ille. Nam Ius Ciuile nihil aliud est quàm determinatio Iuris naturalis, ut Philippus dicit. Si igitur recedat in totum à naturali ratione, nō determinat, sed magis adtingit aliquid incognitum natura, hoc est, ut Aristotelis uerbo utar, quod nullam causam in natura habet. Ergo non Lex, uerum tyrannis est censenda. Ex diuerso, si per omnia deseruiat naturæ, si idem dicter quod communis sensus & formula, iam non Ciuilis, sed naturalis Lex est.

Hoc modo si omnes Titulos Iuris, & sub Titulis Leges (loquendum enim nunc populariter est de Legibus) expendas diligenter: comperies nullam propemodum functionem esse, quæ non aliquo modo ad naturæ perpendicularum respondeat, quæ non aliquam radicem ex naturalibus notitijs trahat. Et hæc est uis & potestas Legis Ciuilis, de qua admonet nos Celsus in. l. Scire Leges. ff. Ge Legib.

Papinianus ostēdit Ius Ciuile ex partibus eius. ff. De Iusti. & Iur. Ius autem Ciuile (ait) est, quod ex Legibus, Plebiscitis, Senatusconsultis, decretis Principum, auctoritate prudentum uenit. Has partes declarat Iustinianus Instit. De Iur. natura. Genti. & Ciuil.

Dicet aliquis: unde tam diuersa Iuris constituendi forma? Respondeo: Gentes primum omnes, & subinde Romana quoq; Respublica, multis ac diuersis politiæ speciebus usæ sunt, quas uarijs Legibus uelut nauem aliter in serenitate, aliter in tēpestate, gubernare oportebat. Inde prodijt Legum uarietas quantum ad authores & causam efficientem attinet. Sed quid est Politia? Respondeo: Politia est legitima ordinatio Reipublicæ, secundum quam alij præsumunt, alij parēt: cuius tres sunt species, uidelicet Regnum, Aristocratia, Populare imperium: quas in Romana Republica (nam ad illius exemplum omnes alias etiam nunc exigere possumus) euidenter ostendemus in Lege Pomponij. Interim tamē propter tyrones Iuris, summo digito rem attingemus.

Regnum, est monarchia seu unius principatus, administrantis Rempublicam ad utilitatem communem. Hac politia usi sunt Romani primo & postremo tempore, nos etiam nunc utimur sub optimis Principibus. Inde factæ sunt constitutiones, decreta seu placita Principum, quæ sunt in Codice & in lib. Nouellarum. Hæc politia cum degenerat, hoc est, cum ad propriam utilitatem tendit, nihilq; administrans quærit aliud, quàm suis adfectibus deseruire: tunc conuertitur in Tyrannidem, non tam regni quàm Regis uitio, ut dixit Cicero. Tales aliquando DEVS orbi dedit, ut interim re ipsa agnoscerentur boni Principes. Quid enim ant maduertissent Romani, & quid posteritas recordaretur, Octauium Augustum fuisse optimum moderatorem: nisi Neronem quoq; pessimum experti fuissent.

Aristocratia, est paucorum optimatum Principatus, qui administrant omnia ad utilitatem publicam: qualis fuit Romæ, cum Senatus summa auctoritate, Ciuitatis statum gubernabat, nihilq; præter Populi dignitatē aut domi aut foris spectabat. Quo tempore factæ fuerunt Leges & Senatusconsulta. Hæc quando corrumpitur, relata scilicet administratione ad utilitatem potentium, contemptis tenuioribus, tunc fit ἀλιγασχία, qualis fuit tempore Syllæ.

Populare Imperium est, cum summa potestas penes Populum seu plebem censetur, nihilq; nisi eorum scitu & nomine fieri potest. Qualis sæpè fuit Romæ, abdicata prorsus omni patrum auctoritate. Et eo tempore facta fuerunt Plebiscita. Hæc species ferè semper degenerare solet, ut uulgus auctoritatem suam conferat ad augēdam potentiam tenuiorum ciuium contra optimates, sub prætextu defendendi: unde tandem seditiones nascuntur & multa mala. Nostro tempore in rusticis horribile uidimus exemplum. Aristoteles appellat talem ambitionem imperandi & corruptum statum, δημοκρατία.

Prætorum uerè Edicta & Responso prudentum prædictis temporibus in omni Politia fuerunt. Quanquàm prudentibus summa respondendi auctoritas, à qua recedere Iudicibus non

CIVILI.

non liceret, sub monarchia concessa est ab optimo Principe Augusto, qui pater patriæ merito appellatus est. §. Responsa prudentum. Instit. De Iur: natur. Gent. & Ciuil. Quem tu, ex his rectè percipies. Et. l. ij. §. Et ut obiter sciamus. ff. De origi. Iur.

EPILOGVS.

Quid est igitur Ius Gentium? Est multorum populorum autoritas. Quid Ius Ciuile? Est unius populi iustus. Qui scies an utrūq; rectè sit receptum? Ex norma naturæ ceu fonte. Vbi est illa norma? In corde & cōscientia hominis à DEO insculpta. Quid si multi dissentiant circa hanc normam, nec rectè de ea iudicent? Recurrendum est ad tabulas Diuinas, in quibus renouatum & descriptum est Ius uel Lex naturæ tam certo testimonio, ut uariari nō possit. Vbi sunt hæ tabulæ? Extant inferius.

Viden, quid sit quod Vlpianus dicit: Veram (nisi fallor) Philosophiam, non simulatam adfectantes. Cicero lib. De Orato. j. Præpotentem & gloriosam philosophiã nūcupat. Nam sic oportet de rebus mūdānis & honesta uiuēdi formula auctore DEO ex certis principijs philosophari & ueritatem inquirere: nō uerò Sathana duce de stillicidijs statim aut iure parietum rixari, & tandem nimium altercando, ueritatem prorsus amittere, ut dixit Mimus Publianus.

Cæterum, ubi hæc principia satis intellexeris: tum fuerit oportunum, ut Ius Romanum, & si quid boni præterea adferat Bartolus, perlustres, ut certè inter omnes facile Princeps, cōmodas habet factorum & casuum distinctiones, nec immodicè disputat, nisi Accursij erroneis præiudicijs prouocatus. Habes exemplum inter alia longe pulcherrimū, de Lege Aelia Sentia, quam Iustinianus grauius exigit ad normam Iuris naturalis, usus his appellationibus, scilicet, humanitatis ratione: ualde prospiciendum erat: mediam uiam eligentes; & alijs id genus uerbis ad æquitatis censuram adcommodatīs.

Præterea, perpende rogo candide lector, quàm ociosæ sint disputationes Doctorum, de actionibus, de nuptijs, alijsq; multis speciebus humanarum functionum: utrum sint de Iure naturali, an gentium, uel Ciuili. Quorsum enim attinet ista tam nudis argutijs controuertere? an non totum Ius Ciuile habet causam in natura positā per omnes sanctiones? Certè fatuus fuerit aut impudentissimus, qui id neget. Igitur hoc erat potius quærendum: quo modo quælibet Ciuilis determinatio uel constitutio, aut mos, conueniat cū aliquo capite Iuris naturalis, & ceu structura respōdeat ad perpēdiculum. Num ad eò recedat à natura, ut nullā eius certam rationem inire possimus, an tolerandum statutum sit, uel non sit. Item, quænam Leges prope accedant ad formulam naturalis honestatis, uel ad notitias mentis, ut hæc sint aliarum Legum duces, utq; ex his consequētias trahamus late patentes: reliquas uerò in suis tātum seruemus repagulis. Hic est fructus quē tractare debebant Doctores nostri. Sic enim uerè intelligendus est Vlpianus in. l. Nam ut ait, cum in. ll. seq. ff. De Legib.

Deniq; ex his intelligere potes, quid sit quod dicit idem Vlpianus in. l. j. ff. De Iusti. & Iur. Ius est ars boni & æqui. Si ars: Ergo constat ex præceptis. Sed præcepta oportet esse certa: Igitur non ex opinione hominum uaga, quæ neq; bonum neq; malum facere potest cū, qui non est: sed ex præscripta Diuinitus ratione naturali colligēda sunt. Nam ubi id factum fuerit: tunc per se consequitur bonum & æquū. Natura enim non potest nō esse bona Lex, quæ ad honestatem accedit, nec potest non esse iniqua quæ cum honestate pugnat.

Eam profecto artem multis in locis depictā habemus ob oculos, nec tamen uidemus: adeò nos statim delectant rixæ de stillicidijs & parietibus: quarum sicut principii ignoramus: ita nec finem aut exitū inuenimus. Iustinianus Instit. De Iustit. & Iur. quid aliud facit, quàm quòd artem quandam nobis explicat? His igitur (inquiēs) generaliter cognitis, & incipiētibus nobis exponere Iura Populi Romani: ita uidentur posse tradi commodissimè, si primo leui ac simplici uia, post deinde diligentissima atq; exactissima interpretatione singula tradantur. Quænam est ista leuis & simplex uia, nisi incipere primum à naturalibus & diuinis præceptis? Deinde progredi ad capita humanarum Legum, & demū ad propagatas gentium & Magistratuum constitutiones ac mores patrios:

Pudet

DE IVRE

Pudet me anilium fabularum, quibus tam præclari Institutionum loci prorsus obscurantur. Cicero: Tractabo (inquit) quoad potero eius ipsius generis Ius Ciuile nostrum: sed ita, ut locus ipse notus sit ex quo ducatur quæq; res & ars Iuris: ut non difficile sit, quæcūq; noua causa consultatiōe acciderit: eius tenere Ius, cum scias à quo sit capite repetendum. Et paulò post: Hoc uno posito quod ad cognitionem disciplinæ satis, innumerabilia nascuntur, quibus implentur Iurisconsultorum libri.

Sic Iustinianus tractaturus Romanū Ius, repetit præcepta naturalis Iuris, pauca admodum, scilicet secutus artem docendi quam ipse tradidit. Iuris (ait) præcepta sunt hæc: Honeste uiuere, alterū nō lædere, Ius suum cuiq; tribuere. Videbis aut̄ inferius quàm omnes huc referantur humanæ Leges. Cicero de Orato. lib. i. Si enim (inquit) aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito: aut alius quispiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit; ut primum omne Ius Ciuile in genera digerat, quæ perpauca sunt: Deinde eorum generū quasi quædam membra dispartiat: tum propriā cuiusq; uim diffinitione declaret: perfectam artem Iuris Ciuilis habebit, magis magnam atq; uberem, quàm difficilem & obscuram.

Videamus itaq; principia Iuris naturalis & diuini, ex quibus Ius humanum propagatum est, Summa enim diuisio Iuris scite traditur, ut aut sit Naturale: aut Positiuum. c. ij. Distincti. j. Ius enim positiuū est sentētia Magistratus, quæ ex uarijs rerū mundanarū circumstantijs extendit & determinat Ius naturale probabili quadam ratione. Et cum hæc circumstantiæ uariēt: fit quædā dissimilitudo Iuris positiui in diuersis locis & tēporibus. Inde toties in Iure reperies hæc uerba: Inciuile est: Itē, neq; Naturale, neq; Ciuile est: Hoc Iure hodie utimur: Ciuilis ratio suadet: & alia eiusmodi. Positiuum quippè Ius dicitur, quasi ab hominibus positum, Ciuili quadam & politica argumentatione ad extendendum Ius naturæ, ut est pulcherrimum exemplum in. l. Bona fides. ff. Deposit. Et in omnibus humanorum negotiorum, aut formis, aut pœnis obseruare licet.

Quid igitur dicemus de Iure Gentium. Est ne tertia species? Respondeo. Si proprie loquamur, aliàs referetur ad Ius naturale, aliàs ad Ius humanum. Per se autem speciem non facit. Verum crassius & populariter loquentes, nihil obstat quo minus docendi gratia quasi tertiam speciem eam proponamus studiosis, sicut Iurisconsulti faciunt. Quod cum nonnulli nimis Dialecticè reprehendant, fiunt Sycophantæ non dijudicantes uaria hominum negotia quæ ad normam semper mathematicam tractare non licet.

DIUINAE TABULAE X PRÆCEPTORVM



Vandoquidem (ut superius dictum est) obscurata esset in hominibus naturalis notitia, propter originis uitium: uoluit misericors DEVS uiua uoce eā renouari atq; in tabulas lapideas describi: ut certū extaret testimoniū, has esse naturæ Leges uerbo DEI cōfirmatas quas in animis hominū quoq; insculpsisset. Futurum enim prouidebat, ut imbecillitate quadam in errorē facile lapsuri essent homines: nisi certum extrinsecus adhæceretur præscriptū ad quod hæsitantes confugerent. Enim uerò utcunq; hoc sit factum, uidemus tamen Gentes falsa persuasionē à naturali iudicio aliquādo esse abductas: quid igitur credamus futurum fuisse, si nulla extarent literarum monumenta Diuina bonitate nobis de Iure naturali data? Perpendamus igitur diligenter has tabulas, ceu fontes sequentium humanarum XII. tabularum, & totius Iuris Gentium & Ciuilis.

I PRÆCEPTVM

NON HABEBIS DEOS ALIENOS.

Hæc prima naturæ Lex omniumq; maxima est, ut uerum DEVM nostrum amemus & amando timeamus illiq; soli, nec aliq; cōfidamus: quam Legem CHRISTVS ipse latius explicat Matth. XXII. Diliges (inquiens) dominum DEVM tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est primum & magnum mandatum.

Est

D I V I N O.

Est autem ista Lex omnibus modis naturæ consentanea. Nam semper clamitat conscientia hominis, & ratio dicit esse DEVM conditorem omnium rerum, cui sit obediendum, qui sit inuocandus. Inde sumpta sunt omnia quæ in duodecim tabulis dicuntur Tit. j. cap. 1. & ij. Nam & Gentes id intelligebant lumine naturali: quauquam Euangelij gratiam prorsus nescirent, nec uerè DEVM cognoscerent. Cicero de Legib. De ipsis quidem (inquit) hominibus nulla Gens est, neq; tam immansueta, neq; tam fera, quæ non (etiã si ignoret qualem habere Deum deceat) tamen habendum sciat. Valde igitur ad rem dixit Pomponius in l. Vt uim. ff. De Iusti. & Iur. cum inter exempla Iuris naturalis (nam sic ibi intelligi debet Ius Gentium) refertet religionem erga Deum.

Hinc propagatæ sunt omnes Leges de religione, de cærimonijs, & cultu pseudo Deorum apud Gentes, de quibus mira uidebis in duodecim tabulis: Apud nos autem sunt leges de uera pietate erga DEVM, deq; cultu Ecclesiastico. Rursus hinc consequitur: quod quicquid cum Religione nostra & pietate pugnat: id quoq; censendum est cum Iure naturali pugnare & iniustum esse: etiã si in speciem prima fronte uideatur aliquam præ se ferre utilitatem. Idq; ad uarias interpretationes tibi deseruiet, & Legum & opinionum conciliationem suppeditabit, ut inspicias uera sententia sit Religioni conuenientior.

II P R A E C E P T V M.

NON ASSUMES NOMEN DOMINI DEI TVI IN VANVM.

Hoc est: Cum timendus & amandus sit DEVS: nemini per sacrum eius nomen mala imprecaberis: non iurabis in uanum: non falles sub testimonio DEI: non magicam exercebis: sed nomen eius glorificabis, & in omnibus rebus inuocabis. Accedunt duodecim tabulæ Tit. j. capit VIII. Inde promanarunt omnes Leges De Iureiurando, tum puniendo periurio. Sunt enim actiones & poenæ ad hoc constitutæ, ut coerceantur periuria, ut religiosæ promissioni satisfiat. Exempla ipse tu adferre potes.

III P R A E C E P T V M.

MEMENTO, VT DIEM SABBATI SANCTIFICES.

Præcedentibus Legibus præcipitur dilectio & timor DEI. Verum non possumus diligere DEVM nisi cognoscamus eum. Non est autem possibile Deum cognoscere, absq; uerbo eius, Roma. X. Igitur ut ex auditu uerbi concipiamus fidem & cognitionem Dei, seponenda sunt omnia mundi negotia, quo magis Diuino cultui uacemus certis ad hoc constitutis diebus, quos hic complectitur sub appellatione Sabbati.

Magno autem mysterio accipienda sunt hæc uerba: Diem Sabbati sanctifices. Nã complectuntur uerbi prædicationem, & omnes cærimonias probatas, ad cultum & honorem DEI nos perducentes, ut eas diligenter conseruemus, totumq; Sabbatissimum non nisi in laude & sanctificatione Diuini nominis transigamus, sepositis operibus ciuilibus.

Sabbatum enim σάββατον: lingua Hebraica dies quietus dicitur: & est septimus dies, quo Deus requieuit ab operibus suis. Vnde Hebræi septimanam numerabant, ueluti primum diem Sabbati: secundum, tertium diem Sabbati: sicut Gentes ab elementis Idolisq; diem Lunæ, diem Martis, Mercurij, & cæteros dicebant.

Hos dies sanctificationibus destinatos, ferias in Iure dicunt, de quibus multa in duodecim tabulis Tit. j. cap. III. plura in libris Pandectarum & Codice, De ferijs. Pertinent etiã huc quæcunq; de cærimonijs & de templis scripta sunt, uel apud Gentes cum ueritatem adhuc ignorarent, uel à Christianis Principibus & Pontificibus. Nam complectitur uerbum (sanctifices) omnes omnino iustas cæremonias conseruandas & defendendas, unã cum sacerdotibus & ministris uerbi Diuini.

Refert Philippus in iureiurando quod dabant Athenienses, cum adscriberentur inter ciues, fuisse hæc uerba: Pugnabo pro sacris, & solus & unã cū alijs ciuibus. Quod per omnia cõuenit (quantū ad Ius naturale attinet) cum clausula iuramenti nostrorum Magistratum. Nouell. Iusuran. quod præstat. solet: Et quod cum sanctissima DEI catholica & apostolica Ecclesia communionem habeo: neq; ei ulla unquam in re aut modo aduerfabor, neq; (quantum in me erit) alicui aliq; permittam.

B

Et hæc

LEGES

Et haec tenus de tribus Legibus prioris tabulae, quae quam late pateant, facile uides. Continent namque totam Religionis formam à capite usque ad finem, & consequenter potissimam publici Iuris partem, de qua loquitur Ulpianus in. l. j. §. j. ff. De Iust. & Iur. Publicum, Ius (inquit) in sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus consistit. Et mediisfidius, praecipua uel auctoritates Gentium aut Populi in hac parte spectare non oportet: sed solum uerbum DEI. Igitur ineptiunt planè in nostro foro, qui nimis dialecticè accusant Ulpianum, quòd non etiam Iuris publici praecipua trifariam distinxerit: uidelicet Naturalia, Gentium, & Ciuilia. Reor Ulpianum multa de his scripsisse: quae tamen rectè praetermissa sunt, cum haud dubiè ad nos non pertinerent si haberemus, magisque expediret si scripta eius de Iure priuato extarent integra. Ut interim praedicti reprehensores intelligant: sycophantiam sese potius, quam artem boni & aequi secutos esse, ut dicit Paulus in. l. Si seruum. §. Sequitur. ff. De uerbo, obligatio.

III PRAECEPTVM.

HONORA PATREM TVVM, ET MATREM TVAM.

Quemadmodum praedictae tres Leges ad primam tabulam pertinent, in qua Religio erga DEVM nobis ob oculos ponitur, secundum formulas menti inditas, sicut oculo lumen: Ita sequentes Leges ad secundam referuntur, de moribus Ciuilibus. Et ideo sunt multò faciliores ad captum humanum.

Praecipit itaque haec Lex honorari patrem & matrem, hoc est, timere nos uult & amare parentes. Item, illos qui in nos auctore DEO imperium habent aut quodlibet Ius. Non enim debemus eos contemnere, multò minus offendere: sed habere illis honorem & reuerentiam secundum uniuscuiusque conditionem. Hic enim locus probat ex natura esse statum, & ordines personarum: ut sit potestas & obedientia: ut alij imperent: alij obtemperent: alij sint sui iuris, alij sint alieni iuris, quae nocet tyronibus sunt notiores.

Memuisse nos oportet: in his tabulis, non humanas, sed Diuinas esse uoces: ut uerba earum multò augustiore sensu debeamus exaudire, quam si hominis scriptum multis erroribus subiectum proponeretur. Ex hoc igitur fonte promonarunt & DEO placent omnes Magistratum gradus & publica Imperia. Item, parentum & dominorum, aliorumque administratorum priuata potestas, dominia & iura, de quibus in duodecim tabulis Tit. ij. per omnia capita. Et Tit. iij.

Seruitus quoque hic probatur, quam Aristoteles in Politicis grauissimis rationibus defendit ex natura causam trahere, reprehendens eos qui contrarium adfirmarunt. Quamquam (ait Philippus) quorsum opus est tam subtili disputatione? Illa uox: Honora patrem & matrem, subijcit omnes homines seruituti. Non loquor de effectibus illis contra omnem humanitatis rationem corrupta natura introductis: ut sic facile conciliare possis Ulpiani sententiam in. l. Manumissionis. ff. De Iust. & Iur. cum his tabulis. Intelligendum enim est Ius Gentium pro Iure humano, ut Lilius appellare solet: & seruitus, pro dura forma & effectu intolerabili.

Ecce, quam pulchrè huc quadrat: quod Pomponius addens exempla Iuris Gentium naturali ratione constituti, hoc est, Iuris uerè naturalis & Diuini: Ut parentibus (inquit) & patriae pareamus. Coniungit parentes & patriam. Complectitur enim in se patria, quicquid ad eam gubernandam est necessarium, id est, totam politiae ordinationem: scilicet Magistratus, potestates, dominia, & caetera huiusmodi.

Habes ergo unde sit locus communis totius Iuris Ciuilis, qui tractat de Iure personarum, iuxta diuisionem Caij in. l. j. ff. De stat. homi. Et. §. ult. Insti. De Iur. natur. Gent. & Ciuil.

V PRAECEPTVM.

NON OCCIDES.

Hoc est: Non laedes corpus aut famam proximi, nec ulla eum adficias iniuria. Non insidiaberis ei uelut uulpecula: Sed iuuabis potius, & aderes ei in omnibus periculis quoad potes. Cum enim natura seu DEVS uelit esse societatem quandam & cognationem hominum: ea non potest conseruari, si nemo aduersus iniurias tutus sit.

Ex hac

Ex hac igitur Lege conceditur defensio Magistratui & puniendi potestas aduersus malos: Vt Florentinus quoque sentit naturali ratione in. l. Vt uim. ff. De Iustit. & Iur. Vnde promanarunt omnes Leges de uarijs poenarum speciebus sancientes, ne sint maiores aut minores quam delicti qualitas exigat: Inter quas nulla ad naturam propius accedit poenationis, ut Aristoteles quoque probat: de qua in XII. tabu. Tit. XL. Extat ualde elegans locus. ff. Quod quis. Iur. in ali. stat. De homicidijs est. ff. & C. Ad Leg. Cornel. de sicari. De iniurijs uero alijsque delictis, noti sunt loci.

V I P R A E C E P T V M.

NON MOECHABERIS.

Hoc est, non pollues castitatem, ac modestiam uiuendi factis aut dictis: nec admittes adulterium aut stuprum. Offendit ergo secundum naturam esse matrimonia, ut unusquisque habeat suam, retineaturque in uoluptatibus modestia quaedam & certitudo. Vagi enim concubitus, incertam facerent de sobole opinionem, eleuarentque curam alendi partus.

Hinc sunt aliquot Leges duodecim tabularum Tit. XI. In libris Pandectarum, & C. De ritu nuptiarum: De secundis nuptijs: De Iure dotiũ: Ad Legẽ Iuli. de adulteri. & aliarum multarum.

V I I P R A E C E P T V M.

FURTVM NON FACIES.

Hoc est, non eripies aliorum fortunas, neque ulla fraude ad te transferes: aut si apud te sunt, non conturbabis inuito domino. Vnde rectissime dixit Paulus: furtum naturali Lege prohibitum esse admittere, in. l. j. ff. De furt. De quo Lex XII. tabularum tractat in Tit. XII.

Observandum autem est diligentissime, ex hac Lege nobis ostendi: rerum omnium communionem pugnare cum natura. Nam si omnes res nobis secundum naturam essent communes, hoc est, ita unius sicut alterius: non posset committi furtum contra naturam: quia concederentur Iure occupanti, ut etiam nunc habemus quasdam res communes, quae furtum non admittunt, quonia furtum committitur dumtaxat in rebus alienis uel alieni Iuris clam domino.

Statuitur igitur legitima rerum & dominiorum diuisio, ut unusquisque suum habeat, sitque sua sorte contentus: quod Aristoteles eleganter ac omnes Romani Iureconsulti probant, reiecta Platonis falsissima opinione, quam & nunc quidam phanatici uidentur amplecti, de communione rerum inter homines retinenda. Quo nihil perniciosius ad concitandam seditionem dici potest. Siquidem naturale iudicium facile sentit: fieri non posse, ut homines infatigabili quadam cupiditate corrupti, fruantur communiter omnibus rebus. Dicitur enim Iniquum uideri: quod ignaui & desidiosi alantur alieno labore, cum quemlibet deceat in sudore uultus sui comedere panem suum. Ideoque prospicit naturae ratio futurum esse, ut nulla pax uel tranquillitas in societate hominum retineri possit, permessa communione secundum quam rapiat quilibet & abutatur suo arbitrio alienis fortunis.

Sic intelligi debet Hermogenianus. ff. De Iustit. & Iur. Ex hoc Iure Gentium (inquiens) introducta sunt bella: discretæ Gentes: regna condita: dominia distincta: agris termini positi: aedificia collata: commercium, emptiones, uenditiones: locationes, conductiones: obligationes institutæ: exceptis quibusdam, quae ex Iure Ciuili introductæ sunt. Porro, Ius Gentium ibi intelligi oportet, non pro humana tantum autoritate, ut alibi: sed pro communi sensu seu intelligentia hominum, ut Cicero appellat, seu communi iudicio rationis, hoc est, pro Iure naturali & diuino.

Vnde uides ex hac Lege & sequentibus colligi secundum locum communem totius Iuris Ciuilis, uidelicet, qui pertinet ad res. Vt interim animaduertas, quam pulchra sit methodus, quam bonus, prudens, pius & clemens sit DEVS naturæ author. Primum à Religione inceptit: & pietatem erga se, in qua est æterna uita, breuiter tradit. Deinde, ad formandos mores huius mortalis uitæ: ostendit formulas de personis: ut honeste uiuant, colantque maiores: ut neminem lædant etiam ex paribus aut inferioribus. Tum postea de rebus quibus ad susti-

nendum mortale corpus obiter indigemus, iterat naturæ axiomata: ne in illis absoluta communio pariat discordiam, neue rapiantur passim aliena. O altitudinem Diuinæ sapientiæ: Quis non libenter recipiat Politiam tanti Legislatoris?

Præterea, nec illud est prætereundum: Quod cum ad transigendam hanc uitam, opus sit quadam communione rerum in regulas certas redacta, ut unusquisq; ad usum suum acquirere possit res quas uelit, sine alterius iniuria: consequens est approbari hoc loco omnes contractuum formulas: in quibus ea seruetur æqualitas, ut sine ullo grauamine res ab uno ad alium transferatur: sicut etiam Pomponius in. d. l. Ex hoc Iure Gætium, rectè animaduertit.

Sed dicit aliquis: Si communio rerum naturæ contraria sit: si distincta debeant esse dominia: quomodo subsistet Iure, quod & hodie nonnullæ res sint cõmunes & cõcedantur occupatis? §. j. Et. §. Feræ igitur bestię. Instit. De rer. diuisione. Aut ergo falsum est, quod ibi dicitur: Quædam eum naturali Iure communia sunt omnium: aut concedenda communio. Argumentum istud mehercule multis imposuit, qui uim Iuris naturalis non percipiebant.

Respondendum itaq; sic est. Cum Ius naturæ sit totum naturale Iudicium, multa continet, in quibus alia sunt præcepta summa, quæ gubernant omnes Leges & sunt immutabilia: alia sunt Leges inferiores, quæ determinatione & interdum mutatione recipiunt: nõ propter aliquod uitium quod in ipsis sit emendandũ, quoniã natura nihil habet uitij: sed ob uarias rerum circũstantias. Quare id quod dicitur: Ius naturæ immutabile esse, de toto iudicio naturæ intelligatur, nõ de usu earum rerum quæ sua natura sunt indifferetes, & alij uarietate Iudicio naturali admittunt. Et hos gradus Legum diuersas natura facit, tametsi ipsa in se sit simplicissima: ut nostris defectibus deseruiat, & singulis morbis singula remedia generaliter accommodet, ac uiam commonstret nobis, qua liceat diligentia in speciem per singulas rerum circũstantias Ciuili autoritate Leges ferre. Iam ad quæstionem. Lex summa est: Hominem ad cognitionem DEI, & ad societatem quandã creatum esse. Item omnes res ad usum hominis datas. Item tollendum, quicquid humanam societatem dirimere possit, aut corrumpere. Hæ Leges supremæ & immutabiles sunt. Aliæ uerò inferiores aut (si ita dicere libeat) specialiores censentur. Vt ecce: Communio rerum (quoad fieri potest) retinenda est, ut omnes homines omnibus DEI donis fruantur. Item: Quoniã sine corruptione societate absoluta communio inter fragiles homines retineri non potest: adhibenda est aliqua forma conueniens. Item distinguenda rerum dominia multis modis. Hæ Leges recipiunt determinationem, tum naturali, tum Ciuili ratione, ut discernamus quænam possint aliquo modo manere communes secundum generalem naturæ regulam, & quatenus possint: quæ uerò nullam admittant communionem absolutam nisi adhibita forma Ciuili. Ergo cum de feris bestijs, piscibus maris, auiibus cœli, nullum uidebatur (scilicet cum communi sensu utimur) controuertendi periculum: merito hæ res & alia id genus, communes manent, reliquæ uerò distinctæ sunt. Et ex his apparet uerus sensus dicti. §. j. Et. §. Sed naturalia. Instit. De Iur. natura. Gent. & Ciuil. quem cum Accursius cum alijs non adsequatur, torquet ac uoluit se, & lectorem non aliter, quam mus in picte.

Rursus, nonnulli sunt qui ad probandam communionem rerum, citant Euangelium CHRISTI, toto errantes cœlo. Nam Euangelium tractat de æterna uita & Iustitia spiritus, quæ per fidem gratiæ gratiæ adsequimur. Interim non abolet Ius naturæ de hac corporali ac momentanea uita honestè transigenda legitimis formulis. Et propterea falsissima est sententia Accursij & aliorum, qui dicunt superiorem diffinitionem Iustitiæ, posse intelligi de Diuina, hoc est, Euangelij Iustitia, ~~quæ ad uitam æternam pertinet, & ad Iustitiam naturalem non pertinet.~~ Neq; enim aliam dicimus Iustitiam Diuinam, quæ discerni possit ab humana Iustitia, quàm quæ ex Euangelio nobis reuelatur. Igitur locus ille diffinitionis accipiendus est de naturali & diuina Iustitia hominibus indita, quæ ad mores Ciuiles huius uitæ formandos pertinet, & uirtute quadam distribuit singula mundana. Ecce, quàm longè absunt à ueritate cognoscendi Iuris naturalis, qui non diiudicant inter cœlum & terram: inter cœlestia & terrena: inter spiritum & corpus, ac uerè dixerim, inter album & nigrum: miscentes omnia sursum ac deorsum.

Ex hoc itaq; fonte promanarunt in duodecim tabulis Leges Tit. iij. & ix. Item, in Pandectis & Codice De rerum diuisione & acquisitione: De contractibus: De furtis: De ui bonorum raptorum, & cæteræ huiusmodi.

D I V I N A E.
V I I I P R A E C E P T V M.

NON LOQVERIS CONTRA PROXIMUM TVVM FALSVM TESTIMONIVM.

Hoc est: Fugies mendacium: non deferes falso aliquem in Iudicio: non denigrabis famam eius extra Iudicium: sed ueritatem ubiq; profiteberis, & (quoad de nullius detrimento tractatur) omnia in meliorem ac benigniorem partem interpretaberis. Sicut enim ratio colligit: mendacium infinitis modis humano generi perniciosum esse: Ita rursus certò statuit, ueritatem simpliciter esse retinendam in omnibus conuentionibus & Iudicijs, ubi sacrosancta Iustitia tractatur.

Itaq; hic est fons Iudiciorum & actionum, de quibus anxie disputatur apud Doctores, quasi nulla Lex naturæ scripta ac renouata in istis tabulis esset, quæ originem & causam earum promptissimè nobis ad memoriam reuocaret. Pauci autem id animaduertunt: quia re legatæ prorsus erant à scholis Iuris peritorum hæ tabulæ, admissis potius immensis Baldi & aliorum commentarijs. Videbatur enim ad theologos pertinere, nec quicquam conferre ad Iurisprudentiam Decalogus.

Huc pertinent Leges XII. tabular. Tit. VII. & VIII. Item, quæcunq; extant in reliquo Iure: De Iudicijs: De actionibus: De probationibus: De testibus: De calumniatoribus: Et pulchra illa Lex Diffamari. C. De ingenu. manumiss. Quam uix summo digito attingunt interpretes: sed ego cum plerisq; bonis uiris expertus sum, quàm opus hic esset diligentissima interpretatione & nomophilacia. Et profecto nisi calumniarum ac diffamationum aliquando finem faciant æmuli quidam: cogent me ad orbis tribunal confugere (DEO auctore) causam meam agere aduersus illos impudentes, certè nec à me unquam lacessitos. Interim uides, bone lector, in his uersari tertium locum subiectæ materiæ communem, De actionibus. Vt intelligas Ius naturale eodè pertinere, quò pertinet Ius Ciuile: scilicet aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones.

I X P R A E C E P T V M.

NON CONCVPISCES DOMVM PROXIMI TVI.

Hactenus nulla humanæ eloquentiæ ui posset satis explicari, quanta grauitate nobis oculos posuerit DEVS Opt. Max. Legè naturæ de honestate uiuendi: de nò lædendo proximo: de tribucudo cuiq; suum. Nunc rursus duo mandata tractat, quibus & præcedentia repetit, & inculcat seruanda esse per omnem omnium hominum successionem. Vetat enim nos concupiscere domum proximi nostri, hoc est, ne ulla fraude aut dolo in proximi hæreditatem uel fortunas irrepamus, cognatis illius paulatim ad egestatem protrusis: etiã si quædam summi Iuris species nobis opitulari in hoc uideatur. Imò potius quisq; sua sorte contentus, diuitem se, domumq; satis amplam habere existimet: sciens extremam reuera paupertatem esse, auaritiam & alieni Iuris inuasionem.

Age ergo, quàm pulchrè depingit hic DEVS notitiam naturalem de conseruanda successionem cognatorum & familiarium? Et ne per concupiscentiam carnis corruptæ, simus acribodicæi seu præduri Iuris interpretes, ad expilandas uel in totum transferendas hæreditates alienas, neq; proponamus (ut indocti quoq; solent dicere) rapere capere. Item, ne callidi causarum patroni ad hoc operam elocent. Quò & hoc pertinet: Summum Ius, summa iniuria, tritum sermone proquerbium.

Huc quadrat regula quam Pomponius tradit. ff. De conditio. indebit. Loquens de pupillo qui sine autoritate tutoris mutuam accipiens, locupletior factus sit: Nam hoc natura (ait) æquum est, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiolem. Quasi dicat: Posset quidem tentari summo Iure, hunc pupillum repetere debere pecuniam si soluat, quia scilicet mutui contractus non ualuerit: attamen naturalis ratio dictat cessare repetitionem, quia dita retur aliena iactura.

Item ualde accedit Annus Iubilæi, quem olim obseruabatur, ut quæq; familia suam possessionem reciperet, cessantibus interim omnibus de alienatione facta Legibus, Num. 25. Et propterea puto J. Dudum. C. De contrahen. emptio. si ad naturam exigatur, defendi Iure nò

B 3 posse

posse, quanquam & posteriores Imperatores aliter constituerint: & Ciuitates ea de re sibi fo-
leant ordinare. Certè Apostolus. i. Timo. 5. uocat infideli deteriorè eū, qui suis nō prouidet.
Et Iustinianus Nouell. De trient. & semiss. in princ. Et natura (ait) prius, quo decet modo, cu-
rata, tum demum ad liberalitatem in extraneos exercendam deuenire.

Hinc sunt Leges duodecim tabularum Tit. iij. Et omnia Romani Iuris statuta: De suc-
cessionibus testatis & intestatis: De gradibus hæredum, & cæteræ huiusmodi. Diligenter au-
tem perpende has uoces: Non concupisces: non desiderabis. Quia per corruptam concupi-
scentiam, facile solet inueniri uia ad iniquitatem: cum nō desint regulæ summi Iuris, quarum
prætextu res alienæ possent occupari, præsertim apud Iudicem qui libenter obsequitur. Ergo
concupiscentiam natura prohibet: sciens actum esse de non faciendâ iniuria, ubi processum
fuerit usq; ad concupiscentiam.

X P R A E C E P T V M.

**NON DESIDERABIS UXOREM EIVS, NON SERVVM, NON ANCIL-
LAM, NON BOVEM, NON ASINVM, NEC OMNIA QVÆ ILLIVS SVNT.**

Declarat hæc postrema Lex omnia præcedētia, ne ambiamus alienas fortunas. Et sem-
per meminisse oportet, quòd Lex Diuina uetando aliquid, breuissimis quidem uerbis utitur:
sed longa rerum series subest prohibitioni, si ordinationem spectes propter quam prohibet.

Vt ecce: Prohibet Lex naturæ desiderari uxorem, seruum, ancillam, iumenta aliena. Er-
go probat secundum naturam esse: quòd pater familiâs habeat domum ex omnibus partibus
instructam, quiq; in ea sit (ut ita dicam) paruus Rex. Confirmat igitur totam Oeconomicam
uitam. Et profectò potes uel ex his solis tabulis præclaram Ciuitatem constituere. Optimum
enim Reipublicæ statum dicit Aristoteles: qui proxime ad naturam accedit.

SVMMA P R A E C E P T O R V M.

**OMNIA QVÆCVNQUE VOLVERITIS VT FACIANT VOBIS
HOMINES, SIC ET VOS FACITE ILLIS. HAEC ENIM EST LEX
ET PROPHETAE. Matth. 7. Luc. 10. Roma. 13. 1. Timoth. 1.**

Cum insculpsit nobis DEVS per creationē nōtitiâs & Leges naturales: remittit nos ad
conscientiam, quâ scit ita se formasse, ut dictaret omnia faciendâ & uitandâ, incipiens primū
à se ipsa. Hoc Gentes etiam per industriam innatam cognouerunt. Vt ff. Quod quisq; Iuris
in aliū statuit. Item, Nosce teipsum. Cuius sententiæ uim Cicero latissimè & grauitè tractat.

POENA ET PROMISSIO DE PRAECEPTIS. Exod. 20.

**EGO SVM DOMINVS DEVS TVVS FORTIS, ZELOTES, VISITANS
INIQUITATEM PATRVM IN FILIOS IN TERTIAM ET QVARTAM GE-
NERATIONEM, EORVM QVI ODERVNT ME. ET FACIENS MISERI-
CORDIAM IN MILIA, HIS QVI DILIGVNT ME ET CVSTODIUNT
PRAECEPTA MEA.**

Grauitè interminatur Deus poenâ trāsgressoribus: & cōtrā gratiâ promittit obseruato-
ribus mandatorū eius. Quare apparet, maximè secundâ naturâ esse id, qd Solō dicit: duabus
potissimū rebus cōstare Rempubicâ, scilicet poena & præmio. Poenas utiq; seruat Magistra-
tus præsertim pecuniarias: uirtutis uerò rara nūc sunt præmia apud multos, atq; utinâ ab æmu-
latione saltem tuta esset.

**QVOMODO REGVLAE IVRIS EX NATVRAE PRAECEPTIS COL-
LECTAE SINT, ALIQVOT EXEMPLA PRO TYRONIBVS.**

Extit. ff. De regul. Iur.

EX PRIMO PRAECEPTO.

Iustinianus in. l. j. C. De ueter. Iur. enuclean. Et Nouell. De priuileg. doti. loquens de fi-
ducia in DEVM: Vnde cōuenit (ait) ut & Legislationes nostræ inde pendeant, & hoc earū prin-
cipiū simul, & mediū atq; finis sit. Porro disciplina Ciuilis, pædagogia est ad Christū, Gal. 3.

Principiū oīs traditiōis, à timore DEI sumēdū est. Nouell. Quomo. opor. Episc. In princ.

Huc pertinent omnia statuta, quæ aut olim, aut hoc seculo introducta sunt, certe omnium
maximè nunc necessaria: De falso cultu Deorum aut potius demoniorum, in lib. Codicis. j.

Item

Item, inuocationes Diuini nominis, quibus utuntur profitentes bonas artes, Iudices, Notarij confirmatz hic sunt. Dilectio enim DEI, complectitur his tribus capitulis in prima tabula totum Religionis negocium latissimè patens, quod (quantum ad externam politiam attinet) Iuris pars est, & cum primis Magistratus officio incumbit: interna ad Theologos reijciuntur.

E X S E C V N D O P R A E C E P T O.

Vlpianus in. l. Non erit. ff. De iureiuran. Omne enim licitum Iusiurandum per quod uoluit quis sibi iurari, idoneum est, & si ex eo fuerit iuratum, Prætor id tuebitur.

E X T E R T I O P R A E C E P T O.

Vlpianus in. l. ij. ff. De in ius uocand. Neq; pontificem, dum sacra facit: nec eos qui propter loci Religionem inde se mouere non possunt: Videlicet, licet in Ius trahere.

Leo & Anthemius Imperatores in. l. ult. C. De feri. Dies festos, dies maiestati altissimæ dedicatos, nullis uolumus uoluptatibus occupari.

E X Q V A R T O P R A E C E P T O.

Iabolenus: Non potest dolo carere, qui imperio Magistratus non obtemperat.

Paulus: Qui non facit, quod facere debet: uidetur facere aduersus ea quæ nõ facit. At qui facit quod facere non debet: non uidetur facere id, quod facere iussus est.

Vlpianus: Non est singulis concedendum, quod per Magistratum publicè possit fieri, ne occasio sit maioris tumultus faciendi.

Idem in. l. Iussu: Qui iussu Iudicis aliquid facit, non uidetur dolo malo facere: quia parere necesse habet.

Idem: Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei iudicia sustinet, quàm uis atque metus: quem comprobare, contra bonos mores est.

Callistratus in. l. V. ff. De Iur. immuni. Semper in Ciuitate nostra senectus uenerabilis fuit. Namq; maiores nostri penè eundem honorem senibus, quæ Magistratibus tribuebant.

Vlpianus in. l. j. ff. De obsequi. à liber. Si filius patrem & matrem, quos uenerari oportet, contumelijs adficit, uel impias manus eis infert: Præfectus urbis delictum ad publicam pietatem pertinens, pro modo eius uindicat.

Indignus militia iudicandus est, qui patrem & matrem à quibus se educatum dixerit, maleficos appellauerit.

Idem sub eodem titulo: Liberto & filio semper honesta & sancta persona patris, ac patroni uideri debet.

Omnes istæ atq; his similes regulæ huc pertinent: quia Lex naturalis, & Magistratuum, & dominorum patronorumq; ordines approbat sub appellatione parentum, statuendo omnem publicæ honestatis obedientiam, quæ uirtus est ad retinendam hominum societatem necessaria.

E X Q V I N T O P R A E C E P T O.

Paulus: Fere in omnibus pœnalibus Iudicijs, & ætati, & prudentiæ succurritur.

Claudius Saturninus elegatissimè disputans, multas regulas tradit de cæde & furto, in. l. Aut facta. ff. De pœn.

Florentinus in. l. Ut uim. ff. De Iusti. & Iurr. Et cum inter nos cognationem quædam natura constituit, consequens est hominem homini insidiari nefas esse.

Omnem enim læsionem comprehendit, quæ hominum societatem quomodolibet corrumpere aut turbare possit:

E X S E X T O P R A E C E P T O.

Paulus: Non omne quod licet, honestum est.

Modestinus: Semper in coniunctionibus non solum quod liceat considerandum est: sed & quod honestum est.

Vlpianus: Nuptias, non concubitus, sed consensus facit.

Porro, ista Lex omnem nuptiarum cõseruandarum materiã, & quicquid matrimonijs accedit à maximo ad minimũ cõtinet. Insuper omnem statuit uiuendi modestiã et publicam honestatẽ. Sæper enim meminisse oportet (quod sæpe inculcandum est) Deum seu uniuersam rerum naturam loqui, cõprehendentem certò omnia: nõ mortalem hominẽ, qui tradat aliquid errore uel prætermittat.

L E G E S

EX SEPTIMO PRAECEPTO.

Vlpianus in. l. Nō fraudātur: Nemo ex suo delicto, meliorē suā cōditionē facere potest.
 Pomponius: Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest.
 Vlpianus. ff. De furt. Qui ea mēte alienū qd cōtrectauit, ut lucrifaceret; tādē mutato cōsilio id domino postea reddidit, fur est. Nemo em̄ tali peccato, pœnitētia sua nocēs esse desijt.
 Furtum quoq; impium est, occupare bona naufragorum, quod quidam faciunt impudenter, sicut apparet ex cōstitutione Federici Nauigia. C. De furt.
 Enimvero non solum hic cōtrectatio rei alienæ clandestina, sed omnis iniqua occupatio prohibetur, & habet hæc naturæ Lex radices latissimè patentes aduersus hominū auaritiā nihil non machinantem.

EX OCTAVO PRAECEPTO.

Vlpianus: Res iudicata pro ueritate accipitur.
 Marcellus: In re dubia benigniorē interpretationē sequi, nō minus iustius est, q̄ tutius.
 Vlpianus in. l. In contractibus: Dolo facit, qui petit quod restitutus est.
 Idem: Capienda occasio est quæ præbet benignius responsū.
 Caius: Semper in dubio, benigniora præferenda sunt.
 Iulianus: Ea est natura cauillationis, quam Græci σόφισμα appellant, ut ab euidenter ueris, per breuissimas mutationes disputatio ad ea quæ euidenter falsa sunt, perducatur.
 Papinianus: Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.
 Nemo enim existimauerit hanc naturæ Legem sic loqui de falso testimonio, ut uulgus solet, quod in Iudicio solum feratur. Omnis enim uox lædens proximum: omnis prædura & summi Iuris interpretatio refragante æquitate, falsum testimonium est in natura, quæ & sic præcipit: Estote misericordes, ut pulchrè declarat. c. j. De uerbo. significat.

EX NONO PRAECEPTO.

Vlpianus: Iure naturæ æquum est, neminem cum alterius detrimento & iniuria fieri locupletiorē.
 Paulus in. l. Factum: Non uidetur uim facere, qui Iure suo utitur.
 Idem: Nemo damnum facit, nisi qui id facit quod facere Ius non habet.
 Celsus: Omnia ferè Iura hæredum perinde habentur, ac si continuò sub tempore mortis hæredes extitissent.
 Pomponius: Iura sanguinis, nullo Iure Ciuili dirimi possunt.
 Caius: Bona fides non patitur ut bis idem exigatur.
 Hæ regulæ omnes ex ista naturali Lege & sequente promanant. Statuta enim semel distinctione dominiorum, prohibetur omnis iniusta inuasio uel expilatio alieni. Rursus admittitur legitima persecutio rerum & defensio.

EX DECIMO PRAECEPTO.

Papinianus: Nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam.
 Idem: In totum: omnia quæ in animi destinatione agenda sunt, non nisi uera & certa scientia perfici possunt.
 Idem: Fraudis interpretatio, semper in Iure Ciuili, non ex euentu duntaxat, sed ex consilio quoq; desideratur. Vides, Papinianū eodem respexisse, quò respexit naturalis Lex, dum dicit: Non concupisces: Non desiderabis aliena.

COMMUNES REGVLAE EX OMNIBVS PRAECEPTIS.

Celsus in. l. Vbi repugnantia: Quæ rerū natura prohibentur, nulla Lege cōfirmata sunt.
 Marcellus: Impossibile nulla obligatio est.
 Paulus in. l. Cum amplius: Ius natura debet, quem Iure Gentium dare oportet, cuius fidē secuti sumus. Ecce, Ius Gentium accipit pro Iure naturali.
 Idē: In omnibus quidem, maximè tamen in Iure æquitas spectanda est. Obserua phrasim: In Iure respicitur æquitas: hoc est, in Iure Ciuili, Ius naturale: In Lege humana, Lex naturæ: breuiter, in Iure, Ius spectatur.
 Vlpianus: Non capitur, qui Ius publicum sequitur.

Idem:

Idem in. l. Neq; pignus: Priuatorum conuentio, Iuri publico non derogat.

Reliqua id genus exempla ipse tu, bone lector, inter legendum obserua. Ego enim nō hoc institui, ut omnia congererem quæ eodem pertinent: sed ut ex multis ostenderem pauca quæ te ad cognitionem huius artis boni & æqui perducerent. Proinde, nemo accedet ad istam disciplinā feliciter, nisi prius principia Iuris naturalis & diuini diligenter prospexerit.

Itaq; post naturales notitias & principia Iuris, uideamus nūc humanas Leges, easq; exordiamur à XII. tabulis, ut Iuriscōsulti q̄q; faciūt rectè, cū de Iure Romano tractāt, q̄ à Græcis primum sunt mutuati, sicut Græci ab Hebræis. Idq; facile ex collatione animaduertere licet.

SO LEGES DVODECIM TABVLARVM.

DE RELIGIONE TITVL. I.



Vas reliquias harum Legum habemus, eas Ciceroni acceptas ferre oportet. Nam is in lib. De Legibus sic ait: Leges autem à me ædentur, non perfectæ (nam essent infinitæ) sed ipsæ summæ rerum ac sententiæ. Verbis autem usus est Cicero, non ita priscis, ut in ueteribus Legibus: & tamen quod plus authoritatis haberēt, paulò antiquioribus, quàm sermo tum esset apud Romanos certè politissimus.

Quoties igitur in his scholijs Ciceronem citabimus, non adiecto loco, intelliges semper libros tres, quos de Legibus incredibili quadam grauitate scripsit: ut semel in uniuersum id admoneamus, quod alioqui sæpè repetendum esset.

Rectissime autem secundum Græcos authores exorsus est à Religione & cultu Deorū, uelut felici quodā auspicio: ut interim admoneamur, quātò magis nos deceat primū querere regnū DEI, qui nō solū Deælogo meliorū olim tabularū, sed etiam per filiū suū CHRISTVM & Apostolos eius fideliter nos docuit, Math. 6. Qua ratione in Codice Imperatorio, illucē te iam Euangelica ueritate, De summa Trinitate & fide Catholica, primo loco tractatur.

DE CVLTV DEORVM. CAPVT I.



Ad diuos adeunto caste: pietatem adhibento: opes amouento.
Qui secus faxit, Deus ipse uindex erit.

INTERPRETATIO.

Videamus nunc uerborum & rerum interpretationem sigillatim.

Ad diuos adeunto caste.) Cicero sic explicat. Caste iubet Lex addire deos, animo uidelicet, in quo sunt omnia. Nec tollit castimoniam corporis: sed hoc oportet intelligi: Cum multum animus corpori præstet, obserueturq; ut casta corpora adhibeantur, multo esse in animis id obseruandum magis.

Nos uerè scimus, animum DEO adferendum contritum & humilitatū, Psalm. 50. Et. 101. Matt. 6. Ioan. 4. Et. 1. Corin. 14. Quocirca Paulus circūcisionē cordis grauitè tractat Rom. 2.

Pietatem adhibento.) Quid est pietas? Cicero de natura deorum lib. 1. diffinit pietatem esse iustitiam erga Deos, quàm Religionem dicimus, qua sublata, non possit consistere si des humaniq; generis societas. Rectè quidem, si uerum Deum per fidē cognouisset, sicut nobis reuelatus est à CHRISTO seruatore nostro. Augustinus; Pietas uera (inquit) est uerax DEI cultus, non cultus falforum tot deorum, quot dæmoniorum.

Pietas quoq; est subiectorum erga maiores & cognatos obseruatio quædam, naturæ cōsentanea. Et contra, maiorum erga subiectos clementia seu benignitas. Vt in. l. penulti. ff. De oper. liberto. l. Imperialis, in princip. & §. j. C. De nupti. Vlpianus in. l. Et eleganter. §. Idem Labco quærit. ff. De dol. mal. Et in. l. Si hominem, in princip. ff. Depositi. Pie-
tate

tate accipi uult pro misericordia quam alter exercet erga alterum qui se iuuare non potest. Nam & CHRISTVS author naturæ, uult nos esse misericordes. Sed de hac pietate, & supra dictum est, & infra dicitur.

Opes amouentō.) Quod autem Pietatem (ait Cicero) adhiberi, opes amoueri iubet: significat pietatem gratam esse Deo, sumptum esse remouendum. Videlicet, ne sumptu sacris adhibito, paupertas quæ illi cum primis placet, arceretur ab aditu eius. Quippè nihil Deo in gratius esse Cicero subdit, quàm non omnibus patere ad se colendum uiam. Certè non contemnenda uox est, nec à Christiana ueritate abhorrens: præterquam quòd Gentes ante cognitionem ueritatis, omnia ferè referebant ad res externas: cum DEVS noster, pauperes spiriti uelit etiam in medijs diuitijs, Matth. 5. & Luc. 1.

Deus ipse uindex erit.) Quòd autem non Iudex, sed Deus ipse uindex constituitur, præsentis pœnæ metu Religio confirmari uidetur, inquit Cicero. Quasi dicat: Videtur Dei uindicta plus ponderis adferre ac timoris, quàm hominum pœnæ, ut qui uideat omnia, quo quisq; animo Religionem colat. Quare paulò post subiungit: Et quod uult Thales, qui sapientissimus inter septem fuit: homines existimare oportere, Deos omnia cernere: Deorum omnia esse plena. Sic & Alexāder Imperator. C. De reb. credit. & Iureiura. Iurisiurandi (inquit) contempta Religio, satis Deum ultorem habet. Non tamen, aut Lex XII. tabularum, aut Imperator negauit, pœnis humanis esse subdendos Religionis contemptores uel periuros, ut inferius dicitur. Quod nō satis intellectū, multis negociū fecit in materia puniendi periurij. Hæc sanè, cum Religione nostra conueniunt. Primum enim, omnia facimus sub oculis omnipotentis Dei, Gal. 3. Coloss. 3. Eccle. 39. l. 1. in prin. C. De ueter. iur. enuclea. Et Nouell. De priuileg. dot. Deinde, transgressorum delicta non fore apud Deum impunita, etiam si hominibus utcutq; imponant: testimonia sunt scripturæ sacræ admodum horrenda. Adam, ob liti præcepti pœnam luit expulsus Paradyso, & ad nos transmisit, Gene. 1. Israhelite parantes expeditionem contra præceptum, occisi sunt, Num. 14. Item Saul transgressor, destituitur regno, 1. Reg. 15. & 1. Corinth. 6. Ne erretis (inquit Paulus) Deus non irridetur.

DE TEMPLIS ET LVCIS.

CAPVT II.



Separatim nemo habessit Deos: ne uel novos: sed ne aduenas, nisi publice ascitos, priuatim colunto.

Constructa a patribus delubra habento, lucos in agris habento.

Et Larium sedes, ritus familiæ patriæq; seruantō.

INTERPRETATIO.

Impia hæc & pleraq; sequentia sunt, quare uerba legis obiter & antiquitatis ritus nō ob aliud enarrabimus, quàm ut alieni errores ad ueram Religionem amplectendam nos inuident, & ardentiores reddant: utq; nonnulla ad forum nostrum exigamus, quæ ad formādos mores pertinent.

Nisi publice ascitos.) Cicero existimat proprios Deos, aut novos, aut alienigenas, ideo prohiberi: quia ignotæ cerimonix confusionem habeant religionum, quibus proinde hominum animi uarijs moribus distrahi soleant. Quo consilio constat Romanos Pontifices, Alexandrum III. & Innocentium III. fuisse motos, ut interdicerent omnem Sanctorū uenerationem, & reliquiarum expositionem, quam non autoritas Ecclesiastica præcederet. Vnde est Tit. De reliqui. & uenerati. sancto.

Delubra habento.) Hoc est templa, inde dicta delubra, quòd uno tecto plurima cōplectebantur numina, teste Seruio. Sunt phanatici quidam, quibus ne nunc quidem placent templa, campanæ, uestes, organa, linguarum dona, & nescio quid non improbent, quorum falsas opiniones uideo à doctis & prijs uiris rejci.

Patrum

X I I T A B U L A R V M.

Patrum delubra (inquit Cicero) esse in urbibus censeo: nec sequor Magos Perfarum, quibus authoribus, Xerxes inflammasse Tempia Græciæ dicitur, quod parietibus includerent Deos, quibus omnia deberent esse patentia ac libera, quorumq; hic mundus omnis, templum esset & domus. Melius Græci atq; nostri, qui ut auerent pietatem in Deos, eandem illas Vrbes, quas nos, incolere maluerunt.

Hodie ueri Dei templa habemus, ut ad audiendum uerbum eius Populus Christianus statis temporibus conueniat: suntq; donata multis Priuilegijs. Quò pertinent Tit. Iuris. De summa Trinita. & fid. catholic. De sacrosanct. Ecclesi. De immunita. Ecclesi. Et alijs id genus. Item, Interdicta Prætorij. ff. Ne quid in loc. sac. Nam Ecclesiæ uerbo ibi, pro tēplo ununtur Imperatores, populariter loquentes, ut sæpè alibi.

Lucos in agris habento.) Aluceo dici lucos, inter omnes quidem conuenit: sed nò per antiphrasin, ut Priscianus opinatur, quia minimè luceat propter arborum densitatem: Imò magis ideo, quòd sacrificiorum luminibus quæ ibi per noctem habere solebant, quoquouer sus luceret. Vnde Lucraria festa sunt dicta, quæ Festus tractat.

Rationem autem lucorum tractans Cicero: Neq; enim (ait) ea quæ à maioribus prodita est, tum dominis, tum famulis posita in fundi uillæq; conspectu, Religio patrum repudianda est. Scilicet, ut ubiq; homines rebus diuinis operam dantes, ipso aspectu frequenti, Deorum Religionem, & uiuendi castitatem animis insingerent. Præclara certe uerba, si ex uera Dei cognitione processissent.

Christiani nunc ruri quoq; non luco, sed templis utimur, propter loci distantiam. c.ij. De Ecclesi. ædifican. uel reparan:

Et Laridum sedes.) Lares à Lare Nympha, reputabantur apud cæcas Gentes, gemini dij familiares, alter bonus, alter malus, unicuiq; homini designati, ut curam eius peculiarè haberent: Ideo Genij & Penates appellati. Hos enim domi colebant, quasi peculiare Deos in Larario, hoc est, loco & sacrario domestico. Refert Lampridius: Alexandrum Seuerum Imperatorem, primum in Larario suo coluisse Habraamum & CHRISTVM: sed Philippus deinde Imperator, Religionem Christianam planè secutus est.

Ex his facile accipitur id quod Vlpia. in. l. Si duo patroni. §. ult. ff. De iureiuran. Si quis (ait) iurauerit in re pecuniaria per Genium Principis, se dare non oportere, & peierauerit. Et paulò post: Imperator noster cum patre rescripsit, fustibus cum castigatum dimittere. De periurio autem inferius plura.

Ritus familiæ, patriæq; seruantio.) Iam ritus (inquit Cicero) familiæ patrumq; seruari, id est, quoniam antiquitas proximè accedit ad Deos, à dijs quasi traditam Religionè tue ri. Porro in qualibet familia proprijs utebantur sacrificiorum ritibus: ad quod respiciès Modestinus in. l. j. ff. De ri. nupt. Nuptiæ autem sunt coniunctio maris & fœminæ, consortium omnis uitæ, Diuini & humani iuris communicatio.

DE DVPLICI DEORVM GENERE.

CAPVT III.

Diuos, & eos qui cœlestes semper habit, colunto.

Illos, quos in cœlum merita uocauerūt, Herculem, Liberum, Aesculapium: Castorem, Pollucem, Quirinum.

Et illa propter quæ datur huiusmodi ascēsus in Cœlum: Mentem, Virtutem, Pietatem, Fidem, earum laudum delubra sunt.

Nec ulla uitiorum sacra solennia obeunto.

INTERPRETATIO.

Ea ab initio fuit post lapsum Adæ & corruptam hominum naturam, cœcitas & amētia: ut nunquam cessarent simulachra sibi & deos fingere modò hos, modò illos: aliàs publicè, aliàs priuatim. Scilicet, quia Religio erga Deum secundum naturam est, sicut intelligi debet Pomponius in. l. ij. ff. De iusti. & iur. Et cum uerum DEVM ignorarent, imaginati sunt secundum carnem falsos Deos, aut potius dæmones, quos depingit suis coloribus Dauid Psalms. CXXXIII. Horum genera duo hæc tractat Lex.

Hinc

Hinc sacra scriptura nihil seuerius prohibet ac puniendum dicit, q̄ Idolatriã, Exod. 20. Et Deut. 5. Non habebis Deos alienos in cōspectu meo. Et 17. Item 27. Adorans Deos alienos interficiatur, maledictus sit. Item 1. Corinth. 10. Fugite à cultura Idolorum, & 2. Corin. 6 Galat. 5. Opera carnis seruitus Idolorum. Obseruemus igitur hoc loco & fugiamus Gentium uesaniã: inspicientes interim si quid in foro nobis significatio uerborum deseruiat, ad cognitionem Legum Romanarum, quas antiquitatis ignorantes, non rectè intelligemus.

Diuos & eos qui cœlestes, semper habiti.) Hi nuncupabantur maiorum Gentium Dii & selecti: sicut sequente loco enumerati minorum Gentium Dii, tanquam adscripti dicitur, & adlecti in Deorum numerum. Sic olim Imperatores Diuos appellabãt, nescientes tamen rationem quare id facerent. Nos uerò DEO auctore, possumus dicere Diuos Imperatores etiam dum uiuunt, quia in administranda Sacrosancta Iustitia, Dei ministeriũ agunt, ut qui eos contemnat, Deum censeatur contemnere, Roman. 13. Item ego dixi dii estis & filij excelsi omnes. Quam ob causam cum Ioas coronaretur in templo, tradebatur ei Lex Domini in manus. 2. Paralip. 23. Quem morem in hodiernum diem rectè imitantur Christiani. Dauid enim beatos pronunciat eos, qui meditantur in lege Domini die ac nocte. Psalm. 1. Proinde merito Diuos fratres dixerimus Carolum V. A. Et Ferdinandum G. Optimos Maximosq; Principes nostros. Vnde diligentissimus Latinæ linguæ interpres A. Calepinus: Cũ autem dicimus (inquit) Diuam fœminam, intelligimus eam, quæ sua uirtute Diuinitatē meretur. Sic dicimus: Diuos Imperatores, etiam dum sunt in uita.

Herculem, Liberum, Aesculapium.) Quòd autem (ait Cicero) ex hominum genere cōsecratos, sicut Herculem & cæteros coli Lex iubet: indicat omnium quidem animos immortales esse: sed fortium bonorumq; Diuinos. Ecce, quàm fallax semper est humanus captus, ueris falsã miscens, nisi scopum teneat Diuinæ scripturæ. Sicut enim uerum est, animos immortales esse, uitamq; futuram omnibus modis æternam, ut est in Symbolo fidei catholicæ: Ita rursus falsissimum est, fortitudine aut bonitate, maiorem aliquam Diuinitatem donari: sed omnes ex æquo per fidem in Christum, seruabimur ad perpetuam cœlestemq; beatitudinem, Ioan. 3. Roma. 4.

Horum autem hominum & pseudo Deorum nomina, gesta, & cærimonias quibus inter Diuos relati sunt, nihil moror. Nimis enim impia sunt, nec deseruiunt ad forum. De Quirino autem ut sciamus eum uelut conditorem Urbis Romæ consecratum, ac ita nuncupatũ esse, cum antea Romulus diceretur, & mortuo fratre solus aliquot annis regnasset: deseruit nobis ad intelligendum id, quod Iustinianus dicit Instit. De Iur. natura. gent. & Ciuil. §. Sed Ius quidem. Sic enim (inquiens) & Ius quo Romanus Populus utitur, Ius Ciuile Romanorum appellamus: uel Ius Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim, à Romulo: Quirites, à Quirino appellantur. Cæterum, huic Quirino siue ab hasta, siue à Marte, quem & Quirinum uocabant, dicto, templum ædificatum erat in Colle Quirinali.

Mentem, Virtutem, Pietatem.) Benè uerò (ait Cicero) quòd Mens, Pietas, Virtus Fides, consecratur manu: quarum omnium Romæ dedicata publicè templa sunt, ut illa qui habeant (habent autem omnes boni) Deos ipsos in animis suis collocatos putent.

Rectius autem nos cogitamus, has uirtutes à DEO creatore nostro, omnibus sanè infusas nobis esse, uelut pretiosissima dona ad sui imaginem, ut in hac hominum societate fruamur illis: Primum ad ipsius Dei cognitionem: Deinde, ad charitatem proximi, glorificantes tam omnipotentem, benignum, æternum patrem & creatorem nostrum: qua de re supra latius dictum est. Roma. 1. Et. 1. Ioan. 3.

Nec ulla uitiorum sacra solennia obeunto.) Obibant ne igitur Gentes uitiorum sacra: Hoc est, sacrificabant ne uitijs & turpitudini ante hanc latam Legem: Vtiq; ut uel hinc uideas, modò si oculos uidèdi habes, num cæca sit hominum industria, num tota uia omnes Gentes facile aberrant, si non sequantur Diuinas illas naturalis honestatis præscriptas formulas. Hoc enim quò magis urgeamus perluade tibi, non carere utilitate maxima, ut exemplo

plo nobis est iniquissimum aliquando Ius à Gentibus constitutum, de quo supra dictum est.

Proinde, tam insaniebant olim Gentes, & ne quidem communi sensu utebantur, ut non solum Febris templum haberent, & malæ fortunæ, scilicet ne noceret: uerum etiam turpissimarum rerum, quas me pudet referre, delubra constituerent: quod & Ciceroni uitiosum uidetur.

DE FERIIS. CAPVT III.



Feris iurgia amouento: easq; in famulis, operibus patris, habento.

Itaq; ut ita cadat, in annuis amfractibus descriptum esto.

Certasq; fruges, certasq; baccas, sacerdotes publice libanto.

Hoc certis sacrificijs ac diebus: itemq; alios addes.

Vbertatem lactis foeturæq; seruantio.

Idq; ne committi possit, ad eam rem & rationem, cursus annuos sacerdotes finuntio.

INTERPRETATIO.

Feris iurgia amouento.) In liberis hominibus sic est habenda ratio feriarum festorumq; (nam de seruis paulò post dicitur) ut requiem habeant litium & iurgiorum. Hinc pro manauit Tit. ff. De feri. in quo Vlpianus ad aliquam huius antiquitatis partem respexit in .l. V. Pridie (inquiens) Kalèdas Ianuarij, Magistratus nec Ius decernere, sed nec sui potestatem facere consueuerunt. Et quanquàm incredibili Gentium uanitate feriarum rationes ab olim uariatæ sint: res ipsa tamen manet, hoc est, ut nunc quoq; ferijs cessent lites & ludicia. Eleganter Imperatores Leo & Anthemius: Dies festos (inquiunt) dies Maieitati altissimæ dedicatos, nullis uolumus uoluptatibus occupari, nec ullis pactioum uexationibus prophanari. Dominicum itaq; diem, ita semper honorabilem decernimus uenerandum, ut à cunctis exactioibus excusetur. Nulla quenq; urgeat admonitio: nulla fideiussionis flagitetur exactio. Taceat apparitio: aduocatio delitescat: sit idem dies à cognitionibus alienus. Præconis horrida uox silescat: respirent à controuersijs litigantes, & habeant foederis interuallum. Ad sese si mul ueniant aduersarij, non timentes. Subeat animos uicaria pœnitudo. Pacta conferant: trās actiones loquantur. Nec tamen huius religiosæ diei ocia relaxantes, obscœnis quenquam patimur uoluptatibus detineri. l. Dies festos. C. De feri. Pudet autem me referre, præterquam quòd inter surdos frustra canam, quibus uoluptatum ineptijs dies hodie festos transigamus.

Easq; in famulis, operibus patris, habento.) Sicut in libris hominibus, requiem litium: ita in seruis, operum & laborum, feriæ præstant. Operibus autem patris, hoc est, perfectis. Nam sic cõferri debet anni compositio, quantum ad ferias attinet, ut opera rustica possint perfici commodis temporibus.

Et quoniam hoc quoq; seculo diuersimode colimus ferias, tam eas, quæ propter messem & uindemiam sunt: quàm illas, quas in honorem DEI sanctificamus: Ideo Paulus in .l. iij. ff. De feri. Præsides (inquit) Prouinciarum, ex consuetudine cuiusq; loci solent messis uindemiarumq; causa tempus statuere.

Cæterum: necessitas non habet ferias, ut dici solet: sicut nec pietatis exercitium ferijs impeditur. Scitè ergo Scæuola interrogatus olim: quidnam ferijs agi liceret: Quod noceret (inquit) prætermisum. Vlpianus in .l. j. §. Sed excipiuntur, & duabus. ll. seq. ff. De feri. tractat multas id genus species. Sic & in .c. ij. & ult. eod. tit. Romanus Pontifex non uult ligari necessitatè & pietatè. Qua in re Iudæi cū planè cæci essent, à Christo reprehenduntur Luc. 13. & 14.

Itaq; ut ita cadat.) Hoc est, quo magis ratio temporum diligenter obseruetur, ut singulæ feriæ, singulis diebus commodè incidant. Est enim antiqua loquendi phrasis, qua nunc quoq; uulgus uitur: rem ita cadere. Quocirca admonendi sumus hoc uerbum, multas egregias & uetustas translationes habere. **I** Cadere pro Republica, hoc est, occidi, mori.

C II

II Cadere commodè, pro contingere, euenire, ut hic. **III** Cadere in suspicionem, in deliberationem, pro incidere, uenire. **III** Cadere causa, pro amittere. **V** Cadere animos, cadere uultus, uerba: pro frangi, perire, debilitari. Cadere in potestatem, pro redigi, ut Instit. Quib. mod. Ius patri. potest. solui. §. j. Tunc hi (inquit Iustinianus) qui in potestatem eius cadere non possunt, sui Iuris fiunt.

In annuis anfractibus descriptum esto.) Numa Pompilius peritè descripsit anfractus annuos, seu circumstantias omnium dierum: Videlicet, ut quidam essent dies festi, quidam interseisi, reliqui omnes profesti. Dies festi continebant ferias publicas & priuatas, ludos, epulas, & sacrificia Deorum: Interseisi dies erant, quasi Dijs & hominibus communes. Nam quibusdam horis fas erat Ius dicere: quibusdam uerò nefas erat, ut cū hostiæ caderentur. Quodius in fastis:

Nec toto perstare die sua Iura putaris.

Qui iam fastus erit, mane nefastus erat.

Profesti deniq; dies, rebus tum publicis tum priuatis destinabatur. Qua ratione horum dierum: alij erant Fasti, in quibus Prætori licebat solennia hæc uerba fari: dō, dico, addico: alij Comitiales, quibus cum Populo rectè agebatur: alij Comperendini, quibus uadimonium dicere permittebatur, hoc est, sponsonem decernere Iudicio susti: alij Stati, quos iudicij causa cum hoste instituebant: alij Præliares, quibus repetere res, uel laceßere hostem licebat.

Certasq; fruges.) Nam non omnem fructum libare fas erat, ut, uites non putatas, uel fruges sine farina, aut reliqua id genus. Porro, fruges dicuntur generaliter, quicquid ex fructu terræ, in alimoniam uertimus.

Certasq; baccas.) Erat namq; & in baccis delectus. Sunt autem baccæ fructus minores diuersarum arborum: ut lauri, oliuæ, myrti, & similibus. Ecce autem superstitiosam Gentium curiositatem in sacrificijs pseudo Deorum.

Sacerdotes publice libant.) Hoc quippè erat munus Sacerdotum arualium, ut Dijs publice libarent, id est, sacrificarent. Nam sic accipitur uerbū libo. Lact. lib. j. Nihil enim sancta & singularis illa Maiestas aliud ab homine desiderat, quàm solam innocētiam: quam si quis obtulerit DEO, satis piè, satis religiose libabit.

Hoc certis sacrificijs.) Præscripta enim erant tempora, quibus tamē Sacerdotes pro re nata addebant aliquot dies ad sacrificandum. Sed hæc fructum non habet, ut latius tractemus.

Vbertatem lactis foeturæq; seruant.) Lac & foetum sacrificasse pastores, author est Varro. In omni enim rerum & animalium genere, aliquid erat deputatum, quod Dijs immolaretur pro felici successu impetrando. Ceterum, quilibet foetus à natiuitate statim non censetur idoneus ad sacrificium, nisi post aliquot dies.

Idq; ne committi possit.) Hoc est, ne quis ea in re delinquat: Sacerdotes, non solum cuiuslibet foetus ætatem: uerum etiam intercalandi seu interponendi temporis rationem obseruare debent, scilicet quod animalium foeturæ conueniat, utpote quo tempore haberi possit. Cicero: Quod tempus (inquit) ut sacrificiorum libamenta seruentur foetusq; pecorum quæ dicta in Lege sunt, diligenter habenda ratio intercalandi est.

DE HOSTIIS, ET OFFICIIS SACERDOTVM.

C A P. V.



Væq; cuiq; Diuo decoræ, gratæ sint hostiæ, prouident.

Diuisq; alijs, alij Sacerdotes: omnibus Pontifices; singulis Flamines sunt.

Virgines

Virgines Vestales in urbe custodiunt ignem foci publici sempiternum.

Quoq; & privatim & publice modo ritusq; fiant, discunt ignari à publicis Sacerdotibus.

Prosequitur Lex officia sacerdotum, ritum & solennitatem sacrificandi, cuius exemplum cum Gentes primum apud Hebræos uiderent, uelut simia sunt imitati, ac propriae innitentes prudentiæ, additis erroribus auxerunt & uariarunt. Nam sic est humana cæcitas & phylantia, semper adhaerere aliquid uult & emendare. Sic & Hebræi quanquam auctore DEO factis instructi, transiuerunt tamen ad Idolatriam, Exod. 32.

I N T E R P R E T A T I O.

Quæque cuique Diuo dæcoræ.) Iam illud (inquit Cicero) ex institutis Pontificum & Aruspicum non mutandum est: quibus hostijs immolandum cuique Deo: cui maioribus: cui lactentibus: cui maribus: cui fœminis. Porro sicut Numa, temporis obseruationem: sic Pontifices & Aruspices hostiarum genera distribuerunt. Puta, ut Ioui Maximo, oue: ut Apollini, Neptuno, tauro: Marti, equo: Baccho, capro, qui uitibus obest: Cereri, Porca, quæ frumentis nocet: Aesculapio, capra, quæ nunquam febre caret sacrificaretur.

Aruspices autem apud Ciceronem potius intelligendi sunt, qui à uictimis in ara inspicendis ut futura prædicerent, nuncupabantur: quorum magna erat autoritas. Vnde sine aspiratione scribendum fuerit. Victimam autem omne animal, quod Dijs immolabatur, dictum est. Hostia ab hostiando, id est, feriendo. Ouidius:

Victima, quæ dextra cecidit uictrice uocatur.

Hostibus à domitis, hostia nomen habet.

Illud nequaquam prætereundum est: Quod Galli in constituendis Deorum sacrificijs ad tantam uesaniam perducti sunt, ut etiam grauioribus malis afflicti, homines immolarerent. Sed Romani Galliarum potiti, utiq; in hoc sobriores fuerunt, & Senatusconsulto quod Cornelio Lentulo & P. L. Crasso factum est: id genus sacrificandi rectissime sustulerunt.

Diuisque alijs alij sacerdotes.) Numa sacerdotum genera sic introduxit, ut singulis Dijs, singulos haberent sacerdotes, utq; non secundum cuiusque arbitrium uarijs modis, sed ad formam institutam solenniter fierent immolationes & sacrificia. Cum enim in rebus prophanis formulæ multæ obseruarentur: multò magis eas putabant in sacris adhibendas esse.

Omnibus Pontifices.) His idem Numa primum omnem autoritatem tribuit, non solum cœlestium cæremoniarum: uerum etiam totius status Publici & Priuati. Adeo, ut Iuris quoque Ciuilibus interpretandi ratio, & agendi in Iudicio facultas, ab eis peteretur. Quo respexit Pomponius in l. ij. §. Ex his Legibus. ff. De origi. Iur. Omnium tamen harum (inquit) & interpretandi sciencia, & actiones apud collegium Pontificum erant: ex quibus constituebatur quis quoquo anno præset priuatus. Et populus prope centum annis, hac consuetudine usus est. Postea uero cum tam magna potestate abuteretur Pontifices, merito translata fuit ad Prætores, nimia enim ambitio, semper transfudit Imperia, ut alibi diximus.

Singulis Flamines esto.) Cum non haberent Gentes uerbum DEI, cuius ductu Religionem constituerent, hæc sacerdotum genera sibi receperunt, uidelicet Pontifices, Flamines, Virgines Vestales, Augures, & cæteros id genus. Flamines autem ex eo dicti sunt, quod filo caput cinctum haberent, quasi filamines. Et cognominabantur à Dijs quibus sacra faciebant, ut Flamen Martialis: Flamen Dialis, hoc est Iouialis, qualis Iulius Cæsar adolescens adhuc fuit. Erant flamines in magna ueneratione, primumque locum post Regem sacrificulum, in conuiujs tenebant. Flaminis item matrimonium, sola morte soluebatur, non alio diuortij genere. Cæteras ineptias quid attinet referre?

Virgines Vestales in urbe.) Vesta quasi focus urbis, Dea reputabatur, cui colendæ uirgines præerant, ut uigilaretur diligenter ad custodiam ignis, auctore Cicero: Inde enim Virgines Vestales dictæ sunt: quibus magnus habebatur honor, præcedentibus etiam

facibus cum prodirent: Ad eò, ut damnatum ad mortem, fortè fortuna obuim, liberarent à pœna. Triginta autem annis uirginitatem seruabant, exinde ad quãcunq; uitæ conditionem libera.

Custodiunt ignem foci publici sempiternum.) Cum Vestam, Deam ignis putarent miseri homines, iuxta illud Ouidij:

Nil aliud Vestam, quàm puram intellige flammam.

Ideo ex uno errore ad alium perducebantur. Quam ob causam inextinguibilem ignem in fco publico adseruabant per Virgines Vestales, quarum negligentia si fortè extingueretur, à Pontifice cœdebantur. Nec reparari hunc ex igne, hominum manibus elaborato, fas erat: sed accensa per fomites ex sole flamma, purus & cœlestis ignis eliciebatur. Sic autem facit cæcitas carnis semper: non quiescit adfectus ad nouitatem proclius.

Quoq; & priuatim & publice.) Hoc est, Quicunq; dubitauerit circa Religionis obseruationem, publicam uel priuatam, is confugiat ad Sacerdotes: quorum munus est Dñs sacrificare: hominibus uerò scientiam impartiri. Et hoc est quod Cicero dicit: Sacerdotibus, & respondendi Iuris, & constituendarum Religionum, facultatem fuisse concessam.

DE DVOBVS SACERDOTVM GENERIBVꝰ.

CAPVT VI.



Orum autem duo genera sunt: unũ quod præsit cæremonijs & sacris: alterum quod interpretatur fatidicorum & uatum effata incognita, cum Senatus populusq; ascuerit.

Interpres autem Iouis Opti. Maxi. publici Augures, signis & auspicijs posita uidento, disciplinam tenento.

Sacerdotes uineta uirgetaq;, & salutem populi auguranto: quicq; agent rem duelli: quicq; populare auspiciũ, præmonento, illisq; obtemperanto.

Diuorumq; iras prouidento, ñsq; parento: cœliq; fulgura Regionibus ratis temperanto.

Vrbemq; & agros, & templa liberata & effata habento.

Quæq; augur iniusta, nefasta, uitiosa, diræue dixerit, irrita infectaq; sunt.

Quicq; non paruerit, capitale esto.

Fœderum, pacis, belli, indutiarum: Oratores, Fœtiales, Iudicisue ne sunt.

Bella disceptanto: prodigia, portenta, ad Hetruscos & Aruspices, si Senatus iusserit, deferunto.

Hætruricq; Principes disciplinam docento.

Quibus Diuis creuerint procurantor: Idemq; fulgura & oscina pianto.

Hunc locum generaliter explicans Cicero sic ait: Quod sequitur uerò, non solum ad Religionem pertinet: sed etiam ad Ciuitatis statum, ut siue his qui sacris publicè præsumt, Religioni priuatæ satisfacere non possint. Continet enim Reipublicæ cõsilio & autoritate Optimum, semper Populum indigere, descriptioq; Sacerdotum nullum iustæ Religionis genus prætermittit. Quasi uerò sic dicat Cicero: Religioni coherent omnia: nihil est quod ex ea non accipiat decentem formam in hac uita. Itaq; consequitur: quod quibus maxima Religionis Maiestas conceditur, eorum quoq; authoritati reliqua hominum negotia tuto committantur.

Nobis sic est dicendum. Habemus Dei uerbum quod nos omnem ueritatem docet, ex quo dependet Publica priuatq; salus, eòq; sublato nihil præter tenebras manet, Matthæ. 2. 1. Corinth. 6. & 1. Timoth. 1.

Cicero secutus Platonem, sensit quidem umbram huius rei lumine quodam naturali: uerum

uerum ipsam ueritatem sine Christiana doctrina apprehendere suis uiribus non potuit. Accedit Cicero Iustinianus Nouell. De non alienan. aut permutan. §. Sinimus igitur. Vtiq; (inquiens) cum nec multum differant ab alterutro Sacerdotum & Imperium: ac Sacrae res à communibus & Publicis, Eodem modo accipiendum est id, quod dicit Isidorus XXI. dist. c. Cleros. Antea autem Pontifices, & Reges erant. Nam maiorum hæc consuetudo fuit, ut Rex esset Sacerdos & Pontifex.

I N T E R P R E T A T I O.

Eorum autem duo genera sunt.) Paulo ante diximus quinque & plura genera Sacerdotum olim fuisse. Sed hæc diuisio summa est, ut Iurisconsulti dicere solent. Habet enim generalissima Sacerdotum genera, quæ sub se continent reliqua omnia.

Alterum, quod præsit cæremonijs.) De quorum officijs & uario sacrificandi ritu, superius multa sunt dicta. Proinde, uideamus de altero genere.

Alterum, quod interpretatur fatidicorum & uatum effata.) Sicut enim præcedentis generis Sacerdotes ad placandos Deos constituiebantur, ut sacris præessent solennibus: Ita hi prædicta uatum seu responsa, in quibus arcanum aliquid semper putabant latere, interpretabantur ijs quorum scire intererat. Sic autem dii uel reuera dæmones, stupidis Gentibus multifariam imponebant. Quandoquidem ipse Sathanas (inquit Paulus. 2. Corint. 11.) transfiguratur in Angelum Lucis.

Sicut autem à fato & dico fatidici dicuntur: Ita à fando quoque Vates appellati sunt, quasi fates. Nam utriusque decreta Deorum exponebant, quæ rursus sacerdotes enarrare consueuerunt crassius, ut rectè intelligerentur pro re nata, cum Senatus faciendum aliquid aut intermittere decreuisset. Hoc enim est quod Lex dicit: Cum Senatus Populusque ascuerit. Si quidem ascisco ascium, significat, aliàs, accerso, aliàs subscribo, approbo, decerno, ut hic.

Interpretes autem Iouis Opti. Maxi. publici Augures.) Ab auium garritu, Augures dicti sunt. Porro, trifariam augurari uisibus ac futura prædicere solebant: primum uolatu: Deinde cantu: Tertio gustatu obseruato. Nam cum pulli gallinæ ex cauea deprompti, porrectam escam non gustarent, perniciæ portendebatur.

Erat autem huius sacerdotij magnus honor apud Romanos, qui nihil pulcè aut priuatim, in quo periculum esset, suscipere solebant, nisi sumpto prius auspicio, præsertim ex pulis, quod frequens admodum erat.

Disciplinam tenent.) Quemadmodum id, quod Senatus uel Populus ascuerit, potest uidendum & augurandum erat diuinationum signis: Ita disciplinam tenere Lex præcipit, ne quid in tam ardua re leuiter aut imperite committeretur.

Sacerdotes uineta uirgetaque & salutem Populi auguranto.) Vt etiam periculis quæ aut uitis, aut arbusculis, aut Populo, forte imminerent, occurreretur per immolationes & sacrificia: uult Lex quòd hoc nomine augurarent sacerdotes ad auspicia deputari. A sacerdotibus enim Augures constituiebantur uiri Illustres, ut fuerunt Marcellus, Cicero, & alij similes.

Vinetum autem, est locus ubi multæ sunt uineæ. Columell. lib. 1. Cui uineta facere cordi est, faciat uitarium ex quo possit agrum uineis uestire. Virgetum, dicitur locus uirgis conlitus.

Quisq; agent rem duelli.) Sed & cum de duello tractatur, aut quocumque populari auspicio, si quid periculi sublit, præmonere debent Augures, ut cuitetur perniciæ futura.

Duellum uerò dicitur bellum, quod duabus partibus de uictoria contendentibus dimicatur. Vnde constat in significatione rei, errare eos, qui duorum duntaxat duellum priuatim accipi putant, cum & multorum sit publicè, ut apud Horatium:

Græcia barbariæ lento collisa duello.

Vnde perduellio nuncupatur is, qui crimen læsæ Maiestatis admisit, uel contra Rempublicam hostiliter machinatus est: quanquam Vlpianus pro ipso crimine accipiat in. l. ulti. ff. Ad

C 3 Leg.

Leg. Iuli. Maiesta. Sed qui perduellionis (inquiens) reus est, hostili animo aduersus Rempublicam uel Principē animatus. Et perduellis olim pro hoste intelligebatur. Caius in. l. Quos nos. ff. De uerbo. significa. Quos nos (ait) hostes appellamus, eos ueteres perduelles appellabant; per eandem adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.

Neque uerò hæc Lex duodecim tabularum loquitur de bello duorum duntaxat hominum priuato, tametsi frequens hoc dimidicandi genus apud Romanos esset, & (sicut hic uidemus) nō improbatur etiam gloriæ tantum causa institutum, multò minus cum de purgando crimine tractabatur. Imò, intelligendus est iste locus de omni duello, quod magno semper discrimine suscipiebatur.

Hodie uerò duella priuata (ut publicas excipias causas & Iure probatas) aliæq; cruenta spectacula quibus olim utebantur: omninò sunt prohibita. l. Vnica. C. De gladiato. lib. XL. Vbi id colligitur. Et sic non uidetur hodie locum habere, quod Vlpianus in. l. Qua actione. §. Si quis in colluctatione. ff. Ad Leg. Aquil. Siquidem (ait) in publico certamine alius alium occiderit, cessat Aquilia: quia gloriæ causa & uirtutis, non iniuriæ gratia uidetur damnatum.

Fredericus Imperator duellorum meminit in Constit. De pac. tenend. & eius uiolato. Nisi (inquit) per duellum hoc probare possit. Quo loco nobis apparet, duellorum certamina id temporis admodum fuisse frequentia, ad inuestigandam ueritatem rerum gestarum etiam priuatim.

Illisq; obtemperanto.) Frustrà enim admonuissent Augures, nisi dicto audientes esse admonitos iuberet Lex.

Diuorumq; iras prouidento.) Inter alias causas hæc uidebatur maxima, ut ex diuinationum auspicijs prouiderent ipsi Sacerdotes, aliosq; rursus admonerent, num Dii forte irati essent, & ob quam causam: ut tum emendato uitio, placarent eos, nec sinerent ad uindictam progredi, lento quidem gradu, sed certè supplicij grauissimis tarditatem compensantes, ut Valerius monet. Hanc enim emendationem hæc Lex paucis uerbis iterum inculcat: Iisq; (inquiens) parento.

Nobis hodie cum uerbum Christi salutare proponitur, uitia quoq; nostra ex Lege sunt ob oculos ponenda, ut emendemur, ne omnipotentem DEVM tandem intolerabilium peccatorum ultorem excitemus. Sic enim in timore, Legem eius die ac nocte meditari debemus, & agere pœnitentiam, Matthæ. 2. & 4. Marc. 2. Ephesi. 1. Sæpè conqueritur Apostolus, quòd Gentes, lumine tantum naturali ad quandam falsam pietatem ducti, superent nos compositis uiuendi moribus.

Cœliq; fulgura Regionibus ratis temperanto.) Putabant enim omnia in omnibus locis nocumenta colligi posse, uel ex animalium signis, uel cœlestibus prodigijs, uidelicet ut obseruationibus quibusdam solennibus ac cœrimonijs, anteuertent futuram perniciem. Nam baculum manu tenentes Augures, certos sibi fines quo ad poterant oculis, reliquos animo finiebant, intra quos rogabant Deos, ne fulgura nocerent agris, eorq; nomine signa diligenter obseruabant. Eodem modo & urbem, agros, & templa liberabant effabanturq; sine periculo salua fore.

Bella disceptanto.) Hoc est, Augurum cognitio fit: num iusta censeantur bella, quas Senatus Populusq; Romanus meditatur gerere.

Prodigia, portenta, ad Hætruscos & Aruspices.) Hætruria Italiæ Prouincia est, ad alteram ripam Tiberis, Cum Roma in altera sit, Plinio teste. Huius Populi cæteris omnibus obseruatiores erant syderum, & quid quæque prodigia uel portenta significarent, interpretari diligenter solebant. Proinde Aruspices ex illis peritissimi reputabantur, hoc est, qui aras seu uictimas in ara diligenter inspicientes, uaticinari solebant & futura prædicere, à quibus Romani fatidici discere solebant, ut sequitur.

Ab his Hætruscis Aruspibus itaq; prodigiorum & portentorum mysteria inuestigabant

banæ. Sed non nisi decernente Senatu, ne ea ipsa gravissimarum rerum negocia, quæ obesse possent Vrbi, scirent passim omnes.

Prodigia auctore Festo, dicuntur quasi Proditia, & porro dicentia aliquid futurum esse. Nam litera quæ nunc. C. uocatur, apud Veteres. G. dicta est. Quod & nunc multi pronuntiando sequuntur in Italia.

Portenta eodem modo à portendo, hoc est, præostendo dicuntur, cum præter morem incidentia, ostendant aliquid futurum esse. Vlpianus eleganter duo genera ostentorum explicat in. l. Ostentum. ff. De uerbo. significa.

Sed cognita postmodum Euangelij ueritate, omnes istæ Diuinationes sunt prohibitz, C. De malefic. & mathema.

Quæq; Augur, iniusta, nefasta, uel iosa dira uel dixerit.) Magnam hic uide auctoritatem Augurum, quam postea uerbis Ciceronis aliquantò apertius intelliges.

Quisq; non paruerit, capitale esto.) Pœnam quoq; pro rei dignitate adijcit Lex. Porro, qui maximam auctoritatem contemnebat, is maxima capitis pœna adficiendus uidebatur. Et obserua hic, quàm curiosè fuerint Gentes ad tuendam salutem uitæ, cuius tamen uerum finem nesciuerunt.

Fœderum, pacis, belli.) Ne à necessario omniumq; maximo (sicut opinabantur) Augurandi negocio distraherentur id genus Sacerdotes, prohibet Lex ne essent Oratores, Fœciales, uel Iudices fœderum, pacis, uel induciarum. Requirit huiusmodi functiones aliquando longiorem absentiam, quam augurandi inopinata rerum necessitas ac subito eueniēs, non admitteret.

Fœciales autem erant, quibus ad indicenda bella, quæ alioqui iusta non credebantur, uel solemniter solebant. Neque rursus alijs aut de inducijs, aut de fœdere percutiendo tractandi ius erat, quàm Fœcialibus. Formulam uerborum indicendi belli hanc refert Liuius lib. 1. Tribus enim puberibus Romanis præsentibus sic dicebat Fœcialis: Quod Populi priscorum Latinorum, hominesq; prisci Latini, aduersus Populum Romanum Quiritium fecerunt, deliquerunt: Quod Populus Romanus Quiritium bellum cum priscis Latinis iussit esse: Senatusq; Populi Romani Quiritium censuit, consensit, consciuit, ut bellum cum priscis Latinis fieret: ob eam rem ego populusq; Romanus, Populis priscorum Latinorum hominum, hominibusq; priscis, bellum indico facioq;. Id ubi dixisset, hastam in fines eorum emittebat. Hoc tum modo (inquit Liuius) ab Latinis repetitz res, ac bellum indictum: moremq; cum posterii acceperunt. Posterius sæculum, quod ad nos ferè deuenit, corrumpens omnia, diffidationem appellauit. Vnde est Tit. De diffidationi. inter recentiores Imperatorum Constitutiones.

Hetruriazq; Principes, disciplinam docento.) Priscus modus loquendi est: disciplinam docere. Est enim disciplina media dictio inter scientiam & doctrinam, uidelicet quæ tenus à discipulo percipitur: cum scientia absolute censeatur per se: doctrina autem quæ à Doctore traditur. Sic sæpè hæc Lex utitur tali Phrasi: disciplinam seruare, ut supra: disciplinam docere, sicut hic.

Docebant Hetrusci autem inter alia, tum suos tum Romanos, significationes fulminum: quod alia essent diurna, alia nocturna. Quod item quædam essent fulgura postularia, quibus Dijs insinuarent spretam esse aliquam Religionis partem, postulabantq; emendationem. Quædam pestifera, ad denotandam futuram pestem, cladem, mortem primatum. Quædam deniq; peremptoria, ex quibus augurabant, Dijs placatis ademptam esse ultionem præcedentis fulminum. Nulla planè Gens in prænosticationibus superabat Hetruscos.

Hinc Senatus Romanus, ne tantus disciplinarum (sicut illi falso putabant) thesaurus quandoque periret, decreuit: ut decem Principum filij singularis Hetruriaz populis in disciplinam traderentur, à quibus rectè discerent, & tum postea docerent alios ac publicè responderent. Ecce, quàm incredibilis sit hominum uesania, qui uerbo DEI non manuducuntur ad

C 4 rectam

rectam uiam: & quam sit ueteranus impostor Sathan, qui & nos tentare nunc non desinit.

Eodem pertinet, quod Lex subdit procurandum esse sacrificium ijs Diuis, quibus Herusci Aruspices decreuerint, quoniam ipsi credebantur rem intelligere, & deorum naturam, quam Cicero late tractat.

Idemq; fulgura atq; oscina pianto.) Illi ipsi Aruspices piare, hoc est, colere debent fulgura; & oscina, id est, auium auguria.

Spurina Aruspex (ut multi scribunt) Iulio Cæsari prædixit periclitaturum eum Idibus Martijs. Cum autem Idus Martiæ adessent: Cæsar aditurus Senatum, Spurina subridens dixit: Idus Martias sine ulla sua noxa uenisse. At Spurina: uenerunt quidem (ait) sed nondum præterierunt. Nec fefellit: Nam eo die Cæsar cum inter eundem, porrectam cuiusdam amici admonentis epistolam non legisset, in Senatu est interfectus. Hic tanti Principis exitus fuit nulli non formidabilis.

Nunc adscribenda duxi uerba Ciceronis, quæ prædictis omnibus de officio Augurum lumen adferunt. Maximum autem (inquit) & præstantissimum in Republica ius est Augurum, cum est authoritati coniunctum. Neq; uero hoc, quia sum ipse Augur, ita sentio: sed quia sic existimare nos est necesse. Quid enim maius est, si de Iure quærimus, quam posse à summis Imperijs & summis potestatibus comitia tollere: & consilia, uel instituta dimittere, uel habita rescindere? Quid grauius, quam rem susceptam dirimi, si unus Augur aliter dixerit? Quid magnificentius, quam posse decernere ut Magistratu se abdicent Consules? Quid religiosius, quam cum Populo, cum Plebe agendi ius, aut dare, aut non dare? Quid, Legem si non Iure rogata est, tollere? Et post multa quæ ad probandam diuinationem disputat, sic concludit: Sed dubium non est, quoniam hæc disciplina & ars Augurum euauerit iam, & uetustate, & negligentia. Hæc ille. Veritas autem est, quare ista paulatim deserint. Quia scilicet propinquantem tum regno uerbi Diuini, cedendum erat Sathanæ. Quod Cicero secundum carnis prudentiam intelligere non potuit.

DE NOCTURNIS MULIERVM SACRIFICIIS, AC

LVDIS.

CAPVT VI.



Nocturna mulierum sacrificia ne sunt: præter illa quæ pro Populo ritè fient: neue iniantor, nisi (ut assolet) Cereri Græco sacro.

Sacrum commissum, quod neque expiari poterit: imple commissum est.

Quod expiari poterit: publici sacerdotes expianto.

alias quod sine.
alias, fat.
Ludis publicis, siue curriculo, siue certatione corporis fiant, popularem lætitiã in cantu, & fidibus, & tibijs moderanto: eamq; cum Diuum honore iungito.

Sie enim legendi esse Ciceronis uerba ostendunt: Iam ludi (inquentis) publici, cum sint cauea circoq; diuisi: sint corporum concertationes, cursu, & pugillatione, luctatione, curriculisq; equorum, usq; ad certam uictoriam circo constitutis: cantu, uoce, ac fidibus: dummodo ea moderata sint ut lege præscribitur. Dauid dixit: in tympano, choro, chordis, & organo laudandum esse dominum.

INTERPRETATIO.

Nocturna mulierum sacrificia ne sunt.) Diagondas Thebanus (ut scribit Cicero) primus apud Græcos perpetua lege sustulit nocturna sacrificia. Quod in his tabulis à Romanis translatum uidemus: Et merito: diligentissime namq; prouidendum fuit, ut mulierum famam atq; pudicitiam, multorum oculis lux clara custodiret. Magna sanè causa delinquendi

quendi dabatur mulieribus nocturnis sacrificijs, cum sint fragiles, & casta est quam nemo rogauit, ut dixit ille.

Quocirca nostro quoque seculo crudelissima hæresis alicubi dicebatur introducta nocturnis sacrificijs illorum, qui luminibus extinctis libidinem exercebāt passim sine ullo per sonarum discrimine.

Neue inſitiantor, niſi (ut aſſolent) Cereris Græco ſacro.) Hoc eſt, Sacris non imbuantur. Sic & nunc dicimus, initiare uel initiari ſacris ordinibus eum, qui ſacris imbutus, ad ordines deputatur. Hoc enim in clerico requiritur, ut tractatur XXXVIII. diſtinctio. Mulieres autem propter conditionem ſexus prohibentur.

Excipit tamen hæc Lex Cereris ſacrificia, quæ poſſent mulieres ueteri ritu peragere alba ueste. Ouidius in Metamorp.

Festa piæ Cereris celebrabant annua matres.

Illa quibus niuea uelata corpora ueste:

Primitias frugum dant ſpicea ſerta ſuarum.

Hodie quoque ſecundum ordinationem Apoſtoli, mulieres non inſitiantur ſacris. Qua ratione & à Ciuilibus officijs arceri mulieres receptum eſt moribus, ut dicit Vlpianus in. l. j. ff. Ad Senatusconf. Velleia.

Sacrum commiſſum quod neque expiari poterit.) Cicero: Publicus autem (ait) Sacerdos imprudentiam conſilio expiatam, metu liberet: audaciam in admittendis Religionibus foedis, damnet, hoc eſt, culpam diiudicet à dolo, & (ut alibi) lepram à lepra. Culpæ enim delicta expiari poſſunt ſeu purgari: Contumacia uero, planè damnanda eſt uelut impia, præſertim circa religionem.

Ex hac uerò diſtinctione quæ ſecundum naturam eſt, multa ſtatuuntur in Iure Ciuili, tum de cõtractibus, tum de pœnis maleficiorum. l. Aut facta. ff. De pœn. Et profeſſo hic eſt fructus Legum ex Græcia in tabulis Romam allatarum, præcipue circa Religionem; quod uitam reddiderunt expolitiorem. Nam mihi (ait Cicero) cum multa eximia Diuinaque uideantur Athenæ tuæ peperiffe atque in uita hominum attuliſſe: tum nihil melius illis myſterijs, quibus ex agreſti immani que uita, ex culti ad humanitatem & mitigati ſumus: initiaque ut appellentur, ita reuera principia uitæ cognouimus. His uides quid Cicero tacite iudicauerit de noſtro Decalogo, cuius umbra quædam relucebat in Græcis tabulis: & quid nobis de iſtis Diuinis tabulis iudicandum ſit: quantum pondus adferant uitæ inſtituendæ.

Ludis publicis ſiue curriculo, ſiue concertatione.) Si legas: quod ſine concertatione, neque ſenſus cohærebit, neque mens Legis explicabitur, ſicut paulò ante uerbis Ciceronianis probauimus. Hoc enim uult Lex: Quandoquidem ad Deorum honorem, & popularum lætitiarum ludi publici pertinent: Ideo & feſtis diebus, & uarijs muſices instrumentis agi debent. Adſentior enim (inquit Cicero) Platoni nihil tam facile in animos teneros atque molles influere, quàm uarios canendi ſonos: quorum dici uix poteſt, quanta ſit uis in utranque partem. Nanque & incitat languentes, & languere facit excitatos, & tum remittit, tum contrahit. Valerius lib. ij. pulchre tractat.

Qua ratione apud omnes increbuit uſus, ut in bellicis quoque expeditionibus, tibijs militum animos ad cogitationem uictoriæ ac laudis inflammaret, ſicut iam nunc ſit. Verum eſt, quod ludi quoque Scenici, peſtis gratia ex Senatusconſulto ſine curriculo aut concertatione inſtituti ſunt. J. Sulpitio Pouto & C. Licinio Stolone COSS. De quibus hic non loquitur.

Cicero autem mentionem facit caueæ, ſignificans aream quæ in medio theatri uel ſcæne, cauea ſimilitudinem referebat, in qua equitum uelut honoratorum ſubſella conſitui ſolebant. De his tractatur in Tit. C. De Spectac. & Scenic. Et de expenſ. ludor. lib. XII. Ciuitatibus, in principi. De lega. j. l. Annuam pecuniam. ff. De annu. lega. Et. l. Septima. ff. De poſt. cita. l. Legatam. §. Si municipio. ff. De adminiſt. rer. ad Ciuita. pertinen. Quo in loco Spectacula non improbantur, ſicut Accuſius putat: ſed municipibus extra Urbem Principem Romam, proſus inutilia cenſentur. Nam & apud Romanos multum diminuta fuit ludorum celebritas.

Eamque

Eamq; cum diuum honore iungito.) Sic instituenda est Popularis lætitia, ut interim ad Deorum quoq; uenerationem pertinere uideatur.

Hanc Legem multò magis nos imitari oportet: ut nullum lætitiæ genus exerceamus, quod ab honore Christi, uel à publica honestate alienum uideatur. Sed ò utinam, non etiam nomen Dei blasphemetur, omnisq; humana ratio uertatur plane in furiam, nostris conuulsi moribus.

DE SACRILEGIO, PERIVRIO, INCESTV. CAPVT VIII.



X patrijs ritibus, colunto optima.

Præter Ideæ matris famulos, eosq; iustis diebus, ne quis stipẽ cogito. Sacrum sacro ue commendatum, qui clepserit rapseritq; parricida esto.

Periurij pœna: diuina exitum; humana dedecus.

Incestum, Pontifices supremo supplicio faciunt.

Impius ne audeto placare donis iram Deorum.

Sancte uota reddunto; pœna uiolati Iuris esto.

Quocirca ne quis agrum consecrato.

Auri, argenti, eboris, sacrandi modus esto.

Sacra priuata, perpetua manento.

Deorum manium Iura sancta sunt.

Hos læto dato, Diuos habento: sumptum in illos luctumq; minuunto.

I N T E R P R E T A T I O.

Ex patrijs ritibus colunto optima.) Deinceps (inquit Cicero) in Lege est, ut de ritibus patrijs colantur optimi. De quo cum consulere Athenienses Apollinem Pythium: quas potissimum Religiones tenerent, Oraculum æditum est: eas quæ essent in in more maiorum. Quò cum iterum uenissent, maiorumq; morem dixissent sæpè esse mutatum, quæsiuissentq; quem morem sequerentur potissimum è uarijs, respondit: optimum. Et profecto ita est: ut id habendum, antiquissimum sit & Deo proximum, quod sit optimum.

Multa autem sunt quæ per experientiam magis, quàm ulla deliberatione in legem redigi & probari possunt an sint optima. Nouell. De Mona. §. Ordinatione uerò. Vnde Apostolus: Omnia probate, quod melius est tenete.

Ne quis stipem cogito.) Stips aut Stipis dicitur pecunia, quã olim ad sacrificia deorum, uel etiam ad porrigendam mendicis, stipabant, hoc est, componebant. Itaq; Lex non uult, ut quis cogat stipem, præter famulos Ideæ matris, quibus iustis & stas diebus, nõ quãduncq; uellent, id permittebatur. Stipem (inquit Cicero) sustulimus, nisi eam quam ad paucos dies propriam Ideæ matris excepimus. Implet enim superstitione animos, & exhaurit domos.

~~Sic Stipis dicitur quodammodo Ecclesiarum stipem cogito, & ex quibus in Parochia domos tantum pro uicinis in stipem absumunt, & colligunt. Alii quibusdam sumunt, nisi in mendicis usualibus, quorum cum nonnulli non habent in stipem, sed in Parochia domos, & in stipem cogunt, & in stipem cogunt, & in stipem cogunt. Vnde processit Tit. C. De mendicantibus lib. XI.~~

Sacrum sacro ue commendatum.) Solebant Veteres pecunias suas in fana seu templa deponere, uelut tutissimum locum, quod nunc quoq; multi faciunt. Vnde refert Cicero: Alexandrum in Sicilia deposuisse apud Solem in Delubro pecuniam. Et Clifthenem egregium ciuem, cum rebus timeret suis, Iunoni Samiæ filiarum dotes credidisse.

Is itaq;

Is itaq; sacrilegium admittit secundum hanc Legem, qui huiusmodi res clepserit aut raperit, ne dum Sacras. Clepserit enim à clepo clepsi est, quod furari aut furto surripere significat: sicut raperit à rapio, quòd per uim aufero denotat, & aliquando rapsi in præterito habet. Cicero de Repub. Vbi & pueri (inquit) clepere discunt. Loquitur autem de Spartis.

Sed posterioribus seculis hoc Ius, in ea specie quæ ad res depositas in Aedē sacram pertinet, mutatū est. Martianus in. l. V. ff. Ad Leg. Iul. pecula. Diui Seuerus & Antonius (inquit) Callio Festo rescripserunt: Res priuatorum si in Aedem sacram depositæ, surreptæ fuerint: furti actionem, non sacrilegij esse.

Sed quare Lex dicit, parricidam cēseri sacrilegum? nōne sunt diuersa delicta? Respondeo: Sunt quidem diuersa delicta: sed tamen quæ magnam habent adfinitatem. Nam sicut parentibus natiuitatem debemus in hoc mundo: Ita intelligebant Gentes lumine naturali, omnia deberi Dijs uelut summis parentibus. Vnde Pomponius in. l. Veluti. ff. De Iustit. & Iur. Religionem cum obedientia erga patriam, & parentes coniungit.

De pœna sacrilegij, haud dubie aliquid adiectum fuit in duodecim tabulis: sed Cicero summas rerum tantum nobis exhibuit. Paulus in. l. Sacrilegi. ff. Ad Leg. Iul. peculat. capite puniendos esse dicit. Vlpianus in. l. Sacrilegij, Ibidem, respondit: pro qualitate personæ, pro rei conditione, & temporis, & ætatis, & sexus: uel seuerius, uel clementius statuendam esse pœnam. Huc pertinet. l. Pergit. C. De sepulc. uiola.

Periurij pœna Diuina, exitium.) Pœnam infamiæ quam hæc Lex introducit, omnibus modis usus recepit inter bonos uiros, quibus periuri non adnumerantur, nec ullam fidem merentur. Præterea & extra ordinem puniri solent, si manifestam adferant publicam uel priuatam læsionem. Et sic intelligendum est quòd dicitur in. l. ij. C. De reb. credit. Et. l. ulti. ff. De in lit. iuran. alijsq; locis. Declarat non inconcinne gloss. Vl. q. j. c. Quicquam. Accedit. l. ij. §. ulti. C. De indict. uiduata. tollend. Cum satis (ait Iustinianus) esse in humanum uidetur: per Leges quæ periuria puniunt, uiam periurij aperiri.

Incestum Pontifices.) Incestus propriè dicitur flagitium cum cognatis & adfinibus admissum. Vnde sunt Tit. C. Et Nouell. De incest. & inutilib. nupti.

Stuprum autem generaliter coitus est Lege uetitus, isq; duplex. Vnus, cū nupta, quem dicimus adulterium, uel cum cognatis, uel sacris uirginibus: Alter, cum qualibet persona cui uis infertur, etiam si ancilla sit. Cicero Tuscu. iij. Omnibus enim ex animi perturbationibus nulla uehementior, utsi iam ipsa illa accusare nolis: supra dico, & corruptelas, & adulteria: in cœta deniq; quorum omnium accusabilis est turpitudine.

Seruius quoq; docet incestum esse quancunq; pollutionem. Quare ex fonte huius Legis generaliter loquentis, profluxerunt Tit. ff. Ad Leg. Iuli. de adulteri. Sed pœnæ hæc pollutionum posterioribus seculis sunt uariatæ, ut est uidere in. l. Qui contra. Et. l. Si quis incesti. C. De incest. nupt. Et. C. De rapt. uirg. seu uidua.

Impius ne audeto placare.) Quare impij olim non admittebantur, ut tentarent placare iram Deorum, Cicero ex Platonis sententia rationē scribens: Platonem (inquit) audiāt, qui uetat dubitare qua sit mente futurus Deus: cum uir nemo bonus ab improbo se donari uelit.

Sed hic, quando Plato & reliquæ Gentes ante cognitionem ueritatis: omnia Diuina metiti sunt ex hominis natura & industria, lapsi fuerunt scēdissime in multos errores. Fingebāt enim modo iratos Deos, modo propitios, humano more: tum nescirent planè pœnitentiæ, & quomodo per ueram Iustitiam fidei placandus esset DEVS, cuius miserationes sine numero sunt, dicente Dauide.

Nos autem sic docemur Marc. ii. Math. 18. & 5. Itaq; si attuleris munus tuum ad aram, & illic recordatus fueris, quod frater tuus habeat aliquid aduersum te: relinque illic munus tuum coram altari, & abi: prius reconcilieris fratri tuo, & tum ueniens, offer munus tuum. Certè manifeste impij, qui uel uerbis palam fidem Christi negant, uel operibus sceleratis facti se incredulos declarant, admitti ad Ecclesiam non debent. Qua ratione introducta est

excom.

excommunicatio, cuius umbrā hęc Lex tractat. Ad. 1. Corin. 5. Et. 2. Corin. 6. Item Ephe. 5. Matt. 18. Et est Tit. De senten. excommunicatio.

Sancte uota reddunto.) Eleganter Cicero, uotum: spōsionem qua DEO obligamur, diffinit, cui optimo iure in hac Lege adñcitur pœna: quoniam uiolata Religionis iniuria, nō habet iustam recufationem pœnæ.

Olim autem, tum uotis, tum precibus putabant placari Deos. Vergil. Cecidere animi, nec iam amplius armis, sed uotis precibusq; iubent exposcere pacem. Vnde secuti plane cœcum carnis iudicium, aut ludos uouebant, aut donaria, aut aliam Idololatriam.

Nobis præcipuum uotum est, quod in baptisate fecimus, ut credamus, & renūciemus imposturis Sathanæ. De quo cum primis loquitur Dauid: Vouete & reddite domino. De uotis extat Tit. De uot. & uot. redempti.

Quocirca ne quis agrum consecrato.) Vetat Lex planè, agros consecrari Dijs: At in auro, argento, ebore, modum uult seruari, qui omuib; in rebus optimus est. Fuerunt enim homines semper ad sacrificandas res proni, quibus se sperabāt pro uoto consecuturos omnia: interim tamen mores suos & proximi charitatem nihil expendētes. Platoni (inquit Cicero) prorsus adfentior, qui (si modo interpretari potuero) his ferè uerbis utitur: Terra igitur ut focus, domicilium sacrum, Deorum omnium est. Quocirca ne quis iterum idem consecrato. Aurum autem & argentum, in Urbibus & priuatim: in Fanis inuidiosa res est. Tum Ebur ex inani corpore extractum, haud satis castum donum Deo. Iam æs atq; ferrum, duelli instrumenta, non Fani. Quasi uero dicat: Domini est terra & plenitudo eius: non est consecrandum Deo, quod iam satis ei consecratum censetur. Veruntamen Cicero ignarus ueræ Religionis, non est rectè adsecutus quid consecradum esset, ac gratum DEO uero: Videlicet, sacrificium spirituale, quod est fides & mortificatio. Psalm. 4. Et. Philip. 2.

Sacra priuata perpetua manento.) Hęc una sententia pertinet ad omnia sacra in hac Lege posita: ut conseruentur semper, & deinceps familijs prodantur. Sic enim perpetuo mansura putabant, si priuatim singuli singulis uelut per manus ea traderent successoribus hęc rederario iure. Vt ne morte (ait Cicero) patris familiæ, sacrorū memoria occideret, & ijs esset adiuncta, ad quos eiusdem morte pecunia uenerit.

Deorum manium Iura sancta sunt.) Manes olim, hoc est, animas è corpore uolantes, quod ubiq; manerent, quasi Deos colebant. Ideo Iura eorum uoluerunt esse sancta, id est, ab iniuria hominum defensa atq; munita, ut inferius sequitur.

De ueteri autem exequiarum ritu, unde iusta dicebantur: nempe quod sacrificia quædā iuste deberi censebantur mortuis, qui uiuentes ipsi bene meriti fuissent de alijs: quid attinet dicere? Res erat superstitiosa, & falsæ Religionis omnibus numeris respondens.

Illud uerò nobis etiam nunc deseruit, quòd defunctorum funus & nomen, omnibus iniurijs (præter grauissimas causas) exemptum esse debet. Nam ex hoc fonte sunt Tit. ff. & C. De sepulc. uiola. Nouell. Ne defunct. seu reliq. eor. Item Tit. ff. Ne de stat. defunct. Et quæcunq; de mortuis inferendis sunt scripta inferius.

Deniq; quod dicit Lex, sumptum in illos luctumq; esse minuendum, certa quadam forma faciendi sepulchri olim cōstituebatur (licet frustra) apud Romanos. Cicero: Sed post aliquanto (inquit) propter has amplitudines sepulchrorum quas in Ceramico uidemus, Lege sancitum est: Ne quis sepulchrum faceret operosius, quàm quod decem homines effecerint triduo.

DE SVMPTIBVS FVNERVVM: ET SEPVLCHRIS. CAPVT IX.



In urbe ne sepelito: ne ue urito: ne facito rogam: ascia ne polito.
Mulieres genas ne radunto: ne ue Iessum funeris ergo habento.
Homini mortuo, ne ossa legito.

Rogum

Rogum bustum 'ue nouum, inuito domino ne propius ædes alienas sexaginta pedes adducito.

Vestibulum sepulchri, bustum 'ue ne usucapito.

Ploratus & lamentationes in funere suo latæ sunt.

Mirum dictu, quàm ab initio semper lubricus hominum adfectus, nihil reliquerit intra modum. Sicut enim permittebatur quædam sacrificia, uelut epulum funebre, luctus lamentationesq; item orationes quibus defuncti laudes recensebantur, & alia id genus: Ita rursus æquum & bonum non fuerat, ista in infinitum amplificari, ut nemo uellet altero uideri inferior. Sane contumeliosum erat sine Iustis mori: & frequens in Iure est Iustorum mentio. Cicero: Qui uero (inquit) ex his qui horum scelerum principes fuerunt, & præter cæteros in omni Religione impij: non solum uita cruciati atq; dedecore, uerum & sepultura ac Iustitia exquirarum caruerunt.

INTERPRETATIO.

In urbe ne sepelito.) Refert Cicero omnia hæc ferè translata esse de Solonis Legibus. Noluerunt autem ueteres, cadauera humana in Ciuitate sepeliri: Et ad hunc Gentium morem alludit quod in Euangelio dicitur: elatum esse mortuum adolescentem, quem Christus ueniens ad Ciuitatem, matri suæ restituit. Luc. 7. Sed apud nos aboleuit hic mos.

Ne 'ue urito.) Solebant enim eo tempore cadauera posteaquàm aliquot diebus aqua calida lauassent, incendere, ac sequente die reliquias in sepulchrum condere.

Ne facito rogum.) Eodem pertinet quò præcedens clausula, scilicet ne rogas, hoc est, strues lignorum fiat in urbe ad cremanda cadauera: sic dictus, quòd in eo manes rogari solerent. Est autem ratio huius prohibitionis, ut euitentur incendiorum pericula, quæ ex circumuolantibus flammis possent contingere.

Ascia ne polito.) Hoc est, ne expolias sepulchra quibuslibet artificiosis structuris. Solebant enim nimio quodam fastu nimioq; sumptu exornare sepulchra. Quod Christus quoque cum Iudæis expostulat, qui Prophetarum sepulchris ornamenta addebant, cum corpora nequiter occidissent, Matth. 23.

Ascia quippe dicta ab abscindendo, instrumentum est quo fabricæ materiæ dolantur.

Mulieres genas ne radunto.) Vetat Lex mulieres radere genas, id est, eam partem faciei quæ oculis subiecta est: id quod in funeris pompa fieri solebat.

Ne 'ue lessum funeris ergò habento.) Cicero refert ueteres interpretes Sext. Aeliij & L. Accilium, non satis intellexisse hæc uerba, ipsis ingenue id fatentibus. Secutus tamè Lælium, interpretatur Lessum, quasi lugubrem eiulationem, ut uox ipsa significat. Quod eò magis (inquit) iudico uerum esse: quia Lex Solonis id ipsum uetat.

Ergò autem aduerbiij hic est, & ponitur pro causa. Vt funeris ergò, hoc est, funeris causa, uel gratia. Quomodo frequenter prisca utuntur. Vergil. li. VI. Illius ergò Venimus, & magnos Erebi tranauimus amnes.

Homini mortuo, ne ossa legito.) Prohibet Lex hominis mortui ossa colligi, quæ commendari terræ uolebat. Excepit tamen Solonis sententia bellicam peregrinamq; mortem, ut tum ossa legi ac domum perferri possent.

Rogum bustum 'ue nouum.) Cicero putat bustum appellari Tymbon, quod Latine sepulchrum uel monumentum dicimus: idq; huic loco magis congruit. Seruius autem sic diffinit apud Vergil. Aeneid. XI. Pyra, est lignorum congeries: Rogus, cum ardere cœperit, dicitur: Bustum uero, iam exustum uocatur.

Prohibet igitur Lex: ne quis propius alienas ædes, quàm sexaginta pedibus sepulchra faciat aut rogos.

Vestibulum sepulchri bustum 'ue ne usucapito.) Hoc est, neq; aditus sepulchri,

D neq;

neq; monumentum ipsum usucapi possit. Sicut enim locus ante ianuam domus, per quem à uia ad aedes itur, dicitur uestibulum: Ita aditum sepulchri nuncupat eodem uerbo Vlpianus in. l. ij. §. Sepulchri autem. ff. De sepul. uiolat. Et in. l. ij. §. Purus autem. ff. De Religio. & sumpti. fune. Sepulchrum est (inquit) ubi corpus mortui ossa'ue hominis condita sunt.

Cum autem locus ille fiat religiosus, consequens est usucapionem in eo cessare, iuxta regulam. l. V usucapionem. Et. l. Vbi Lex, in princi. ff. De usucap. In sacris enim & religiosis rebus, non admittitur usucapio.

Ploratus & lamentationes in funere suo latae sunt. Sunt sublatae ploratus funebres, quoniam modum excedebant, nec proderat aliquid, praescripsisse formam intra quam fierent. Refert enim Cicero circa exequiarum solennitatem praeter ea quae in duodecim tabulis scripta essent, quaedam fuisse in more. Honoratorum (inquit) uirorum laudes in concione memorant, easque etiam ad cantus, ad tibicinem prosequuntur. Cui nomen Neni: quo uocabulo etiam Graeci cantus lugubres nominant. Et paulo post: Sequebantur epulae, quas inibant propinqui coronati: apud quas de mortui laude, cum ne quid ueri erat, praedicant. Nam mentiri nefas habebatur. Attamen cum id, quod tum lege scripta secundum naturam ordinatum, tum, quod per morem adiectum esset iustis, in nimiam pompam traheretur: contigit, ut quod altera Lex praecipisset, altera uetaret. Posteaquam enim sumptuosa fieri funera & lamentabilia coepissent: hac Solonis Lege sublata sunt. Quam eisdem prope uerbis (ait Cicero) nostri uiri, in decimam tabulam coniecerunt.

Ex his fontibus sunt Tit. ff. & C. De sumpti. fune. De mortu. infer. Item in Iure Pontificio, De sepultu. Et reliquae passim Leges in hanc causam latae: primum, ut pietatem retinerent homines erga morientes: deinde, ne modum in sumptibus excederent & funerum pompis.

Haecenus itaque de religione fanciuit Lex duodecim tabularum, quae potissima pars est Iuris publici: uideamus nunc de Magistratibus, ut absoluat de Iure publico disputatio fori. Et sic quidem apparebit, quid sit quod Vlpianus in. l. j. §. Huius studij. ff. De Iustit. & Iur. Publicum Ius (inquit) in Sacris, Sacerdotibus, & Magistratibus consistit. Cicero: Si ergo (ait) quod cum Religione coniunctum est: id autem quantum est? De sacris credo: de uotis: de feriis: de sepulchris: & si quid eiusmodi est.

DE MAGISTRATIBVS TITVLVS II.



Primo ordine post Religionem, Lex tractat de Magistratu. DEVS enim approbat Imperia, sine quibus nec domus ulla, nec Ciuitas, nec gens, nec hominum uniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest, ut Cicero dicit. Porro, non magis sine Magistratu Ciuitas: quam nauis sine gubernatore, salua esse potest.

Magistratuum itaque haec est uis. ut praesint, praescribant quae sunt recta & utilia, & coniuncta cum Legibus. Vt enim (ait Cicero) Magistratibus Leges: Ita Populo praesunt Magistratus: uereque dici potest: Magistratum, Legem esse loquentem: Legem autem, mutum Magistratum. Et profecto quid profuerit multas habere Leges, nisi sint qui moderentur ac recte distribuunt? Quocirca Pomponius in. l. ij. §. Post originem. ff. De origi. Iur. loquens de Magistratibus: Quia (inquit) ut exposuimus, per eos qui Iuri dicendo praesunt, effectus rei accipitur. Parum est enim Ius in Ciuitate esse, nisi sint qui Iura reddere possint. Vide quam pulchre accedant haec sententiae Apostoli Roman. 13. qui tradit: potestatem, ordinationem DEI esse.

Quis igitur non obtemperet Ius dicenti auctoritate omnipotentis DEI? Nec uero solum ut obtemperent obediantque Magistratibus: sed etiam ut eos colant diligentque requirunt, teste Cicero. Nam (ait) & qui imperat, paruere aliquando necesse est: & qui modeste paret, uidetur, qui aliquando imperet, dignus esse. Bone Deus qui sunt istae uoces dignae ut semper meditemur. Plus enim conferunt lucis ad Ciuilem disciplinam, quam omnes Doctores Iuris uerbosi commentarii.

DE MA

X I I T A B V L A R V M.
DE M A G I S T R A T I B V S C I V I L I B V S.
C A P V T I.



Iusta Imperia sunt, iisque Cives modeste ac sine recusatione parento. Magistratus nec obedientem & nocuum Ciuem, multa, uinculis uerberibus'ue coërcento: ni par maior'ue potestas Populusq; prohibessit, ad quos prouocatio esto.

Cum Magistratus iudicasset irrogasset'ue: per Populum multa, poenæ certatio esto.

Quodcumq; postremum Populus iusserit, id Ius ratumq; esto.

Ecce, quàm breui grauitate, in conspectu posita est omnium Magistratum descriptio, quatenus ad Ciuitatem orbis principem Romam attinet. Nam sic habitote (inquit Cicero) Magistratibus, iisque qui præsunt, contineri Rempublicam: & eorum compositione, quod cuiusq; in Republica genus sit, intelligi. Porro, nihil grauius dici potuit & naturæ conuenientius, quàm necessarium esse magistratum, cui omnes obtemperent.

Huic consequens est, non censi hominem, cui legitima potestas displiceat. Nec ulla Gens tam impudens fuit unquam, quæ prorsus Imperium repudiaret, quanquàm sæpè mutatum sit, non tam Regni, quàm regis uitio. Quibus autem regia potestas, qua omnes gentes ab initio sunt usi, nõ placuit: nõ ij nemini, sed nõ semper uni parere uoluerunt, teste Cicerone.

I N T E R P R E T A T I O.

Iusta Imperia sunt.) Maximam habent Emphasin ista uerba, quæ sicut & reliqua, non sic legenda sunt, quasi historiam aliquam legas sensu superficiali, ut sic dicam: sed intus est respicienda uis atq; potestas, admonente Celso in. l. Scire. ff. De Legib. Cicero quoq; otiosam lectionem improbens: Nam ueteres (inquit) uerbotenens, acute quidem illi: sed non ad hunc usum popularem atq; Ciuilem, de Republica diserebant.

Itaq; Iusta Imperia Lex statuit, hoc est, secundum naturalem rationem uera, & in omni bus Reipublicæ partibus absoluta, receptaq; à sapientissimis hominibus communi consensu: quibus proinde uelut bonorum morum ac instituendæ uitæ parentibus, Cives libenter pareant, non tam metu poenarum, quàm honestatis amore. Hæc omnia enim sub appellatione huius uerbi (Iusta) comprehendit Lex. Interim reiiciens planè Tyrannidem, quæ neq; diuturna est, neq; felicem habet exitum.

Et quamuis olim inter Tyrannidem & Iustum Imperium nihil interesset, cum Tyranni dicerentur domini & Reges, qui plenam haberent in subditos potestatem, quales erant plerumq; uiri spectatæ uirtutis: ut apud Vergilium: Pars mihi pacis erit, dextram tetigisse Tyranni: Tamen cum postea crescente hominum malicia, ui quadam & ex animi libidine, non uerò Iure aut Legibus pleriq; regnare cœpissent, ad eos tantum Tyranni nomē restrictum est. & quò magis patella dignum haberet operculum, quale fuit Imperium, talis erat subditorum amor & obedientia. Exemplis scatent omnes historiae.

Hinc sunt omnes Tituli ac Leges quæ de magistratibus, eorumq; officio tractant in Iure Ciuili & Pontificio: ut. ff. & C. De Senatori. & officii. Consu. De officii. Præsid. De Iurisdic. omni. Iudic. Si quis Ius dicent. non obtempe. De maiori. & obediens. Et cæteri id genus.

Magistratus nec obediētem & nocuum Ciuem multis.) Hic tradit Lex usum gladij, quē Apostolus mira grauitate tractat Roma. 13. Coërcet enim malos, multis, uinculis uerberibus: ut qui nulla Iuris & Aequitatis ratione moueri ad obediendum uolunt.

Quid autem distet multa à poena, tractant Vlpianus in. l. Aliud est fraus. §. j. Et Paulus in. l. Si qua poena. ff. De uerbor. significat.

Ni par maior'ue potestas.) Sancit his uerbis potestatem Tribunoni plebis, quā primum Xuirum ex Solonis Legibus Romā attulerunt, quæ postea à Valerio Publicola, Sylla, multisq; alijs moderationem accepit. Magna enim orta fuit seditio inter patres & plebem, q

nimiam quandam dominationem in Ciues exercere uiderentur. Necessariò igitur inuētum est temperamētum quoddā Tribunitiæ potestatis, de qua inferius nominatim dicetur. Quāobrem (inquit Cicero) in ista quidem re uehementer Syllam probo, qui Tribunus Plebis sua Lege, iniuriæ faciendæ potestatem ademerit, auxilium ferendi reliquerit.

De potestate autem Tribunitia quid sentiendum sit: salutaris ne, an ad seditionem in Re publica olim nata uideri debeat: Cicero longe pulcherrima disputatione tractat, recensens multa uitia quæ sub Tribunis accidissent. Tandem diffinit: pro ratione temporum fuisse necessariam, adeoq; in ea una fuisse Ciuitatis salutem. Vitia quidem (inquiens) Tribunatus, præclare, Quinte perspicias: sed est iniqua in omni re accusanda, prætermisissis bonis, malorum enumerationisq; selectio. Nam isto quidem modo, uel consulatus uituperabilis est, si Cōsulum quos enumerare nolo, peccata collegeris. Ego enim fateor in ista ipsa potestate inesse quiddam mali: sed bonum quod est quæsitum in ea, sine isto malo nō haberemus. Nimia potestas est Tribunorum plebis: quis negat? Sed uis populi multò uehementior multoq; sæuior: quæ ducem quòd habet, interdum lenior est, quàm si nullum haberet. Dux enim suo periculo progredi cogitat: Populi impetus, periculi rationem sui non habet.

Rectè quidem hunc Magistrum Cicero intelligi uult, non de Tribunitio furore, qualè triginta illi Athenis exercuerunt, q̄ sublatis pessimo exēplo Iudicijs, quasi publicā carnificinā exhibuerūt: Sed de moderata quadā intercessione ne quis iniuste lēderetur per Senatū, à quo propterea Ius prouocādi ad Populū, hac Lege conceditur. De his omnibus inferius plura.

Per Populum multæ, pœnæ certatio esto.) Sic enim prisca plerunq; sine cōiunctione multa proferebant, ut æquum bonum, multæ pœnæ. Certationem autem pro cognitione suprema dixit. Certat enim is, qui punire uult, cum eo, qui defensione dignum se cōtendit extremo apud Populum periculo.

Quodcunq; postremum populus iusserit.) Cum Senatus aut Populus Romanus multa iusserit, quæ simul seruari non possunt, quoniam ex diametro inuicem pugnant: tunc postremum pro Iure seruandum est. Sic ubi Leges sunt scriptæ, quæ nullò modo conciliari possunt: semper ultimam sequi debemus. Ut sunt nouissimæ Imperatorum Constitutiones.

Alioqui si prima quidem facie uideatur repugnantia, quæ tamen facili negotio, circum spectis rerum & personarū circumstantijs, placari ac in concordiam reduci possit, certè non protinus est pronuntianda Legum correctio uel mutatio. Quia sæpè priores accommodantur ad determinationem posteriorum: & contrā, posteriores interpretantur priores, non tamen tollunt. Paulus in. l. Non est nouum. Et in. l. Sed & posteriores. ff. De Legib.

Rectè igitur Bartolus in. l. Marcellus, in princ. ff. Ad Senatufc. Trebellia. alijsq; locis probat: etiam ex eadem ratione, non posse colligi correctionē Legum, per interpretationē, nisi & uerba accedant expressa. Ratio est: Quia mutationem Legum, sequitur mutatio morū & nouitas, quæ mouere solet & conquassare Rempublicā. Quare Aristoteles lib. Politico. ij. probat, receptas Leges non esse mutandas, etiam si quid incommodi habeant. Et Ulpianus in. l. ij. ff. De constitu. Princ. In rebus (inquit) nouis constituendis, euidens esse utilitas debet. Euidens autem utilitas diffiniri rectè potest: ut si Lex uel consuetudo, nisi mutetur, aut tollatur, paulatim sit occasionem datura ad corrumpendam naturæ rationē: sicut in prædura seruitutis forma, alijsq; multis rebus immutatis uidemus.

DE MAGISTRATIBVS MILITARIBVS.

CAPVT II.



Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto.

Quodq; is qui bellum gerat imperassit, Ius ratumq; esto.

Minores Magistratus periti Iuris plures in prælio sunt.

Militiæ quibus iusserunt, imperanto, eorumq; Tribuni sunt.

Domus pecuniam publicam custodiunt.

Vincula fontium seruant: capitalia * iudicant.

Aes, argentum, aurum publice signant.

* Alias uinducant.

Lites contractas iudicanto.

Quodcunq; Senatus decreuerit, agunto.

I N T E R P R E T A T I O.

Militiæ ab eo qui imperabit.) Multis olim magistratibus, aut rectius, multis magistratus militaris appellationibus, Romani utebantur in re militari, ueluti in arduo reipublicæ negotio: quibus exercitum totum committerent. Nam aliàs Imperatores designabant, aliàs Consules, aliàs Dictatores. Itaq; ab his prouocari, uetat hæc Lex: quia res bellica uult expeditionem celerem, nullamq; moram admittit, quæ per prouocationem contingere solet.

Quodq; is qui bellum gerat.) Qua ratione paulò antè statuit Lex, ne ab Imperatore appelletur: eadè nunc sancit, ut ius ratumq; sit, quicquid in re militari iusserit. Nisi enim disciplina diligenter obseruetur in exercitu, actum fuerit de belli successu felici.

Minores magistratus periti Iuris.) Optima ratiõe hac Lege statutum fuit, ut minores aliq; magistratus idèq; periti Iuris, comitarètur belli duces. Nã neq; domi, neq; foris Iustitiã contènere oportet. Quã ob rē Romanus Senatus publicè tales legebat, q; magis libere fungi possent officio suo, q; adessent Imperatoribus in exercitu. Sic Vespasianus ad expeditionem contra Iudæos, usus est legatis, ac inter illos maiore filio suo Tito. Idè Cæsar in Gallijs multos habebat Legatos, quorũ cõsilio utebatur. Et hi quidè nisi Iuris periti, nullũ consiliũ dare potuissent. Quippe, quod consiliorum rationem, cum legibus oportet esse coniunctam, ut grauissime dicit Iustinianus in proëm. Institui. Imperatoriam (inquiens) maiestatem, non solum armis decoratam, sed etiam Legibus oportet esse armatam.

Militiæ, quibus iussi erunt imperato.) Hoc est: Quisq; sui imperij officijq; ad rem militariẽ demãdati, rationè diligentissimè habeat. Liuius lib. VIII. Magistratuũ militariũ Imperia, hoc ordine obseruata fuisse scribit: Videlicet, ut miles, Centurioni: Centurio rursus Tribuno. Tribunus, Legato: Legatus, Cõsuli: Magister equitũ aut ac prædicti omnes, dictatori parèrent. Quod tamen intellige de quocunq; magistratu, cui totus committeretur exercitus.

Eorumq; Tribuni sunt.) De Tribunis militũ hoc oportet intelligi: nam Tribunorũ Plebis, suprã mētio facta est. Tribuni aut militũ, à tribuẽdo Iure sunt dicti: solebantq; aliàs ab Imperatore exercitus, aliàs à Cõsule, aliàs ab ipso Populo Romano creari. Horũ officiiu transans Macer in. l. Officiũ. §. ult. ff. De re milita. Officiũ (inquit) tribunorũ est, uel eorũ q; exercitui præfunt: milites in castris cõtinerere: & ad exercitationẽ perducere: clauẽs portarũ suscipere: uigilias interdũ circũire: frumẽtationibus cõmilitonum interesse: frumentũ probare: fraudem mēsurę coercere: delicta secundũ suæ autoritatis modũ castigare: principijs frequẽter interesse: querelas cõmilitonũ audire: ualudinarios inspicere. Quomodo aut irreuerẽtes milites, qui Tribunis nõ obtẽperabant, puniẽdi essent: Idè Macer in. l. seq. §. Irreuerẽs, elegãter adijcit. Alij quoq; Tribuni post Leges XII. tabulariũ, Cõsulari propemodũ potestate creari cõeperũt, de quibus infrã dicitur. Nã singuli magistratus minores, ad exceliorẽ paulatim dignitatẽ ascenderũt, donec omnes ferè mutarètur in aliã formã, ut ex Põponio uidebimus.

Domĩ pecuniã publicã custodiũto.) Ea ferè quę ad officiiũ Tribunorũ militũ pertinebãt, ex his intelliges, quę paulò antè secundũ Macrũ Iurisc. retulimus. Hic adijcitur (ut uides) munus custodiẽdę pecunię publicę, domi scilicet, nõ in castris. Itẽ, æs, argentũ, & aurum publicè signabat Tribunus. Quocirca ne fallamur, admopendi sumus: Aëris signandi quidẽ usum, nondum peruenisse ad Romanorum rempublicam cum ex Græcia adferrètur XII. tabulę, ut ex. l. i. ff. De contrahen. empti. liquidò apparet: Olim enim (inquit Paulus) nõ ita erat nummus. Veruntamen cum postea usus hominum ipsãq; rerum necessitas materiam forma publica percuti postularet (quam nunc monetam dicimus) adiectum id muteris fuit Tribuni militum: ideoq; de eo facta est mētio in tabulis: nõ à Solone, sed à Romanis, sicut de plebisq; alijs rebus. Idq; Cicero insinuans: De sepulchris aut (inquit) nihil est apud Solonẽ amplius, q; ne quis ea deleat, neue alienũ inferat. Quasi uerò dicat: Reliqua sunt à nostris adiecta.

Quodcũq; Senatus decreuerit, agũto.) Hæc est generalis clausula, per quã omnia rectè concluduntur. Quando enim non omnia in speciem de officijs magistratuum militarium tradi possunt: una fuerit summa sententia, ut agant singuli quicquid Senatus Romanus pro re nata conditioneq; temporis, decreuerit.

D 3 DE AEDI

L E G E S
D E A E D I L I B V S.
C A P V T I I I.



Vntoꝝ Aediles curatores Vrbs:annonæ:ludorumqꝫ solennium.
Ollisqꝫ ad honoris amplioris gradum, is primus ascensus esto.

N T E R P R E T A T I O.

Suntoꝝ Aediles curatores Vrbs.) Aedilitas, Prætura, Tribunatus, Quæstura, & alia id genus: dignitates erant minores, adeoqꝫ primum plebeia, ut Plutarchus scribit: sed tæporis successu ad magnum honoris fastigium perductæ. Aedilium itaqꝫ officium erat, curare Vrber publicè, sicut paterfamiliâs priuatim curat familiam: præsertim, quatenus ad annum, hoc est, prouentum frugum altarumqꝫ rerum cuiuslibet anni pertinebat: in quibus sanè alimonia uitæ consistit. Ludos quoqꝫ curabant, quoniam his frequenter utebantur ueteres, partim ad lætitiâ populî publicam, partim ad placandos Deos, ut supra dictum est. De his Aedilibus, & deinde factis Curulibus, ex Pomponio quæ hic desunt, infra supplebuntur.

Ollisqꝫ ad honoris amplioris gradum.) Optima ratione Romani certè uiri prudètes, in deferendis magistratibus ordinem obseruabant, ab inferiore ad ampliorè. Porro omnibus quidè in rebus, ordo secundum naturam necessarius est: sed tamen in magistratu deferendo maximam ac peculiarem quandâ uim habet. Primum, ut hominis ingenium rectè cognoscatur: cum magistratus qualis quisqꝫ sit, statim iudicare solet. Deinde, ut expoliantur ciues negocijs uulgaribus ad arduas res agèdas, quoniâ pulchrius est parari, q̃ creari nobilè. Quenèrdam antiquitatem, ut Iustitianus rectè uocat, à qua & eruditum se fatetur in. §. ult. Insti. De adopti. Nam uarijs & grauibus omniû rerû exèplis scater. Quid rogo salubrius Rei publicæ fuerit, q̃ hûc ordinè in omnibus Ciuitatibus imitari, ut nò statim rudes ac nullo gesti officij argumento probati, rapiâtur ad summû administradè reipublicæ gradum & ordinè?

Non possum me hoc loco cõtinerè, quin exostulem cum criticis quibusdam, qui tam sunt amentes, ut utilem illum longèqꝫ pulcherrimum in omnibus Academijs receptum ordinem titulosqꝫ, aut contemnere, aut etiam improbare nò erubescant. Quasi uerò uani sint omniû literatorum ordines. Quid (inquiunt) est Doctoris titulus: quid Licenciati: quid Baccalaurèi, nisi pecuniarum nundinationes: & reliqua id genus ineptiarum multa effutiant.

Verum legant insulsi homines, quid scribant eruditi omnium seculorum in bonis artibus antesignani. Quomodo præparandi sunt per ordinem studiosi, ab incunabilis literarû ad grauiorè disciplinas: in quas ne tanq̃ sus in rosas irruerent, q̃ diligenter sunt à Præceptoribus uires ingenij perpèdendæ. Et q̃ tale in bonis artibus iudicium nullo possit fieri modo, nisi in classes diuidantur studia, & singulis classibus tituli accommodentur, quibus aliq̃ ab alijs in scholastica ratione discernantur. Quales sunt à Lauri bacca, baccalaurèatus, magisterij, Licètiæ & doctoratus. Hæc inquã perpendant, si uoluerit, iniqui censores & facile uidebunt errorem suum uel conscientia dictante. Interim redeamus ad magistratuum ordines.

D E C E N S O R I B V S.
C A P V T I I I I.



Censores Populi, Ciuitates, soboles, familias, pecuniasqꝫ censento.

Vrbs templa, uias, aquas, ærarium, uectigalia tuento.

Populiqꝫ partes in tribus distribuunto.

Exinde * pecunia, ciuitatis ordines partiunto.

Equitum peditumqꝫ prolem describunto.

Cœlibes esse prohibento.

Mores populî regunto.

Probrum in Senatu ne relinquunto.

Bini sunt: Magistratus quinquennium habento.

Reliqui Magistratus annui sunt: eaqꝫ potestas semper esto.

* alias pecunias per.

INTER-

I N T E R P R E T A T I O.

Existimat Liuius Censuram ordinem post XII. tabulas Romę cępisse, de quibus multa scribit. Fuisse autem hunc magistratum, quatenus ad honestam uiuendi cognitionem attingebat, omnium principem, uel hinc apparet: quod Senatu mouebant Censores: Item publicorum ac priuatorum locorum, nuptiarum, conuiuiorum, equorumq; rationem habebāt: quid deniq; quisq; ageret, diligenter inquirebant.

Censores autem quasi magistri morum, dicti sunt à censendo, hoc est, arbitrando, quoniam (ut dicit Festus) quisq; tanti sua æstimabat, quantum illi censuissent: erantq; & rerum & morum Censores. Plutarchus in Aemilio: Censura (inquit) maxime omnium magistratuum reuerentię, plurimę potestatis: tum in alijs rebus, tum maxime ad morum emendationem. Nam Senatores è Senatu remouere potest: Equitibus equos adimere: ex Plebeijs ærarios facere, notare infamia: censum agere, lustrum condere.

Reliqua ferè huius loci, nõ indigent explanatione, uel mediocriter eruditis nõ ignota.

Populiq; partes in tribus distribuunt.) Crebrior sententia est, Tribus dictas à tributo dando, & uarijs modis Populum Romanum in partes distributum fuisse. Israhelitę duo decim tribus habebant, de quibus multa in ueteri testamento.

Exinde pecunia, Ciuitatis ordines partiunt.) Corruptè hic locus circumfertur sic in quibusdam codicibus: Exinde pecunias per Ciuitatis ordines partiũto. Quasi uerò Romani unquã admiserint communionẽ rerum, scilicet ut alterius fortunę alteri diuideretur. Hic igitur est sensus. Ad Censores pertinebat distribuere Populum in ordinẽ, secundũ unius cuiusq; pecuniã & rei familiaris qualitã: ne & sibi, & suis, totiq; Reipublicę dedecori essent: Cęperũt autẽ tãdem tres ordines Romę: Senatorius: Equestris: & Plebeius, de quibus infra.

Cœlibes esse prohibent.) Magnam ueteres curam egerunt, ut urbẽ Romanam ciuibus replerent amplioremq; facerent. Quamobrem multam mittebant libertatem inhabitatoribus, quò plures ad se allicerent. Et hoc cõsilio Lex cœlibẽ uitam prohibet, nuptiasq; præcipit, secuta Platonem, qui à trigesimo anno usq; ad annum trigessimũ quintum ducendam esse uxorem putauit, alioquin puniendum esse matrimonij contemptorẽ. Et cum hæc Lex, à quibusdam iniquitatis incusaretur, responsum est à Censoribus: Naturam sicut nascendi diuinitas gignendi procreandiq; Legem præscribere. Rectè quidem illi. Nam naturę author DEVS, creato homine dixit: Crescite & multiplicamini.

Fuerunt autem hæc, temporibus illis consentanea. Nam & multę olim nuptiæ concedebantur Iudæis, ut multiplicaretur hominum genus secundum promissionem DEI. Verum cum omnia essent satis impleta in filio eius Christo seruatore nostro: neq; multis nunc uxoribus, neq; Edicto de contrahendis nuptijs opus est. Quare & Apostolus, & omnes Legislatores relinquunt liberum nuptiale negocium, ut qui ligatus sit, maneat: qui liber fuerit, nõ urgeatur ad matrimonium.

Quocirca, cum alicui legabatur in testamẽto sub conditione: si nõ contraheret nuptias, aut si cœlibem ageret uitam: num tale legatum, reiecta conditione deberetur: magnę fuerũt inter Iurisconsultos altercationes. Ideo Leges aliquot introductę sunt, & Senatũconsulta, et cautiones: ut in. l. Sed si hoc. §. ul. ff. De condi. & demonstrati. l. Cum filius. §. Qui mutianam. ff. De legat. ij. Et. C. De indict. uidiuita. tollen. Nouell. De nupti. §. Vnde sancimus. Et. §. Quia uerò.

Profecto, sicut ueteres curarunt, ut replerentur Ciuitates: Ita nunc magis sollicitos esse oportet omnes magistratus, quomodo purgent eas malis hominibus, & fortassis expediret non tam frequentes esse nonnullas Vrbes. Reliqua taceo.

Probrum in Senatu ne relinquunt.) Hoc est: Id curent Censores, ne quis in Senatu sit, qui probro & infamia notandus uideatur. Vnde in historijs passim legimus multos Senatu motos fuisse: multis ademptos equos, ut in plebeium ordinem redigerentur.

Eaq; potestas semper esto.) Nam & uitia morum nunquam cessabunt, quę Censurę cau-

D

4

rę cau-

re causam præbuerunt: Ergo nec censuram oportet cessare. Nec etiam deerat ratio, quare hic magistratus quinquennalis esset, cæteris ultra annum non permissis. Nam munus istud censendi, maiorem libertatem requirebat quàm aliarum functiones, quæ non tantum inuidiæ habebant.

Transfertur autem hoc uerbum ad alias significationes, quæ tamen ex ista causam trahunt: Ut censura accipiat pro seueritate, correctione, & decreto. Vnde censuram Ecclesiasticam dicimus.

D E P R A E T O R I B V S . C A P V T V .



Iuris disceptator, qui priuata iudicet iudicari uel iubeat, Prætor esto.

Is Iuris Ciuilibus custos esto: huic potestati parento.

Quotcumque Senatus creuerit, Populus uel iusserit, tot sunt.

I N T E R P R E T A T I O .

Iuris disceptator.) Qualem Lex hoc loco describit Prætorem, Romani ante Leges sduodecim tabularum prorsus ignorarunt. Quilibet enim magistratus cum exercitui præficeret, Prætor dicebatur à præeundo secundum Varronem: quod in re militari præiret. Vnde et Imperatores aliquando dicti sunt Prætores. Cicero ad Heren. Epaminundas Thebanorum Imperator ei, qui sibi ex Lege successerat Prætor, exercitum non tradidit. Verum, cum aucta iam mirum in modum Ciuitate Romana, opus esset præter Senatum aliquo Magistratu, qui in Vrbe, tum Ciuibus, tum peregrinis Ius diceret: appellabant hanc functionem Præturam: quoniam significatio uerbi à præeundo, uidebatur admodum quadrare.

Fuit itaque primus Prætor Urbanus, Furius Camillus. De hoc inferius plura ex Põponio.

Interim meminisse oportet, quod supra quoque admonuimus: hoc caput à Romanis fuisse adiectum Græcis tabulis.

D E D I C T A T O R I B V S . C A P V T V I .



Regio Imperio duo sunt: hæc præeundo, iudicando, consulendo: Prætores, Iudices, Consules appellantur.

Militiæ summum Ius habent: nemini parento: salus Populi suprema Lex esto.

I N T E R P R E T A T I O .

Regio Imperio duo sunt.) Hunc locum intelligi oportet de Dictatoribus, de qui bus infra dicemus. Appellat eos uarijs nominibus, sed non Dictatores. Vnde coniciendum est: rem ipsam esse uetustiore nomine, ut pleraque alia. Cæterum, uerba (Regio Imperio) satis ostendunt Dictatores describi.

Dicti autem sunt Prætores, quod Militiæ summum Ius haberent. Itaque nec alibi, quam in exercitu, eis hæc appellatio conueniebat, cum in Vrbe longa esset differentia inter Dictatores & Prætores. Idque est quod Lex dicit: præeundo, iudicando. In exercitu enim, & præstant & iudicabant sine ulla prouocatione.

Militaris igitur res hanc appellationem peperit. Sic & porta in castris, qua exercitus ad prælium educebatur, Prætoria dicta fuit. Item, tabernaculum in quo Consules degebant, Prætorium fuit appellatum. Et Prætoria cohors, quæ à Prætore, hoc est, à Consule nunquam discederet in bello, ob custodiã corporis, teste Festo. Africanum autem inter omnes primum delegisse sibi aliquot fortissimos, qui lateri eius adherentes, omnibus alijs muneribus uacarent, stipendioque maiore honorarentur, literis proditum est: quãquam apud alios multi id antea quoque fecissent. Quem morem secuti sunt omnes, tum in bello, tum domi, præsertim ortis ciuilibus discordijs. Iulius Cæsar propter inimicos aliquandiu usus est custodia corporis, & Prætoria cohorte

cohorte Hispanorum. Tandem nimia quadam confidentia, maluit semel insidias undiq; imminentes subire, quàm cauere semper: ideoq; custodiam remouit, & haud dubiè inimicis maximam insidiandi ansam præstitit: ut euentus tanti uiri nos admonere debeat, ne uitiosa securitate periculum subeamus, quod euitare licet.

Vtuntur & hodie Principes nostri custodia corporis, optimo Iure & exemplo.

Militiæ summum Ius habento.) Hic locus accedit, adeoq; lucem adfert illi, qui est supra in cap. ij. Militiæ ab eo qui imperabit, prouocatio ne esto. Quodq; is qui bellū gerat imperassit, Ius ratumq; esto. Per hoc enim disciplinā militariē ad amussim obseruabāt maiores, q; à præscripto Ducis, ne digitiū quidē latum discedere liceret. Modestinus in. l. ij. §. penult. ff. De re milita. In bello (ait) qui rem à Duce prohibita fecit, aut mādatum nō seruauit: capite punitur, etiā si res bene gesserit. Quare Macer in. l. Officiū. ff. eod. tit. Officiū (inquit) regentis exercitiū, non tantū in danda, sed etiā in obseruanda disciplina cōsistit. Extant in historijs exempla: Cōsules ne filijs quidē suis pepercisse, qd sine iussu eorū cōseruissent manus cū hoste.

Salus populi, suprema Lex esto.) Omnes Leges quæ ad priuatā utilitatē pertinet, in feriores esse debēt publica salute Populi: præsertim, finis instituti belli, & quæcunq; militiæ aguntur, non aliò referēda sunt, q̄ ad republicæ commodū ac defensionē. Sicut enim omniū nautarum finis est incolumitas nauis, tametsi diuersa sint officia, & utilitas proinde ad unumquēq; reditura sit sigillatim, ut salui perueniāt in portum: Ita finis omniū ciuium domi & militiæ, est publica salus seu defensio Reipublicæ, qua pereunte, nemo potest esse incolumis. Tractat eleganter Cicero, De finib. lib. V. Iulianus in. l. Ita uulneratus. §. ulti. ff. Ad Leg. Aquili. Et. l. j. §. ulti. C. De caduc. tollen. Nouell. De hæredi, & Falcidi. in princ.

Huc pertinent omnes Leges, quæ tractant de publicis rebus non alienandis: non usu capiendis: non intercipiendis, cæteræq; id genus. Late enim patet hic fons publicæ salutis, unde suprema Lex in Ciuili statu promanauit.

DE TEMPORIBVS MAGISTRATVVM. CAPVT VII.



Endem Magistratum, ni interfuerint X. anni, ne quis capito.
Ciuitatem annali Lege seruant.

INTERPRETATIO.

Eundem Magistrum.) Grauißima ratione statutum hoc fuit, ne quis eundem magistratum intra X. annos repeteret: Videlicet, ut euitaretur occasio per diuturnum magistratum occupandæ Reipublicæ: quod multos sæpè tētasse, literis proditū est. Tametsi tandē Iulius Cæsar contēpto Iure, perpetuos honores totumq; Imperiū, sed certè infeliciter arripuit.

Hanc Legem secuti sunt Imperatores, mutato tamen decennio in quinquenniū, ad repetendos eosdē honores. Iurisconsulti atq; Iustinianus, cæteris Ciuitatibus idem Ius diffinuit uelut optimū, in Tit. ff. De muner. & honorib. Vbi Callistratus in. l. Honor: multa de honorū ordine eleganter tractat. Item in Tit. ff. De uacati. & excusati. muner. Et. C. Ad Leg. Iul. de ambit. Item: De honori. non cōtinuan. l. ij. lib. X. Nouell. De defensori. Ciui. in fi. Ne perpetua (inquit Iustinianus) eius sollicitudinis continuatione, & fraudulēta per singula biennia renouatione, aliquibus prædicta administratio usq; in infinitum extendatur.

Extant exempla uenerandæ uetustatis, quibus intelligi potest, multos prudentes ac certè bonos uiros, recusasse perpetuū magistratū etiam cum offerretur. Fabius enim Maxi. Cōsultu à patre suo, auo, ac proauo sapißimè: à se aut quinquies gesto: deinde filio eius omniū consensu oblato: diligenter cū populo agebat, ut aliquādo uacationē huius honoris gēti Fabiæ daret: ne maximū Imperium in una familia cōtinuaretur. Eadē ratione Q. Cincinnatus cōtinuationē Cōsulatus oblatā, recusauit. Et mirū dictū, q̄ festināter optimus ille uir, Dictaturæ à se feliciter gestæ insignia, reiecerit potius q̄ deposuerit. M. Item Rutilius, iterū Cæfor creari noluit: longa oratione reprehēdens Populum, quod tantam potestatem uni uellēt esse perpetuam.

Quatenus autem ista magistratuum & annuæ Legis obseruatio in forum perducī possit ac debeat: cuiusq; loci mores, conditio, temporisq; ratio facile monstrabit.

DE DL

L E G E S
D E D I C T A T O R I S O F F I C I O .
C A P V T V I I I .



St si quādo duellum grauius, discordiæ ciuū: estunto ne amplius sex menses, si Senatus creuerit.

Idem Iuris quod duo consules, tenento.

Isq; aue sinistra dictus, populi magister esto.

Aequitatē quicūq; regat, habeto pari Iure cū eo quicūq; erit Iuris disceptator.

Ast quādo Cōsulis est: Magistratus'ue Populi, nec reliq; Magistratus, ne sunt.

De Dictatoris munere prosequitur, quanto tempore duraret olim: quo ritu creandus: qua deniq; præditus esset potestate.

I N T E R P R E T A T I O .

Ast si quando duellum grauius.) Quasi sic dicat: Non oportet semper in Republica esse Regium hoc Imperium penes duos duntaxat, qui summum Ius habeant, neminiq; obtemperēt: Verum tunc duntaxat, cum grauius inopinatumq; bellum, aut implacabiles ciuū discordiæ inciderint, quorum utrumq; summam auctoritatem requirit.

Dictaturam autem, Albanos priusquam Romanos habuisse, Fenestella testimonio Liuij refert, & est uerisimile: quoniam in his tabulis non nisi uetusta, & quæ ab alijs Gentibus exemplo didicerunt Romani, tractantur. Erat itaq; extraordinarius & summus magistratus, ad quem non nisi in maximo periculo, uelut ad sacram anchoram & ultimum remedium, confugiebatur. In hunc enim quicquid Romanæ ditionis esset, transfundi consueuit: adeo ut non alij magistratus interim essent. Quia ratione, & duæ secures præcedentibus licitoribus, & cætera regia insignia illis attribui solebant.

Prætextu huius summi Magistratus, primum Sylla, deinde Iulius Cæsar, Romanam Rempublicam oppræsserunt: cum non sex menses, sed semper retinerent, scilicet ut sic Dictatores dicti, euitarent nomen Tyrannidis. Hanc autem arripiendi Imperij occasionem, ut euiarent Romani, semestrem esse uoluerunt tantam potestatem, nec aliter, nisi senatus decreuisset esse necessarium, admittebant.

Idem Iuris.) Diffinit potestatē Dictatoris, quæ tāta fuit, quanta Cōsulis, id est, summa.

Isq; aue sinistra dictus.) Hoc est, prospera aue. Nam auspiciū si uidebatur aduersum, prohibebat suscipere dictaturam. Vnde iam nunc dicimus, bonis aut malis aibus aliquid fieri. Et hac ratione Dictator appellatus est, quia creabatur uiua uoce, non suffragijs.

Magister ciuū autem uocatus est: quia in caput ciuium animaduertere ei licebat, à quo nec prouocabatur. Hinc qui potestatem aliquam de publico haberet, Magistratus est appellatus. In summa, Regiam planè potestatem habebat, solo nomine à Rege distans, & temporis semestris ratione, teste Fenestella.

Aequitatem quicūq; regat.) Hoc est, Qui ad talem dictus fuerit summam regendi potestatem, is Aequitatis & Iustitiæ religiosus sit simili modo, atq; omnes Iudices æquum & bonum semper præ oculis habere debent.

Et tacite Lex insinuat differētiā inter Dictatorem ex corpore Patrum, uel Plebe creatum (nam & ex plebe creati mox cœperūt in bello cum Faliscis, teste Fenestella) & eum qui ex Consule Dictator salutaretur. Ideoq; subiungit: ast quando Consul: quæ dictio diuersitatem sensus significare solet.

Ast quando Consulis est.) Quasi dicat: Hoc peculiariter obseruandū, ut quādo Cōsulis est, seu quando ex Consule creatur Dictator: tunc duābus concurrētibus in unum hominem dignitatibus, nullus omnino sit Magistratus, nisi quē ipse dixerit. Qua ratione, M. Varro existimat Dictatorem inde appellatum, quod futuros dictare Magistratus solitus fuerit.

Originem Dictatorū Pomponius Lætus secundū Octauiū Manliū ad id tēpus refert, q̄ Latinorū quadraginta Vrbes cōiurassent in Romanos, nō parum multum ob id perterritos.

DE AV-

95

DE AVSPICIIS, ELECTIONIBVS ALIIS
QVE RITIBVS.
CAPVT IX.

Reipublicæ auspiciâ, Patrum sunt: omnesq; ex se produnt, qui comitijs creare Consules rite possint.
Imperia, Potestates, Legationes, cum Senatus creuerit, Populus uel iussu ferit, ex urbe exeunt.

Duella iusta, iuste gerunt.

Socijs parcunt: se & seruos continent.

Populi sui gloriam augent: domum cum laude redeunt.

Rei suæ ergo, ne quis Legatus esto.

INTERPRETATIO.

Reipublicæ auspiciâ.) Superius de auspicijs siue augurijs diximus, quamq; olim Gentes prorsus nihil aut domi, aut militiæ inauspicato agerent. Appellatum est enim auspicium, ab auium uolantium spectatione, quasi auis specium: sicut augurium à garritu auium, tam in bonam, quam in malam partem. Nam ex auspicijs intelligere se putabant miseri, quid faciendum utiliter, quid uel fugiendum ob perniciem futuram esset. Ideoq; cum omnia ab auspicijs inciperent, uulgo nunc auspiciari dicimus pro incipere. Et Augusti appellantur Imperatores, quasi religiosa ueneratione ac obseruatione digni, & bonis augurijs admodum profuturi Romanæ ditioni gubernandæ, sicut ubiq; in Titulis Iustiniani, & apud Iuriconsultos intelligendum est: non ab augendo, ut Accursius totius antiquitatis ignarus, comminiscitur.

Hinc Quintilianus auspiciatissimum exordium dixit, pro felicissimum: & augurari pro diuinari usurpamus. Cicero de Diuinatione. li. j. Calchas (ait) ex passerum numero, belli Troiani annos auguratus est. Item, inaugurari, pro cooptari atq; consecrari in aliquem ordinem: à quo rursus contrario modo secludi, recte nuncupamus exaugurari. Ad Gell. lib. 5. cap. 3.

Itaq; auspiciâ & diuinationes earum rerum quæ in Republica, aut faciendæ, aut fugiendæ essent: quiq; in Senatorium ordinem eligere & eligi deberent, ad Patres Iure Senatorio uel Lex pertinere: quâquam id multis modis immutatum sit, ut ex Pomponio accipimus.

Comitia autem quorum hic fit mentio, à simulitando dicta: conueniunt sunt populi ad eligendos Magistratus. At consilia censeantur, cum Populi pars conuenit. Unde comitia consularia, Prætorialia, Tribunitia, Aedilitia, & deniq; omnium magistratuum creandorum nuncupabantur istæ populi coitiones.

Cæterum, tres differentiæ comitiarum fuerant. Nam quædam calata: quædam curiata: quædam centuriata uocabantur. Calata comitia, pro collegio Pontificum habebantur, inaugurandi Regis uel Flaminiis causa, alioqui semper in foro. Curiata ex curijs, hoc est tribubus constabant. Erant autem Romæ tribus initio tres: tandem cœperunt esse trigintaquinque, manente tamen nomine, ut de centurijs agrorum dicit Columella lib. VI. Ex his enim pro conditione census & ætatis, per lictorem conuocabantur. Centuriata deniq; comitia erant, cum per singulas centurias calculus unus pro suffragio ferebatur. Sic enim ciues ob multitudinẽ, centenarij numero distribuebantur in creandis Consulibus.

Imperia, Potestates, Legationes.) Non solum illud publicè interest, ut Imperia & Legationes Senatus decreto, iussuq; Populi designentur ad obeundam huiusmodi functionem: Verum etiam hoc cum primis expedit, ut quo tempore Senatui uisum fuerit, pro conditione rerum, modò celerius, modò tardius, Urbem exeant. Sunt enim multa, quorum conficiendorum maxima spes est in celeritate: & contra, pleraq; cunctationem quandam requirunt. Hanc igitur censuram & cognitionem, penes Senatum Populumq; esse oportet.

Ex hoc Iure Tituli prodierunt. ff. & C. De officio, Consul. & lega. Item. ff. De legatione.

Et

Et. C. lib. X. Vbi de consensu quoq; publico, qui in Legationibus rerum maiorum exigitur, multa sunt statuta.

Duella iusta, iuste gerunt.) Grauis sententia est. Porro, multum distant: bellum esse iustum: & iuste geri. Potest enim iustum esse bellum, cum tamen non recte geratur: quemadmodum dixit ille: non tam uincere, quam uictoria recte uti oportere. Et ex diuerso, nonnunquam belli causa iniusta est, cum interim in militari disciplina nihil delinquatur à Ducibus. Vtrunq; ista Lex complectens: Iusta bella, uult iuste geri.

Quid igitur est iustum bellum? Vlpianus sic diffinit in. l. Hostes. ff. De capti. & postlimi. reuerf. Hostes (ait) sunt, quibus bellum publice Populus Romanus decreuit: uel ipsi, Populo Romano. Cæteri uerò, latrunculi uel prædones appellantur. Cicero autem in Officijs, inspecta penitus bellorum causa, pulchrè disputat: ob eam tantum causam bellum esse suscipiendum, ut in pace uiuatur. Profectò Iustitiam belli, ex Iure naturæ metiri oportet, hoc est, ex defensione necessaria, per. l. Ut uim. ff. De Iustit. & Iur.

Iuste autem tunc geritur bellum, ut describit Cicero ibidem, cum parta uictoria conseruantur illi, qui nec crudeles, nec immanes in bello fuerunt. Idq; est qd hic dicit Lex: Socijs parcendum, eosq; cum rebus omnibus seruandos esse. Quod Romani semper serè secuti sunt.

Parcere subiectis, & debellare superbos. Tusculanos enim, Sabinos, Hernicos, & Faliscos, in prælio uictos: non solù seruari, sed & in Ciuitatè acceperunt. At contra, Carthaginè & Numantiam perfidas Ciuitates, funditus euerterunt. In summa, plures propemodù prouincias & Ciuitates, uirtute & liberalitate, quam armorum ui ad Imperiũ suum redegerunt.

Domum cum laude redeuntò.) Rebus militaribus feliciter gestis, Lex uult eos domum cū laude uenire. Quæ clausula haud dubiè sumpta est ex Solonis instituto, qui semper dicere solebat: duabus potissimum rebus Rempubicā contineri: præmio, & pœna. Nihil profecto Romanos ad res magnas strenuè subeundas què commouit, quam gloriæ præmium, quod plurimis modis, tum in uita, tum post mortem à maioribus propositum esse uidebāt.

Et hinc primum illud est factum: quòd Dux exercitus re feliciter gesta, Imperator dicitur etiam post bellum: Scilicet referens hoc honoris nomen, quoniam optimum militiæ suæ exemplum dedisset. Idem obseruabatur de ijs, qui sœderis ferendi prouinciam utiliter expediissent. De hoc enim Plinius accipi uult lib. VII. cap. XXVI. dum laudes Pompeij recensens: Toties (ait) Imperator, antequam miles. Cicero Philip. 4. Faciã igitur (inquit) ut Imperatores instructa acie solent, quanquam paratissimos milites ad præliãdum uideant, ut eos tamen adhortentur. Nunc uerò nomen Imperatoris translatum est ad significandam sacrosanctam Romani Principis dignitatem, ut in Titulis Iustiniani Cæsaris & nostrorum Principum maximorum.

Deinde, mos triumphãdi, honor qui à Senatu decerneretur omnium maximus, sequebatur uictores. Solenniter autem decernebatur, & causa cognita, secundum Leges triumphales, quarum prima erat: Ne quis triumpharet, nisi quinque milia hostiũ una clade cecidissent. Secunda: Ut huius rei ueritas apud Quæstores Urbanos assereretur iureiurando. Tertia: Ne quis ad triumphandum admitteretur, nisi auxisset Imperium, non etiam si recuperasset amissam Prouinciam.

Modus autem triumphandi talis erat. Victores corona, primum laurea, deinde aurea redimiti, curru inaurato, quem quatuor equi albi trahebant, Romam inuehebantur. Præcedebat Senatus: sequebatur Populus: post hunc ordo militaris. Ante currum uictoris, ibant Duces uicti, catenam ferream collo gestantes. Et primum omnium ad templum Iouis Capitolini, deinde per Urbem atq; domum reducebantur. Cicero in Pisonem: Quid tandem (inquit) habet iste currus? Quid uicti ante currum Duces? Quid simulachra Oppidorũ? Quid aurum? Quid argentum? Quid Legati in equis & Tribuni? Quid clamor militum? Quid tota illa pompa? Quid uehi per Urbem? Vade sunt qui triumphum à tribus ordinibus: Senatus, Populi, & militum, dici existimant.

Eòdem pertinet statuari laus, quas & post mortè Senatus ei, qui de Republica optimè meritus esset, decernere solebat. Vides ne igitur, quot præmiorũ genera produxerint uerba huius Legis: Domũ cum laude redeuntò; scilicet ut cæteri ad imitationè uirtutis allicerentur?

DE TRI-

D E T R I B V N I S P L E B I S.

C A P V T X.



Lebes, quos pro se contra uim auxiliij ergo, creassit, Tribuni eius sunt.
 Quodq; hi prohibessint, quodq; plebem rogassint, ratum esto.
 Sanctiq; sunt: ne ue plebem orbam tribunis, relinquuntor.

I N T E R P R E T A T I O.

Plebes quos pro se.) De Tribunis plebis multa superius dicta sunt, & plura dicuntur ex Pomponio. Interim obseruent Tyrones Iuris: Plebes hic dici prisca locutione, cum nunc frequentius Plebs dicamus. Gelli. Plebes (inquit) in qua ciuium gentes Patriæ non insunt. Hos Lex uult esse sanctos, hoc est, ab omni iniuria munitos: quoniam auxilium ferre solebãt aduersus uim Senatus, erantq; ciues sine his orbi, quasi amissis defensoribus. Orbus enim proprie dicitur oculis priuatus. Per translationem autem is intelligitur, quicumq; aliqua re chara priuatus sit, ut uxore, liberis, parentibus. Sic plebes hic orba dicitur, amissis Tribunis.

D E S E N A T V.

C A P V T X L



Mnes Magistratus auspiciũ iudiciũq; habent.

Exq; ijs Senatus esto: eius decreta rata sunt.

At si potestas par maior ue prohibet, S. C. præscripta seruant.

Is ordo uicio uacato: cæteris specimen esto.

I N T E R P R E T A T I O.

Omnes Magistratus auspiciũ.) Quatenus ad Religionem pertinet, omnes Magistratus auspiciũ creari debent: quantum uero ad humanam censuram respicitur, uult Lex omnibus potestatibus esse Iudiciũ, in quo de illata fortè iniuria dispiciatur. Deinceps (inquit Cicero) omnibus Magistratibus auspicia & Iudicia dantur. Iudicia, ut esset Populi potestas, ad quam prouocaretur: auspicia, ut multos inuites conuictus, probabiles impediret moræ. Sæpe enim Populi impetum iniustum, auspicijs Dii immortales represserunt.

Debent nobis ista deferuire in foro, ut edocti à Christo seruatore nostro, intelligamus multo magis omnes nostri seculi magistratus auspicio uero & infallibili creandos esse, hoc est, ex uerbo Diuino. I. In nomine domini. C. De offic. Præf. Præto. Nouell. De arm. in princi. Quare solennis est forma Iurisiurandi, quod præstare debent magistratus ante ingressum publicæ functionis. Nouell. Iurisan. quod præsta. ab his.

Exq; ijs Senatus esto.) Romulus primum condita Vrbe Senatorium ordinem instituit, centum patribus quorum consilio uteretur, electis. Postea Tul. Hostilius & Tarquinius Priscus Senatus maiestatem auxerunt. At Tarquinius ille superbus, magnam partem, morte & exilio perdidit, sicut Liuius eleganter tractat.

Eius decreta rata sunt.) Nam ita res se habet (ait Cicero) ut si Senatus, dominus sit publici consilij, quodq; is creuerit, defendam omnes: Et si reliqui principes ordines consilio Republicam gubernari uelint: possit ex temperatione Iuris, cum potestas in Populo, auctoritas in Senatu sit, teneri ille moderatus & concors Ciuitatis status: præsertim si proxima Legi parebitur. Vidén, quomodo temperata quadam institutione, Senatui sic deferretur potestas, ut Populo non adimatur. Inde semper sic dicere solebant. S. P. Q. R. hoc est, Senatus Populusq; Romanus. Hæc omnia latius infra tractabuntur.

At si potestas par maior ue prohibet, S. C.) Superius cap. j. dixit Lex: Ni par maior

E iorue

torne potestas Populusq; prohibessit. Semper enim hoc temperamentum obseruauit, ut intercedendi Ius Populo referuaret. Itaq; sic est accipiendus hic locus: Si par aut maior potestas prohibuerit decreta Senatus, seruanda sunt Senatusconsulta, per cognitionē Populi ex æquo & bono præscripta: non uerò quomodo semper uoluerint Patres, nimia fortè dominandi libidine adfecti.

Is ordo uisio uacato.) Oportet quidem nullum omninò uitium esse in Senatu: si alii qui tamen fuerint mali, non ideo statim totus ordo damnandus est. Non enim (ait Cicero) de hoc Senatu, nec de his hominibus qui nunc sunt: sed de futuris, si qui fortè his Legibus parere uoluerint, hæc habetur oratio. Subdit præterea multum eleganter: quomodo fieri possit, ut euitentur uitiosi Senatores: Id autem (inquiens) difficile factu est, nisi educatione quadam & disciplina: de qua dicemus aliquid fortasse, si quid fuerit loci aut temporis.

Cæteris specimen esto.) Magis decet Magistratum bonis uiuendi exemplis, quàm Legibus præscriptis imperare. Ut enim (inquit Cicero) cupiditatibus Principum & uitij infici solet tota Ciuitas: sic emendari & corrigi continentia. Et paulò infra: Nec enim tantum mali est peccare Principes, quanquam est magnum hoc per seipsum malum: quantum illud, quod permulti etiam imitatores Principum exiunt. Nam licet uidere, si uelis replicare memoriã temporum: qualecunq; summi Ciuitatis uiri fuerint, talem Ciuitatem fuisse. Quæcunq; mutatio morum in Principibus extiterit, eandem in populo secuturam. Et rursus: Quò pernitiosius (ait) de Republica merentur uitiosi principes: quòd non solum uitia concipiunt ipsi, sed ea infundunt in ciuitatem: neq; solum obsunt quòd illi ipsi corrumpuntur, sed etiam quòd corrumpunt: plusq; exemplo, quàm peccato nocent.

Hanc itaq; Legem, de omnibus Magistratuum generibus oportet intelligere: non autem de singulis generum. Quod Cicero his uerbis declarat: Atq; hæc Lex dilatarè in ordinem cõstitutum; coangustari etiam potest. Pauci enim atq; admodum pauci honore & gloria amplificati, uel corrumpere mores ciuitatis, uel corrigere possunt.

D E S V F F R A G I I S. C A P V T X I I.

• Alias cum
sequebantur.



Creatio Magistratum & Iudicia, Populi iussa, uetita, cum Senatus suffragio * confiscentur: optimatibus nota, plebi libera sunt.

Nunc de suffragijs tractat Lex. Est autem suffragium, uox illa quæ datur in comitijs, & in tabellis describatur, qua unusquisq; suam declarabat uoluntatē de aliquo Magistratu creando, aut reo damnando. In initio autem uoce & palàm ferebantur, ut nunc quoq; fit: donec ferrentur tabellariz Leges, quæ suffragia tabellis describi uoluerunt.

Aliquando tamen suffragium pro auxilio accipitur, ut in Tit. C. De suffragi. Nam quod in Nouellis legitur: Ut Iudices sine quoquo suffragio fiant: insulsissimè uersum est è Græco Iustiniani Codice. Sed à Gregorio Haloandro homine doctissimo, & de Republica optimè semper merito, sic restitutum est: Ut Præsides absq; ulla datione pecuniæ, ad officia mittantur.

I N T E R P R E T A T I O.

Creatio Magistratum & Iudicia.) Primum loquitur hæc Lex de suffragijs, idq; principaliter: cum dicit Populi iussa: deinde de intercessione, cum adijcit uetita. Intercedere enim post alia significata, accipitur pro inhibere, coercere, uetare. Vnde intercessionem uulgo oppositionem dicimus. Et proprie intercedere fuerat Tribunorum plebis, quibus Ius intercedendi concedebatur. Nam in hoc creatos dicit Gellius, non ut Ius dicerent, sed ut intercederent opponerentq; sese iniurijs ac uolentijs. Cæsar bell. Ciuil. j. Refertur statim (ait) intercessione Tribunorum.

Cum itaq; uel Senatus iudicia, uel populi iussa aut intercessionem suffragijs confiscentur (sic enim

(sic enim legendum puto) tunc debent sine tabellis colligi. Vulgò nunc uota dicunt huiusmodi suffragia.

Optimatibus nota, Plebi libera sunt.) Ita mehercule attendi, nec satis intellexi quid sibi Lex aut quid uerba ista uellent, inquit Atticus apud Ciceronem. Quare & nobis est curandum, ne aberremus in tam lato campo. Nam multa ac uaria sub his paucis uerbis Lex ut solet, complectitur. Tollit autem omnem occasionem ferendæ Legis, scilicet de tabellis, per quas insinuarentur suffragia, introducendis: sicut postea cõtra hanc sanctionem multæ tabellariæ Leges latæ sunt. Quamobrem (ait Cicero) suffragandi nimia libido in non bonis causis, eripienda fuit potentibus. Non latebra danda populo, in qua bonis ignorantibus, quid quisq; sentiret, tabella uitiosum occultaret suffragiũ. Et infra: Sic enim (inquit) à me Lex est recitata de suffragiis: Optimatibus nota, plebi libera sunt. Quæ Lex hanc sententiã continet: ut omnes Leges tollat, quæ postea latæ sunt: quæ tegunt omni ratione suffragium: ne quis inspiciat tabellam, ne roget, ne appellet.

D E Q V A E S T O R I B V S.
CAPVT XIII.



At si quid erit quod extra magistratus * coærario æfussit, qui coæret Populus creato, eiq; Ius * coærendi dato.

* Alias coærario.
* Alias coærendi.

I N T E R P R E T A T I O.

At si quid erit.) Videtur mihi uerum quod Riuallius dicit, hunc locum de Quæstura accipiendum esse, de qua post has tabulas ex Pomponio dicitur. Interim hoc solum obseruandum est à Tyronibus Iuris, quòd Lex priscis appellationibus utatur, dicatq; coærarium, pro ærarium, ut nunc uocamus, & coærare pro ærare: sicut confiscandi uerbum hodie nobis est familiare. Proinde Aefussit dictum est, pro æris aliquid cedere, uel deferri Fisco. Ideoq; sine aspiratione scribendum puto: quoniam nihil hic ad rem facit uerbum cohæreo, res, rere. Item coæret hoc loco, coniunctiuus est à coæro, ras, rare. Ut sit sensus: Si extra magistratus functionem delatum aliquid fuerit Aerario: id qui proprio quodam officio in Fiscum redigat, à Populo creari debet, quò magis Ius publicæ pecuniæ tali modo tractandæ, publica autoritate Ius habeat. Nam Quæstores inde sunt dicti, quòd publicæ & Urbanae pecuniæ, Aerarijque curam gerent: quorum originem antiquissimam esse, & penè ante omnes Magistratus, Vlpianus tradit in l. j. ff. De offici. Quæstor.

Q V I B V S I V S S I T C V M P O
P V L O A G E N D I, A V T C V M S E N A T V.
CAPVT XIIIIL



Vm Populo Patribusq; agendi ius esto.

Consuli, Prætori, Magistro Populi equitumq;: eiq; quem produnt patres Consulium rogandorum ergò.

Tribunisq;, quos Populus rogassit, Ius esto cum Patribus agendi.

Idem ad plebem quod censuerint ferunto.

I N T E R P R E T A T I O.

Agendi ius esto.) Cum Populo aut cum Patribus agere uocat, quod Gellius lib. 14. cap. 7. Populum aut Senatam consulere dicit, Hoc autem quibus liceret, Lex ista recenset, ne passim omnes ob quascunq; causas Senatam molestant. Cn. Pompeius initurus primum Consulatum, M. Varronem amicum suum rogauit, ut ei scriberet inductorium: quid facere dicereq; deberet, cum Senatam consuleret.

E 2 Cæterum

Cæterum ut commodam incidente necessitate, Senatus consulendi occasionem haberent: concessum præterea his fuit ius habendi Senatus, seu (ut nunc dicunt) conuocandi.

Et quæ quem produunt Patres.) De Interrege loquitur Lex, quem Patres prodere magis quam creare extra ordinem tempore necessitatis solebant. Interreges autem initio dicebantur centum Patres, qui mortuo Romulo, donec alius Rex crearetur, Rēpublicam gubernabant, quisque duntaxat quinque diebus per ordinem. Verum postea Interregis creandi hæc fuit ratio. Cum Reipublicæ causa abessent COSS. nec habendis comitijs interesse possent: siue si quando COSS. uitio creati essent, nec placuisset aut non expediuisset comitorum duntaxat gratia Dictatorem dici: Item, si graues discordiæ incidissent: tunc res ad Interregem deducebatur, qui Consularia comitia haberet, teste Fenestella. Et de hoc Interrege loquitur ista Lex, quem Patres creabant, ut comitia haberet, ac sententias loco Consulis rogaret.

P R A E C E P T A I V R I S D E M A G I S T R A T V . C A P V T X V .

• Alias que
cunq; in Po-
pulo, que-
cunq; in Pa-
tribus.



Væ cum Populo, quæ cum Patribus agentur, modica sunt.

Senator, qui nec aderit, aut causa, aut culpa esto.

Loco Senator, & modo orator, causas Populi tenento.

Vis in Populo abesto.

Par maior'ue potestas, plus ualeto.

Ast qui turbassit in agendo, fraus * authoris esto.

Intercessor rei malæ, salutaris ciuis esto.

Qui agent, auspicia seruanto.

Auguri publico parento.

Hanc enim lectionem sequor.

Cicero istam Legem dicit præclaram esse. Continet enim egregia quædam Iuris præcepta de Magistratu, nec certè multum dissimiliter, quam Iustinianus librum quendam mandatorum scripsit ad Præfides Prouinciarum, quem Haloander uir ad restituendas Leges à DEO Germaniæ donatus, eleganter inscripsit Nouell. Præcepta Præsidum: cum hæcenus, De mandatis Principum, legeretur.

I N T E R P R E T A T I O .

Quæ cum patribus agentur.) Modica sunt, id est, modesta atque sedata, dicit Cicero: subiiciens tria iussa ad Senatum quæ ex Lege colliguntur. I Vt adfuit uocatus. Nam grauitatem (inquit) res habet, cum frequens ordo est. II Vt loco dicat, hoc est, rogatus, III Vt modo: ne sit infinitus. Nam breuitas, non modò Senatoris, sed etiam Oratoris magna laus est in sententia. Nec est unquam longa oratione utendum, nisi magna rerum necessitas, uel utilitas euidens exigat.

Senator qui nec aderit.) Hoc enim est primum iussum, ut adfuit Senatus, qui aut legitima causa absentiam purgabit, aut culpæ reus habeatur. Vnde non aberrant, qui nunc in Ciuitatibus pœnam adijcere solent in absentes Decuriones, aut etiam tardius aduenientes. Hæc enim disciplina in publicis functionibus modestiam retinens, mirum in modum laudabilis est.

Loco Senator.) Secundum præceptum, ut loci & ordinis habeatur ratio in Senatu, ob euitandam confusionem. Qua ratione in Tit. ff. De alb. scriben. Vlpianus diligentissimè tractat de ordine Decurionum obseruando. Itaque Senator, loco & ordine designato, dicere debet sententiam suam, & non nisi rogatus. Nam nihil magis obstat consultationibus, quam si promiscuis interruptisque uocibus, more rixantium, temerè profundantur sententiæ. Profe- & ò usus mutuorum colloquiorum, mensæ quidem deseruire potest ad exhilarandos animos: ue- rum

fum cum ferijs deliberationibus publicarum rerum in Senatu pugnat ex diametro, nec permittit liberum esse animi iudicium. Itaq; multò magis nunc in principum aulis præscriptum huius Legis retinendum est: ubi non nisi de maximis Reipublicæ rebus tractari solet.

Et modo Orator.) Tertium iussum addit. Senator enim est, cum loco & ordine dicit in Senatu: Orator autem, cum sententiam dicit causæ appositam: cum rationes adnectit: cum utilitatē publicam ostēdit: cum singulis addit iustam opinionis suæ comprobationem. Quæ omnia, modo fieri oportet & concinna breuitate, ut cæteri quoq; admittantur ad dicendum, & ne tempus inutiliter pereat exequendis ijs quæ dicuntur. Certè: modus est pulcherrima uirtus, præsertim in publicis consultationibus.

Obserua igitur hoc loco, bone lector, quàm eleganti compendio Lex adeoq; tribus penè uerbis explicet tria præcepta latissimè patentia. Nostri nunc ingenti uerborum copia (si modò copiam rectè dixerimus tam inanem uerborum congeriem) non satis uidentur explicare ea quæ tum priuatim tum publicè tractant.

Causas Populi tenento.) Est Senatori (inquit Cicero) necessarium nosse Rempubliam: idq; latè patet: Quid habeat militum: quid ualeat ærario: quos socios Respublica habeat: quos amicos: quos stipendiarios: qua quisq; sit Lege, conditione, fœdere: tenere cōsuetudinem decernendi: nosse exempla maiorum. Vides iam, qua scientia oporteat Senatorem esse instructum, ut causas Reipublicæ, oratione sua in cōsultationibus rectè tractet: Nam pertinent ista omnia ad inuentionem, quam primam esse debere, nemo dubitauerit.

Vis in Populo abesto.) In actionibus cum Populo, primum & maximum est, ut uis absit. Nihil est enim (ait Cicero) exitiosius Ciuitatibus: nihil tam cōtrarium Iuri & Legibus: nihil minus ciuile est & humanū: q̄ composita & cōstituta Republica quicq; agi per uim. Et pertinet hæc clausula ad actiones cū populo, sicut præcedēs accipitur quādo cū Senatu agitur,

Par maior ue potestas plus ualeto.) Hoc est, si par aut maior Magistratus intercesserit bonis rationibus ductus, obtemperandum est, & proprio errori cedendum. Parère iubet intercessori (ait Cicero) quo nihil præstantius. Impediri enim bonam rem melius: q̄ cōcedi malè. Qua ratione ex multis Tribunis prædurius aliquid uolentibus, unus se opponēs, præferabatur. Et bonus ille Cato, cuius & Cicero cum magna laude meminit, sapè intercessit oratione sua in Senatu, ne Respublica læderetur, & summis periculis se tandem exposuit.

Asi qui turbassit in agendo.) Nihil tam præclarum est, quin si abutaris, fiat in Republica perniciosum. Concessum autem est Iure, ut cum Populo agatur. At si quis turbauerit publicam tranquillitatem, & commouerit ignobile uulgus ad seditionem, quod oratori adfectus mouenti facilimum fuerit: is de fraude sua teneatur, uelut author seditionis.

Ex hoc fonte promanarūt Tit. C. De seditioni. Et. l. Capitaliū. §. Solēt itē. l. Si quis aliqd ff. De pœn. Et. l. Qui cœtū, in princ. ff. Ad Leg. Iul. de ui publi. Sic & Cōstantinus Imperator in. l. Quoniā. C. eod. tit. cōstituit eū esse puniendū, qui causam malorū præbuit inter multos.

Intercessor rei malæ, salutaris ciuis esto.) Quis non studiose Reipublicæ subueniret, hac tam præclara Legis uoce laudatus: dicit Cicero. Profectò magnam salutē adfert Rei publicæ is, qui malæ rei sese opponit, quantum in eo est. Solon igitur non sine causa tulit Legem suis Atheniensibus: Vt qui orta seditione, non sumeret arma, is grauiter puniretur. Prima fronte ea Lex iniqua uidetur, quæ ad arma trahit, cū reprimere potius ac manibus excute re debuisset. Sed ratio, quæ Solonē mouit, ex hoc fonte cōstat. Si enim mali soli ad seditionē profilirent, bonis interim delitescētib; quis rogo intercederet malorum hominum perniciosi conatibus? Proinde uoluit sapientissimus Legislato, ut omnes sumerent arma ad intercedendum pro Republica.

Qui agent, auspicia seruant.) In publicis institutis, siue cū Senatu, siue cū Populo agatur, Lex uult seruari auspicia, quibus rati sunt semper fore, ut res feliciter succederet, & imminēs malū euitaretur. Nā qua dignitate reputati sint Augures olim apud Romanos ac alias Gentes, suprā diximus. Vt iterū admoneamur, quātò nos magis oporteat omnia facere in nomine Christi seruatoris nostri. Sunt enim omnia id genus pseudo Religionis deliramēta per

posteriores Imperatores rectè sublata, in Tit. C. De paga, & sacrifici. Item, De malefic. & mathema. Illud prætereundum non est, & nobis deseruire potest: Quòd Gentes tamen uerã Religionem ignorarent, ac in idololatria prorsus essent demersi, donec à Christo & Apostolis eius, præsertim Paulo, ueritatem acciperent: attamen lumine quodam naturali intelligebant, magicam superstitionem damnandam esse, hoc est, ea præstigia quæ extra publicum ritum certis quibusdam incantationibus, & nescio quibus ineptijs faciebant. Vnde Augustinus de Ciuitate DEI, scribit, in XII. tabulis fuisse legem, quæ magicas imposturas prohibebat, cum & Ciceroni uehemèter displiceant. Et Dido apud Vergil. Aen. 4. sic dicit:

Testor chara Deos, & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

De his intelligi uult Vlpianus in. l. j. §. Medicos. ff. De uari. & extra. cognitio. Nō tamē (inquiēs) si incātauerit, si imprecatus est, si (ut uulgari uerbo in posterū utar) exorcizauit. Nō sunt enim ista Medicinæ genera: tamen sunt qui hos sibi profuisse, cū prædicatione adfirmēt.

Pudet me hic referre, quàm Gentes in suo errore nos uicerint, & quantopere cōfundamur, quoties eorū memoria nobis obijcitur: Videlicet, quia tam frequentes nunc sunt incantationū ac Diuinationum præstigiæ, ut plus illis ferē q̄ nostrę Religioni tribuamus, frustra reclamante Apostolo per omnes suas Epistolas. Sed de hoc magis mirandum: quòd Magistratus ista ferant aliquādo conuiuētibus oculis: quibus oro ut Christus uerum donet Spiritum, & oculos uidendi tales imposturas sathanæ.

DE PROMVLGATIONE LEGVM: DE PRIVILEGIIS: DE SINGVLIS REBUS AGENDIS.
CAPVT XVI.



Promulgata proposita, in ærario cognita sunt.

Nec plus, quàm de singulis rebus semel consulunt.

Rem Populum docent: doceri à Magistratibus priuatisq; patitur.

Priuilegia ne irrogant.

De capite ciuis, nisi per maximum comitium, ollosq; quos censores in partibus Populi locassint, ne ferunt.

Donū ne capiūto, ne ue dāto, ne ue petēda, ne ue gerēda, ne ue gesta potestate.

Quisquis earum rerum migrassit, noxiæ poena par esto.

Censores fide Legem custodiunt: priuati ad eos acta referunt: nec eo magis Lege liberi sunt.

Has Leges Cicero præclarissimas uocat, trāllatasq; de duodecim tabulis: præsertim eas, quæ priuilegia tollunt, & quæ de capite ciuis rogari, nisi maximo comitio uentant. Nec certè contemnenda sunt nobis in nostro foro omnia quæ Lex ista præcipit.

INTERPRETATIO.

Promulgata proposita.) Rectè constitutum est, ut promulgatæ Leges agerentur in Aerariū, ac diligenter custodirētur. Primum, ne periret exemplar: deinde, ne quis fortè fraudem corrupendo admittere posset. Qua ratione moti Romani: Leges duodecim tabularū in æs incisas, reposuerunt in Aerarium, ut Tranquill. scribit in uita Iulij.

Hinc sumitur mos in Ciuitatibus nec certè repudiandus, quòd Statuta sua in publicam custodiam reponant. Veruntamen meminisse oportet: ne custodiantur solum Leges, sed ut obseruentur etiam. Ipsa literarum monumenta recludi debent in Aerarium: at obseruatio publicam circumferri debet per totam Rempublicam.

Nec plus quàm de singulis rebus.) Habet enim talis incōstantia, si eadē res per nouas consultationes sæpè immutetur, multa incōmoda. Primum: nō cōtingit sine motu & turbatione, mutatio rerum publicarū: Deinde, datur ansa leuioribus hominibus ad nouationē procliuis, ut sub prætextu emēdandæ rei, sæpè tentēt incōsuetæ statuere: q̄d Aristoteles in Politicis uehemèter improbat. Optima igitur ratione hæc Lex uult non amplius q̄ semel de singulis

gulis rebus per consultationē aliquid constitui. Interim tamen loquens regulariter, non tollit arbitriū boni uiri, ut foro seruiatur, & temporū conditioni ac rerum inopinato accidentium.

Priuegia ne irroganto.) Tota uia errauerit, si quis putet hāc Legē prohibere omnia priuegia: sed cū maximo delectu atq; cōsilio concedi uoluit. Sic enim & Cicero intelligit: In priuatos homines (inquiens) Leges ferri noluerūt: id est enim priuegiū, quo quid est iniquius? Cū Legis hęc uis sit: scitū & iussum in omnes ferri: de singulis, nisi cēturiatis comitijs, noluerūt. Audis, Leges nō esse ferēdas de singulis. Itē, comitia esse adhibēda maxima, ut certa ratione cōcedantur priuegia: Veriti em̄ sunt prudētissimi uiri, ne passim sine delectu concederētur priuatæ Leges indignissimis hominibus: & ne tandē per hanc occasionē, totius Iuris obseruatio dissolueretur, facerentq; uilissimi quiq; quid uellēt, confidētia priuegiatorum.

Multō minus igitur eleuare uult hęc Lex priuegia, quæ summa quadā Aequitate certis hominum generibus concessa sunt, quæ Iuriscōsulti adpellāt Ius singulare, ut Paulus in. l. Ius singulare. ff. D. Leg. h. Nam his sublatis, bona & certē melior pars Iuris tolleretur. Exempla autē priuegiatorum de quibus loquitur ista Lex, adferre huc potes ex. l. j. §. Planē. ff. De constitu. Princ. Et ex. §. Sed & quod Principi. Instit. De Iur. natura. Genti. & Ciuil. Nam talia indulta, si non ex plena cognitione præsententur, summam habent iniquitatem.

De capite ciuis, nisi per maximum comitium.) Grauiſſima priuegiij causa est, cum de capite priuati ciuis aliquid statuitur: Ideo Lex requirit ea in re maximum comitium, ut iudicia totius Populi suffragijs consciscerentur. Accipit autem Cicero maxima comitia, hoc est, centuriata, sicut apparet latius in oratione pro P. Sestio. Sed & hoc loco satis id declarat. Descriptus enim (inquiens) Populus censu, ordinibus, ætatibus, plus adhibet in suffragium consilij, quàm fusc in tribus conuocatus.

Perpende igitur rogo te, bone lector, quanti olim æstimauerint censuram & cognitionem de priuegijs, cuius nunc ferē non habetur ratio. Priuegia hodie dicimus, aliās beneficia, aliās indulta, aliās dispensationes: & interim non perpendimus, q̄ magna res sit relaxare Ius & ordinationem DEI per huiusmodi concessionem, nisi grauiſſima causa suadeat. Extat in Iure Pontificio Tit. De priuile. Nos latius in lib. De Iure singulari, tractauimus.

Donum ne capiunto, ne ue danto.) De captis pecunijs & ambitu, tractant hęc leges, auctore Cicer. Nam uirtuti ultrō sunt offerendæ: non autem pecunia redimendæ dignitates & publicæ administrationes. Neq; igitur in designando, neq; in gerendo, neq; in deponēdo Magistratu pecuniaria corruptio interuenire debet. In initio autē Magistratū precibus ambire licebat: deinde cœperūt pecunia redimi suffragia, q̄d hac lege prohibetur. Tandē cū ambitio & largitiones miscerētur, utrunq; sublātū fuit, ut in Tit. ff. & C. Ad Leg. Iuliā de ambit.

In Magistratu autē pecuniam capere, ac uenale habere Iustitiā, semper abominabile fuit. Vnde est Tit. ff. & C. Ad Leg. Iuli. repetunda. Ex eodē Iure factum est Plebiscitum, cuius meminit Modestinus in Tit. De offic. Præsid. Plebiscito (inquiens) continetur, ne quis præsidū, munus donumue caperet, nisi esculentum potulētumue, q̄d intra dies proximos prodigatur. Vlpianus autē latius explicās hoc tēperamentum, in. l. Solet. ff. De offic. Procon. Non uerō (inquit) in totum xenijs abstinere debet Proconsul, sed modū adijcere: ut neq; morose in totum abstineat, neq; auarē modū xeniorū excedat. Quam rem Diuus Seuerus, & Imperator Antoninus, elegantissima Epistola sunt moderati, cuius Epistolę uerba hęc sunt: Quantū ad xenia pertinet, audi quid sentimus. Vetus prouerbiū est: οὐτε παρα, οὐτε αἰσχρο, οὐτε πρὸς αἰσχρο. Nam ualde inhumanum est, à nemine accipere: sed passim, uilissimum est: & per omnia, auarissimum. Demum subdit. Sed nec xenia producenda sunt ad munerum qualitatem. Tractatur etiam hęc materia in Tit. C. De Sportul.

Quisquis earum rerum migrassit.) Hoc est, quisquis exceſſerit aliquid horū statutorū (si enim migrassit, pro exceſſerit dictū est) noxiæ pœna par esto. Nam qua quis pœna sit adficiendus ob contēptam hanc Legē, Iudicijs magis q̄ uerbis fandiendū est, ut in suo uitio (ait Cicero) quisq; plectatur: Vis, capite: auaritia, multa: honoris cupiditas, ignominia sancitur. Obserua rogo diligenter has sententias, quæ ad multa tibi deferuent in Republica.

Censores fide Leges custodiunt.) Cura Legis seruandę Cęsoribus data fuit, p̄ter ea quę superius dicta s̄nt de moribus hominũ conferuandis. Cicero aut̄ pulchrę: Hęc de tur (inquit) cura Cęsoribus, quandoquidē eos in Republica semper uolumus esse: apud eosdem qui Magistratu abierint, ædāt & exponāt, quid in Magistratu gesserint, deq; ijs Cęsores p̄iudicent. Vult itaq; hęc Lex eos qui Magistratu functi s̄nt, publico Iure rationem referre, causamq; exponere Cęsoribus, si quid fortē deliquerint in officio: attamē accusatori priuato, integram distandi Iudicię facultatem seruari.

Ex hoc fonte est Tit. C. Vt omn. Iudic. tam Ciuil. q̄ mili. Et Nouell. Vt P̄s̄i. absq; ull. dati. pecu. §. Necessitatē. Vbi cōstituitur, qđ omnes Magistratus post depositā administratiōnē, per quinquaginta dies, in Ciuitatibus uel alijs locis permanere, ac fraudū suarū rationem reddere debeāt. Vulgō subire Syndicatū appellant: Latinē causam dicere, nuncupandum est.

Hoc munus autem custodiendę Legis, Romani à Gręcis s̄nt mutuati. Cicero: Gręci (ait) hoc diligentius, apud quos *νομοφιλας* creatur: nec ijs solū literas (nam id apud maiores quidē etiam nostros erat) sed etiam facta hominum obseruabant, ad Legesq; reuocabant.

Hactenus igitur sit disputatū ex hac lege de Magistratibus, quę post Religionē, publici Iuris altera pars est: ut proinde totū iam breuiter uideas eius Iuris ordinē, nihilq; desiderare possis, qđ si nomina Magistratū exactius aliquatō uolueris intueri in foro huius seculi, uel si plura de origine eorū uidere placeat: quorū utrunq; pro uiribus in scholijs ad Pōponij Legē infra p̄stabis. Interim uideamus ea quę de Iure priuato reliqua s̄nt ex XII. tabulis.

D E I U R E P E R S O N A R U M. D E P A T R I A P O T E S T A T E : D E T U T O R I B U S E T C U R A T O R I B U S. T I T U L U S I I I.



VT Iuris priuati quotcunq; tandem Leges apud nos extant Gręcarum tabularum, ordine quodam explicemus. (Nam cur non etiam in quibuslibet reliquis Legum methodus fuerit seruanda?) primum à patria potestate exordiemur, ut Iura personarum primo loco tractemus, iuxta ordinem. l. ij. ff. De stat. homin. Et. §. ulti. Instit. De Iur. Natura. Genti. & Ciuil.

Vendendi filium, p̄t̄ potestas esto.

Tutores liberis in potestate, testamento parentes danto.

Si non sint dati: adgnati qui successionem sperant, tutores s̄nto.

Sed si aliqua sit insidiarum suspiciō, apud alios pupillus educator.

Tutor cum pupillorum matre, ne habitato.

Prodigo, bonorum suorum administratio, interdīcta esto.

Si furiosus existet, adgnatorū gentiliūmq; in eo pecuniāq; eius, potestas esto.

Suspecti tutores remouentor.

Filius arte carens patris incuria, eidem necessaria uitę subsidia ne p̄stato.

Alioqui, parentes educare cogitor.

In decimo mense, legitimus infans nascitor.

Vendendi statuliberos, ius potestasq; esto.

I N T E R P R E T A T I O.

Vendēdi filium, utāt pleriq; Romulū cōcessisse primū parentibus potestātē uendēdi liberos, idq; postea relatū fuisse in XII. tabulas, teste Dionysio Halicar. lib. ij. Certē ex. l. ij. C. De patri. qui fili. suos distraxe. apdaret: usq; ad uitę & necis arbitriū, porrectā fuisse potestatem patriā, qđ natura tamen pietate quadam non ad talē introduxit tyrannidē. Sed quid nō tentauit hominum insatiabilis dominandi cupido, quę nec sanguini pepercit: Idem constat ex. l. In suis hæredibus, in fi. ff. De liber. & posthu. Et. l. ulti. C. De patri. potestat.

Qua ratione, tum Imperatores, tum Iurisconsulti paulatim huic tam p̄duro Iuri detraxerunt, & ad naturalem æquitatē reduxerunt, ut in. l. Qui filios. C. Quę res pig. obliga. poss. uel

uel non. l. Diuus Adrianus. ff. Ad Leg. Pompe. de parric. Et in Tit. C. De his qui paren. uel liber. occider. Solū enim parentibus honesta relinquatur emendatio, & ex maxima causa exheredatio, ut De emēda. propinquo. Et Nouell. Vt cū de appella. cognosci. §. Aliud quoq;.

Imò, si parentes intolerabili iniuria adfecerint liberis, quanquam actione iniuriarū non teneantur. l. Prætor edixit. §. Præterea. ff. De iniuri. possunt tamen liberi officium Iudicis in uocare, ut compellantur tam iniuri parentes ad emancipationem. l. ulti. ff. Si à parent. quis manumiss. fuer.

Ex hac Lege promanarūt omnes Tituli Insti. & C. De patri. potesta. ff. De his qui sunt sui uel alie. iur. De adoptioni. & emancipati. Item, De agnoscen. liber. De liber. exhibend. Et reliqui id genus.

Tutores liberis in potestate.) Secundum naturam fit uerisimile, neminem diligentius de bonis tutoribus cogitaturum, quam parentes ipsos. Ideo Lex permittit ac suadet, ut parentes in testamentis suis dent liberis impuberibus tutores: ne post mortem illorum, incerta sit eius rei sollicitudo. Quare Caius in. l. j. ff. De testament. tutel. Lege duodecim tabularum (inquit) permissum est parentibus: liberis suis, siue masculini, siue fœminini sexus (si modo in potestate sunt) tutores testamento dare. Extant Tit. C. De testamenta. tutel. Et Insti. Qui testamen. tuto. dar. poss.

Sed quid de testamento matris? Item, quid de naturalibus liberis? Respondeo: Si mater tutorem dederit: aut si naturalibus liberis datus fuerit, confirmari eum oportet, idē cum inquisitione, ut satisfiat regulæ huius Legis quæ potestatē exigit. l. j. & l. ulti. C. De confirman. tutor. l. ij. ff. eod. tit.

Formam autem inquisitionis longè elegantissimam & breuem tradit Hermogenianus in. l. Naturali. ff. De confirman. tuto. Si quæ ratur (inquiens) an ex inquisitione rectè datus sit tutor, quatuor hæc consideranda sunt: an & hic dederit, qui dare potuerit: & ille acceperit, cui fuerat dandus: & is datus, cuius dandi facultas erat: & pro tribunali decretum interpositū sit,

Si non sint dati: adgnati qui successionem sperant.) Quibus autem (inquit Iustinianus) testamento tutor datus non est: his ex Lege duodecim tabularum adgnati sunt tutores, qui uocantur legitimi. Sunt autem adgnati, cognati per uirilis sexus cognitionem coniuncti, quasi à patre cognati: ueluti frater ex eodem patre natus, fratris filius, neposue ex eo: Item patruus, & parui filius, neposue ex eo. At qui per fœmini sexus personas cognitione iunguntur: adgnati non sunt, sed aliās naturali Iure cognati. Itaq; amitæ tuæ filius non est tibi adgnatus, sed cognatus: & inuicem tu illi eodem Iure coniungeris. Quia qui ex ea nascitur, patris, non matris familiam sequuntur. Insti. De legit. adgna. tutel.

Sed ne fallamur in ui ac potestate huius Legis, sic subdit Iustinianus in dict. tit. Quod autem Lex duodecim tabularum ab intestato uocat ad tutelam adgnatos: non hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamētum is, qui poterat tutores dare: sed si quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit. Quod tunc quoq; accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, uiuo testatore decesserit.

Rationem huius Legis tractās Vlpianus in. l. j. in princi. ff. De legit. tuto. Hæc (inquit) summa prouidentia: ut qui sperarent hanc successionem, iudem tuerentur bona, ne dilapidarentur. Profecto, hanc prudentiæ rationem, Ciuilitè & urbanè metitus est Vlpianus ex utilitate pecuniaria. Cæterum, uera ratio ex Iure naturali colligēda est: quia scilicet adgnatus cū proximum sanguinis & successionis locum teneat, natura exigit ab eo, ut pueri quoq; tutelā suscipiat, etiam si nulla sint eius bona. Nam tutela (authore Seruio) est uis atq; potestas in capite libero, ad tuendum eum, qui propter ætatem se defendere nequit: Iure Ciuili data ac permissa. Vnde appellantur tutores, quasi tuitores ac defensores personæ potius, quam bonorū. l. j. ff. De tutel. Insti. eod. tit. §. j.

Deniq; ex hac Lege XII. tabularum sciendum est: libertorum & libertarum tutelam, ad patronos liberosq; eorum pertinere. Quæ & ipsa Legitima tutela uocatur: non quia nominatim in ea Lege de hac tutela caueatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si uerbis Legis introducta esset. Eo enim ipso quod hæreditates libertorum libertarumq; si intestati decessissent, iusserat Lex ad patronos liberosue eorum pertinere: crediderunt ueteres, uoluisse

uoluisse Legem, etiam tutelam ad eos pertinere. Instit. patro. tutel. Vnde Vlpianus in. l. Nominis. ff. De uerbo. signifi. Verbum (inquit) ex Legibus, sic accipiendum est; tam ex Legum sententia, quam ex uerbis. Et hic est uerus sensus. l. j. ff. De legi. tuto. dum dicit: Item patronis. Nam hæc Lex patronorum non meminit specialiter, iuxta. l. Tutela legitima. ff. eod. tit.

Quo autem ordine secundum successionis gradus deferatur tutela, satis explicatur per Iustinianum. Nouell. De hæred. ab intestat. uenienti. §. Ex his. Fit etiam mentio Legis duodecim tabularum in. l. j. C. De legit. tutel.

Tutor cum pupillorum matre ne habitato.) Omnes Legislatores magnam egerunt curam, ne pueri in ea ætate qua seipsum tueri non possunt, ullo modo læderentur. Quod sanè tametsi in contractibus multis modis fieri soleat: unde Ius singulare illud restituendi in integrum, à Prætoribus introductum fuit, de quo alibi scripsimus; tamè omnium maximè lædi possent pueri orbatim parètib; in ipsa educatione, de qua tum hic grauius, tum in Tit. ff. Vbi pupill. educa. uel mora. debe. diligentissimè tractatur. Solet Prætor (inquit Vlpianus in. l. j.) sæpius adiri, ut cõstituat, ubi filij uel alantur, uel morètur: non tantum in posthumis, uerum omninò in pueris. Et solet ex persona, ex cõditione, ex tẽpore statuere, ubi potius alèdus sit: & nonnunquàm à uoluntate patris recedit Prætor. Deniq; cum quidè testamèto suo cauisset, ut filius apud substitutã educaretur: Imperator Seuerus rescripsit: Prætorè existimare debere, præsentibus cæteris propinquis liberorũ. Id enim agere Prætorè oportet, ut sine ulla maligna suspicione alatur partus & educetur. Idem Vlpianus in. l. penult. Eod. tit. Si disceptetur (ait) morari uel educari pupillum oporteat: causa cognita, id Præsidentem statuere oportebit. In causæ cognitione uitandi sunt, quod pudicitia impuberis possunt insidiari. Ecce, quod diligèter Iuriscõsulti, præscripta huius Legis XII. tabularũ uelut normam mathematicã, suis responsis adhibuerunt.

Prodigo, bonorum suorum.) Vlpianus in. l. j. ff. De curato. furio. Lege (inquit) duodecim tabularum prodigo interdicitur bonorum suorum administratione. Quod moribus quidè ab initio introductum est. Sed solent hodie Prætores uel Præsides, si talem hominem inuenerint, qui neque tempus, neque finem expensarum habet, sed bona sua dilacerando & dissipando profundit: curatorem ei dare, exemplo furiosi. Et tamdiu erunt ambo in curatione, quamdiu uel furiosus sanitatem, uel ille sanos mores receperit.

Quod autem Vlpianus dicit: hoc Ius ab initio moribus fuisse introductum: Accursius more suo uarians, ostendit se non intellexisse, cum utraq; sententia idem dicat. Nos supra ostendimus secundum Ciceronem: Romanos à Græcis multa accepisse quæ in more essent, tum etiam de suis obseruationibus pleraque in tabulas adiecisse, ut est uidere ex. §. Et non ineleganter Instit. De Iur. Natura. Genti. & Ciui. Videlicet si eum locum conferas cum Lege Pompeij, quam infra tractabimus. Quare admonet nos Vlpianus ab initio fuisse consuetudinem, quæ tam iusta fuerit uisa, ut in duodecim tabulas describeretur pro Lege.

Si furiosus existet.) Iustinianus Instit. De curato. Furiosi quoque (ait) & prodigi, licet maiores uiginti quinque annis sint: tamen in curatione sunt adgnatorum ex Lege XII. tabularum. Sed solent Romæ Præfectus urbi, uel Prætores, & in prouincijs Præsides, ex inquisitione eis curatores dare. Sed & mente captis, & surdis, & mutis, & qui perpetuo morbo laborant (quia rebus suis superesse non possunt) curatores dandi sunt.

Sed qui sciet Magistratus qualis quisque sit, utrum sobrius administrator rerum suarum, an diuinator: utrum sanus, an furiosus? Respondeo: Possunt matres & propinqui petere, ut illis bonorum administratione interdicta, curatores dentur. Vlpianus in. l. ij. ff. Qui pet. tuto. uel cura. Quæ autem de matre (inquit) prædicta sunt, ostenduntur ex Epistola Seueri, cuius uerba subiecta sunt. Diuus Seuerus Vlpio Rufino. Omnem me rationem adhibere subueniendis pupillis, cum ad curam publicam pertineat, liquere omnibus uolo. Et ideo mater, quæ uel non petierit tutores idoneos filijs suis, uel prioribus accusatis reiectis, non confestim aliorum nomina ediderit, Ius non habeat uindicandum sibi bonorum intestatorum liberorum. Idem Vlpianus in. l. His qui. ff. eod. tit. Diuus Pius (ait) matris querelam de filijs prodigis admisit, ut curatorem accipiant, in hæc uerba: Non est nouum, quosdam, & si mentis suæ uidebuntur compotes esse: tamen sic tractare bona ad se pertinètia, ut nisi subueniatur his, deducantur in egestatem. Eligendus itaque erit, qui

COS

eos consilio regat. Nam æquum est, prospicere nos etiam eis, qui quod ad bona ipsorum pertinet, furiosum faciunt exitum. Iam te rogo, bone lector, adeoque obtestor, ut bona fide dispicias, num satius sit has grauissimas maiorum sententias & fontes ad uerba sic recēdere, quam barbaras illas commentariorum altercationes? Vide autem quā hęc pulchrē conueniant cum diuino Daudis oraculo: Pupillum & uiduam suscipite. Posset ne aliquid propius ad naturalis Iuris formulam accedere? Facebant igitur deliramenta fabularum in Ciuili disciplina: & simus aliquando Germani, quibus germana placeat Iustitiæ Religio, constansque & perpetua uoluntas.

Suspecti tutores remouentor.) Vult Lex remouendos esse suspectos tutores & curatores (nam utrorumque eadem est ratio) nec expectandum esse finitæ administrationis tempus, quo sera fortassis fuerit poenitentia. Vlpianus in. l. j. ff. De suspect. tutor. Hęc clausula (inquit) frequens est & perquam necessaria. Quotidie enim suspecti tutores postulatur. Et paulo post Sciendum est, suspecti crimen ex Lege duodecim tabularum descendere. Hoc est, per Legē decernitur delictum esse, & nos omnia peccata per Legem cognoscimus. Quia si Lex nō diceret, non esset delictum, ut eleganter Apostolus ad Romanos explicat. Vtrum si Vlpianus uideret hoc seculum nostrum, diceret certē id quod Cicero de custodia Legum scribit: Extremæ Leges sunt, nobis non usitatæ, Reipublicæ necessaria: Legum custodiam nullam habemus. Certē, nec nos hodie suspecti criminis iudicia exercemus: & cum omnia tribunalia sca teant litibus, nullam tamen de suspecto tutore causam reperias, quasi nulli nunc uiuant suspecti tutores: quod utinam uerum esset. Idem & Tituli De excusationi. tutor. & curat. rarō admodum perducuntur in forum nostrum. Quis enim nunc uelit excusari à tutela locupletis pupilli? Imò, quis non potius intendat apud Iudicem, se ad tutelam proximiorum esse, quam aduersarium? Sic corrumpuntur hominum mores auaritia, omnium uitiorum matre.

Suspectus autem tutor quis censeri debeat, diffinit Iustinianus ex responso Iuliani, Instit. De suspect. tutori. Suspectus autem est (ait) qui non ex fide tutelam gerit, licet soluēdo sit, ut Iulianus quoque scripsit. Et infra: Suspectum etiam eum putamus, qui moribus talis est, ut suspectus sit. Enimuero tutor uel curator, quamuis pauper est, fidelis tamen & diligens, remouendus non est quasi suspectus. Idem dicit Vlpianus in. l. Suspectum. ff. De suspect. tutori.

Filius arte carens, patris incuria.) Maximè secundum naturam est: quod sicut parentes alere debeant liberos: Ita rursus liberi egenis parentibus alimenta suppeditent, ut elegantissimè tractat Vlpianus in. l. Si quis à liberis. ff. De agnoscen. uel alend. liber. Et hanc eadem regulam, sequente clausula ista Lex breuiter sancit. Attamen si pater desidiam suam sic negligat filium, ut nulla eum arte curet educari, unde possit uitæ necessaria sibi comparare: tunc nec uicissim tenebitur patrem alere.

Si fortè cui dura hęc Lex uisa fuerit, is meminisse uelit: quod impius quàm crudelis sit pater, qui filium à DEO donatum, & à se genitum tam turpiter contemnat, ut nulla arte expolitum, obbru tescere patiatur. Optimi authores diffiniunt: necari propemodum liberos, qui nulla imbuantur disciplina: cui sententiæ multum accedit. l. Necare. ff. De agnoscen. & alend. lib. Itaque cum aduersus naturæ Legem peccet parens uel insulsus uel perfidus: merito naturæ beneficijs priuatur & alimentis.

Et hoc quidem tempore quo pacto educentur liberi, quibus imbuantur artibus (ut interim de literarum studijs nihil dicam) quibus moribus instituantur: res ipsa demonstrat. Tandem cum per talem neglectam liberorum educationem tota Ciuitas corrumpitur: tum exeramur tempora: incusamus cœlum & terram, nihilque nisi omnium rerum expectamus interitum: non animaduertentes interim, nostra culpa id fieri, non temporum iniuria: & nobis (DEO authore) in manu esse, quo malum hoc emendare liceat: si præscriptum huius Legis honestatisque præcepta in educandis liberis sequamur. Audio multos quotidie desiderare prisca illa & aurea Romanorum secula, quæ tamen redire non possunt: sed cur non prisca & auream liberorum educationem imitamur, quam facilliter adsequi possemus? Profectò si quis uineam habeat adulterinis uitis corruptam, unde nihil fructus redeat: nonne paucis annis ad fructum eam redegerit, si iustas uites supponat in locum demortuarum? Id rustici non

non ignorant: cur ciues nolunt doceri: Sed furdus canimus, nisi DEVS aures donare uelit.

E meretrice natus, patrem non alio.) Quò magis Lex inuitaret homines ad iustas nuptias, deterreretq; ab illicito coitu: constituit, ne filius meretricis aleret patrè. Sed in naturalibus liberis, & qui utrunq; patrem sciunt, quadam humanitatis ratione receptum postea fuit, ut decernerentur parentibus alimenta. Vlpianus in. l. Si quis à liberis. §. j. ff. De agnoscè. & alend. liber. Ergo & matrem (inquit) cogemus, præsertim uulgò quæsitos liberos alere: nec non ipsos eam. Tractatur latius in Tit. C. De naturali. liber.

In decimo mense legitimus infans nascitor.) Magnæ olim disceptationes nascebantur ex obseruatione temporis nati partus. Nam aliàs pater causabatur præmaturè fuisse natum, ideoq; filium suum non esse ex uxore, quam ante nuptias grauidam fuisse putasset: aliàs eueniebat, quòd morte soluto matrimonio, uel fortè diuortio, partus post tempus à natura datum diceretur editus: ideoq; filium legitimum recusabant, sicut & nostris temporibus utrunq; accidit sæpissimè. In hac igitur opinionum diuersitate, ut certa esset forma ad quam casus istos exigere liceret: sic statutum fuit. Si post contractas nuptias septimo mense partus nasceretur, legitimum filium censeret. Paulus in Tit. ff. De stat. homi. Septimo mense (inquit) nasci perfectum partum, iam receptum est, propter autoritatem doctissimi uiri Hypocratis. Et ideo credendum est eum, qui ex iustis nuptijs septimo mense natus est, iustum filium esse.

Rursus, si aut post mortem, aut post diuortium nascatur decimo mense, censendus est legitimus infans, hoc est, iustus & uerus mortui patris filius, ut hic. Vlpianus in. l. Intestato. §. uiti. ff. De suis & legi. Post decem menses mortis (inquit) natus non admitteretur ad legitimam hæreditatem. De eo uero, qui centesimo octogesimo secundo die natus est, Hypocrates scripsit, & Diuus Pius Pontificibus rescripsit, iusto tempore uideri natum. Hinc Iustinianus Nouell. De restitutio. dotal. rer. §. Alterum uerò illud. Nam nondum (ait) elapso anno, sub finè undecimi mensis peperit, ut nequaquam ex defuncto fœtum susceptum queamus dicere, neque uerò fœtura ipsa in tam longum tempus protensa est. Tractat de his multa Gellius li. iij. cap. XVI.

Huc pertinent omnes Tituli. ff. De liber. agnos. De uen. inspicien. Et reliqui. ferè Tit. in lib. 25. 26. & 27. Vt inde discant studiosi Iuris, ex quantulo fonte tam multi promanarint riui Legum, quibus causarum circumstantiæ succedentibus seculis, docente experientia, sunt determinatæ atq; in certam formam diffinitæ.

Vendendi statu liberos, Ius potestasq; esto.) Multa haud dubiè in duodecim tabulis de Iure perionarum & seruitute scripta fuerunt, sed eas totas non habemus. Verum, quando de statuliberis præcipue dubitari poterat: num uendi possent: quoniã interim fauore quodam, ac si ad libertatem peruenissent, reputandi uiderentur: Ideo de his permittitur uendendi facultas. Modestinus in Tit. ff. De statulibe. Statuliberos (inquit) uenundari posse, Leges duodecim tabularum putauerunt. Duris autem conditionibus in uenditione minime onerandi sunt: ueluti ne intra loca certa seruiant, nèue unquam manumittantur.

Statuliber autem est (authore Paulo in. l. j. ff. eod. tit.) qui statutam & destinatum in tempus uel in conditionem habet libertatem. Fiunt autem statuliberi conditione, bifariam: uidelicet expressa, uel ui ipsa, hoc est, tacita. Cõditione expressa quomodo fiant, manifestum est: ut relinquo Titio seruo libertatem, si Sempronius Bononia redierit. Vi ipsa fiunt, cum creditoris fraudandi causa manumittuntur. Nam dum incertum est, an creditor iure suo utatur, statuliberi sunt, hoc est, si reuera & consilio manumittentis, fraudati non sint creditores, erunt liberi, alioqui non ualebit data libertas. Quoniam fraus cum effectu in Lege Aelia Sentia accipitur. §. In fraudem. Instit. Quib. ex caus. manu. non lic.

De seruis autem, quin uendi possent, nulla prorsus erat dubitatio: quoniam domini in eos uitæ & necis habebant potestatem. §. In potestate itaque. Instit. De his qui sunt sui uel alien. Iur. Donec tam prædura seruitutis forma, & à Iure naturali in totum recedens, paulatim ad humaniores effectus per Imperatorias Leges, & nunc tandem per consuetudinem satis emendata fuit.

DE SVIS

49

DE SVIS ET LEGITI
MIS HAEREDIBVS.

TITVLVS IIII.



In testatorum hæreditates, primo suorum hæredum, uelint nolint'ue, sunt.

His deficientibus, adgnatus proximus familiam habeto.

Si libertus ab intestato moriatur, nullum hæredem suum relinquens: patronus ei succedito.

Quemadmodum testandi causa, ex uoluntate relinquentis bona sua dependet: Ita successio ab intestato, gradus habet, ne tota cognatio simul irruat in bona. Primus itaq; gradus succedentium ab intestato, secundum naturam quam hæc Lex sequitur, est eorum qui sui dicuntur: quia domestici hæredes sunt, & uiuo quoq; patre, quodammodo domini existimantur. §. Sed sui quidem. Instit. De hæred. quali. & differen. Modestinus in. l. j. ff. Quis ord. in bono. poss. seruet. Intestatorum gradus (inquit) hi uocantur: primum sui hæredes: secundo legitimi: tertio proximi cognati: deinde, uir & uxor. Apostolus q̄q; dixit: Si filius, ergo hæres.

I N T E R P R E T A T I O.

Intestatorum hæreditates.) Iustinianus hunc locum citat in. §. j. Instit. De hæred. quæ ab intesta. deferun. Intestatorum autem (inquiens) hæreditates, ex Legge duodecim tabularum, primum ad suos hæredes pertinent. Sui autem hæredes existimantur (ut supra diximus) qui in potestate morientis fuerint: Veluti filius filia'ue: nepos neptis'ue ex filio: pronepos proneptis'ue ex nepote ex filio nato: prognatus prognata'ue, quasi in futurum & per procreationem natus nata'ue. Sic enim prisca prognatas dicebant, sicut nunc, deinceps nati, appellantur Instit. De patri. potest. in fi. & alibi sæpè. Ad Nouell. De hæredi. ab intesta. §. j.

Intestati autem proprie dicuntur: primum qui cum possent testamentum facere, testati non sunt: deinde, qui testamentum fecerunt quidem, sed hæreditas ex eo non est adita, uel irritum, uel irritum est. Planè, qui testari non potuerunt, proprie non sunt intestati: puta, impubes, furiosus, uel cui bonis interdictum est. Sed hos quoq; pro intestatis accipere debemus: si cut etiam captum ab hostibus & ibi defunctum, auctore Ulpiano in. l. j. in princ. ff. De suis & legi.

Ex hoc itaq; loco, ut rectè teneas uetutissimi ac summi Iuris differentias, illud obserua: Quod Lex duodecim tabularum stricto quodam Iure utebatur, præponebatq; masculorum progeniem, & eos qui per fœminini sexus necessitudinem sibi iungebatur, prorsus nō agnoscebat: adeò, ut ne quidem inter matrem & filium filiam'ue, ultro citroq; hæreditatis capiendæ Ius daret, donec Prætores hoc ad Aequitatem reducerent post alios Principes. Instit. De Senatuscons. Tertyllia. Sic enim Iurisconsultissimus Haloander restituit.

Velint nolint'ue.) Secuta Lex duodecim tabularum regulam prædictam summi Iuris, consequens esse duxit, ut qui dicerentur sui, idem & necessarij essent, ne fluctuaret ac incerta uideretur successio. Voluerunt enim prisca in hoc constantiam quandam esse, & inflexibilem Iuris ordinem. Et propterea aberrarunt: quia non oportet ex una regula sic metiri omnes casus, ut pro ratione & circumstantia non discedatur ab ea paululum.

Quemadmodum igitur in hoc nimis à natura discedebant, quòd discrimen tam magnū inter masculos & fœminas, quatenus ad bona paterna attinet, constituerent. §. Cæterum. Instit. De legi. agna. succes. l. Maximum uitium. C. De liber. præteriti. Ita rursus in eo hallucinati sunt, quòd liberos tam arcto uinculo ad successionem astringebant: etiam si iusta eos ratio nonnunquam uoluerit exemptos esse necessitati. Quare merito per Prætorem & Principes emendatum est: potestate deliberandi liberis concessa, ut si maluerint abstinere bonis pa-

F ternis

ernis, non demr in eos creditoribus actio. §. Sui autem. Instit. De hæred. quali. & differen. l. Ei qui se. ff. De acquiren. hæred. l. j. C. Si ut se ab hæred. abstine. Tractatur in Tit. C. De Iur. deliberan.

Habet autem magnum fructum, ut hos fontes ueteris & præsentis politiz perlustrares sobria quadã & forensi disputatione. Primum, ut discas inuestigare fontes Legum quibus nunc utimur: Deinde, ut uideas errorem Gentium, & causam erroris, teneasq; ueram condendæ Legis rationem, ne uel respondendo, uel iudicando, uel etiam docendo aberres à scopo. Habent enim omnia ista imaginem quandam ferendæ Legis: cum & Magistratus, & Iudex, & Doctor, ealdem semper formulas honestatis præ oculis habere debeant, quilibet in suo functionis genere. Ut ecce, quid sciremus, utrum Ius nostrum sit optimũ in successione, nisi collatum cum Veteri, exigamus ad notitias & principia Iuris naturalis? Et quomodo id in alia re faciemus, nisi hoc exemplo discamus ad similia procedere, ac æquũ ab iniquo discernere?

His deficientibus, adgnatus.) Iustinianus Instit. De legit. adgna. success. in princ. Si nemo (inquit) suus hæres, uel eorum, quos inter suos hæredes Prætor uel constitutiones uocant, existat, qui successionem quoquo modo amplectatur: tunc ex Lege duodecim tabularum ad adgnatum proximum pertinet hæreditas. Et ibi in. §. j. declarat qui sint adgnati.

Obserua autem, quod hæc Lex simplicitatem, Iustitiæ amicam amplexa: non distinguit inter adgnatos masculos & fœminas, sed omnes ex æquo ad successionem uocat: certè in hoc laudanda, quoniam proximè ad naturam directã fuit: quippè cum successio, sicut & alimentorum ratio inter uiuos, ex æquitate descendat charitateq; sanguinis, ut dicit Vlpianus in. l. Si quis à liberis. §. Vtrum autem. ff. De agnoscen. & alien. libe. Sed ecce, succedentibus auctoribus, qui in Iure se peritiores putabant, displicuit ista simplicitas Legis, & cœperunt subtili quadam excogitata ratione adgnatos distinguere. Tandem Iustinianus hanc Legem duodecim tabularum, & eius uestigia secutus est in eod. tit. §. Et hæc quidem Lex. Vbi collige, Iuris tempora nobis tria proponi: Videlicet tempus duodecim tabularum: tempus mediæ Iurisprudentiæ per quam tabulæ fuerunt auctæ: & tempus Imperialium & Nouellarum constitutionum.

Familiam autem hic appellat hæreditatem. Vnde est Titul. ff. Fami. erciscund. hoc est, hæreditatis diuidendæ. Paulus in. l. Pronunciatio. ff. De uerbo. significa. eleganter tractat huius uocabuli translationes, cuius uerba subscribere, ut sunt per G. Haloandrum restituta, operæpretium fuerit. Familiæ appellatio (inquit) qualiter accipiatur, uideamus. Et quidem uariè accepta est. Nam & in res, & in personas deducitur. In res: utpote in Lege duodecim tabularum, his uerbis: **ADGNATVS PROXIMVS FAMILIAM HABETO.** Ad personas autem refertur familiæ significatio, ita cum de patrono & liberto loquitur Lex familiæ: **IN EA** (inquit) **FAMILIA:** & hic de singularibus personis Legem loqui constat.

Familiæ appellatio refertur & ad corporis cuiusdam significationem, quod aut Iure proprio ipsorum, aut communi uniuersæ cognationis continetur. Iure proprio familiam dicimus, plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut iure subiectæ: utputa patrè-familiàs, filiumfamiliàs, filiamfamiliàs, quiq; deinceps uicem eorum sequuntur, utputa nepotes, & neptes, & deinceps. Pater autem familiàs appellatur, qui in domo dominium habet: rectèq; hoc nomine appellatur, quamuis filium nõ habeat. Non enim solam personam eius: sed & ius demonstramus. Deniq; & pupillum patremfamiliàs appellamus. Et cum paterfamiliàs moritur, quotquot capita ei subiecta fuerunt, singulas familias incipiunt habere. Singuli enim patrumfamiliarum nomẽ subeunt. Idemq; eueniet in eo, qui emancipatus est. Nam & hic sui iuris effectus, propriam familiam habet. Communi Iure, familiam dicimus omnium adgnatorum. Nam & si paterfamiliàs mortuo, singuli singulas familias habent: tamen omnes qui sub unius potestate fuerunt, rectè eiusdem familiæ appellabuntur, qui ex eadem domo & gente proditi fuerunt.

Seruitutum quoq; solemus appellare familiam, ut in edicto Prætoris ostendimus sub Titulo De furtis. Vbi Prætor loquitur de familia publicanorum. Sed ibi nõ omnes serui, sed corpus quoddam seruorum demonstratur eius rei causa paratum, hoc est, uestigialis causa. Alia autem parte edicti omnes serui continentur, ut de hominibus coactis, & ui bonorum raptorum. Item redhibitoria, si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ eius, & interdicto

dictorunde uī familiae appellatio omnes seruos comprehendit. Sed & filij continentur.

Item, appellatur familia plurium personarum, quæ eiusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur: sicut dicimus familiam Iuliam, quasi à fonte quodam memorię. Mulier autem familiae suæ, & caput & finis est. Hæc Paulus Iuriscōsultus.

Si libertus ab intestato moriatur.) Olim (inquit Iustinianus) licebat liberto patronum suum impunè testamento præterire. Nam ita demum Lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti uocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, hærede nullo relicto. Instit. De successio. liberti. Sed Prætor postea hoc Ius uariavit, uolens domino relinquere dimidiam bonorum liberti partem. Demum Iustinianus sua cōstitutione distinguit inter bona liberti, utrum sint intra centum aureorum ualorem, an uerò excedant. Non est operæ pretium, ut curiosius hæc tractemus: plana est earum rerum lectio, non multum deseruiens foro nostro.

DE SVCCESIONE TESTAMENTARIA: ET DE LEGATIS.

TITVLVS V.



Hæreditates in testamento iure facti datæ, ratæ sunt.

Vti quisq; legasset suæ rei, ita ius esto.

Qui erit testator, libripens'ue fuerit: si graui crimine damnetur, in testimonium feriat: improbus intestabilisq; esto.

Hæc pertinent ad materiam testamentorum, sicut præcedentia ad causam intestati.

INTERPRETATIO.

Hæreditates in testamento.) Sicut formulæ contractuum Iure sunt introductæ ad alienandas res inter uiuos: Ita Lex ista confirmat ultimas uoluntates quæ in testamentis scribuntur, scilicet quid quisq; de rebus suis fieri uelit, quem earum uoluerit esse hæredem & dominum. Ulpianus in Tit. ff. De uerbo. signific. Lege (inquit) obuenire hæreditatem, non improprie quis dixerit etiam eam quæ ex testamento defertur. Quia Lege duodecim tabularum, testamentariæ hæreditates confirmantur.

Nihil aliud est hæreditas (inquit Caius. ff. De uerbo. significa.) quàm successio in uniuersum ius, quod defunctus habuit. Quo loco ne fallaris: Iuriscōs. ad uulgarem loquendi usum respiciens, ut foro deseruieret, aditionem magis hæreditatis, quàm ipsam hæreditatem diffinit. Nam cum hæreditas sit relatio iuxta æqualitatem & inæqualitatem: ipse definire maluit iuxta actionem & passionem, ut est aditio. Quamobrem Ulpianus in. l. Pecuniæ. §. Hæreditas. ff. De uerbo. signifi. Et in. l. Hæreditas. ff. De petitio. hæredita. Hæreditas (inquit) nomen Iuris est, quod & accessionem & decessionem in se recipit. Et sine ullo corpore, Iuris intellectum habet. Hanc rationem cum Bartolus non satis discerneret in Tit. ff. De adquiren. hæredita. non uidetur exitum inuenire interpretationis suæ admodum curiosæ.

Vti quisq; legasset suæ rei.) Hoc est: Quemadmodum unusquisque deliberasset ac decreuisset de re sua post mortem ad alium transferenda: Ita pro Iure seruandum fuerit. Iustinianus Nouell. De his qui nuptias iterant: ut excellentissimus G. Haloander nobis restituit, cum antea De nuptijs, extra materiam planè legeremus. §. Atque hoc primum. Sanciat enim (ait) quisq; in rebus suis, ut dignum est, & pro Lege uoluntas eius esto: quemadmodum nobis Lex etiam omnium uetustissima, & quæ prima ferè Romanis cōstituit Rempubicam, nempe duodecim tabularum, uetere & patria lingua his penè utens uerbis, inquit: VTI LEGASSIT QVISQVE DE RE SUA, ITA IUS ESTO: nemini facta potestate,

ut in rebus alienis aliquid præter illius uoluntatem disponat, neq; si facram impetret formam, aut quicquam omnium.

Vides igitur quàm latè pateant hæc pauca uerba, quæ per posteriores *Legillatores* determinationem acceperunt. Vnde *Pomponius* in *Tit. ff. De uerbo. signifi. Verbis* (ait) duodecim tabularum his, *VTI QVISQVE LEGASSET SVAE REI, ITA IVS EST O*: latissima potestas tributa uidetur, & hæredes instituendi, & legata, & libertates dandi, tutelas constituendi. Sed interpretatione coangustatum est, uel *Legum* autoritate, uel *lura* constituentium.

Legatum autem *Modestinus. ff. De legat. ij.* sic definit: *Legatum* est quædam donatio testamento relicta. *Iustinianus Instit. De legat.* sic ait: *Legatum*, est donatio quædam à defuncto relicta, ab hærede præstanda. *Florentinus* denique non nihil exactius rem considerans. *ff. De legat. j.* *Legatum* (inquit) est delibatio hæreditatis, qua testator ex eo quod uniuersum hæredis foret, alicui quid collatū uelit. Vbi *Accursius* se torquet circa deliberationem: cum non uideret corruptum esse locum.

Ex hac *Lege* prodierunt tres libri. *ff. De legatis, & reliqui omnes, in quibus de acquirenda uel amittenda hæreditate, tractatur.*

Qui erit testator, libripens' ue fuerit.) Sensus huius *Legis* est: Eum qui de graui atq; infami crimine damnatus fuerit, neq; ad testandum, neq; ad testificandum posse iure admitteri. Nam improbus est existimandus, & intestabilis ita iudicatus. Et accipiendum est actiue & passiuè hoc uerbum (intestabilis) sicut & (testamenti factio). *J. iij. ff. De testament. ubi Bartolus* docet. De testimonio autem probatur in *l. ij. §. Lege Iulia. ff. De testib. Iustinianus Instit. De testamen. Testes* autem (inquit) adhiberi possunt ij, cum quibus testamenti factio est. Sed neq; mulier, neq; impubes, neq; seruus, neq; furiosus, neq; mutus, neq; surdus, neq; is cui bonis interdictum est, neq; ij quos *Leges* iubent improbos intestabilesq; esse: possunt in numerum testium adhiberi.

Testamentum autem in eodem *Titulo* dicit *Iustinianus* ex eo appellari, quòd testatio mentis sit: alludens scilicet ad ipsam uerbi uocem, ut rem intelligamus commodè. Verum tamen, non est compositum, sed simplex nomen: ut *Gellius* rectè probat *lib. 6. cap. 12.* Deinde hunc locum ibidem explicans: Sed ut nihil antiquitatis (inquit) penitus ignoretur: sciendum est, olim quidem duo testamentorum genera in usu fuisse: quorum altero in pace & ocio utebantur, quod calatis comitijs appellabant: altero, cum in prælium exituri essent, quod prociñctum dicebatur. Accessit deinde tertium genus testamentorum, quod dicebatur per æs & libram: scilicet quod per mancipationem, id est, imaginariam quandam uenditionem agebatur: quinque testibus, & libripende, ciuibus Romanis puberibus præsentibus, & eo qui familiæ emptor dicebatur. Scribit *Gellius* de his tribus generibus testamentorum *lib. 15. cap. 27.*

Libripens à libra & pendendo siue ponderando, dictus est quasi ponderator. Veteres enim primum ære graui non signato usi sunt: neq; in emptione & uenditione precium numerabant, sed precium appendebant. Itaq; emptor hæreditatis hæc uerba solènia dicebat: Huius ego familiam quæ mihi empta est, hoc ære æneaq; libra iure *Quiritum* meam esse aio. Deinde ære percutiens libram, id æs dabat ei, à quo hæreditatem expectabat quasi loco precij. Sic enim & seruorum & liberorum emancipationes fiebant. Imaginaria enim solennitas erat, quam *Boëtius* in *Topicis Ciceronianis*, nexum appellatam fuisse dicit. Porro, uenditor nihil emptori tradebat: sed hæredem eum tali modo constituebat, scilicet ut post mortem uenditoris, posset iure hæreditatè adire. Sed abiit & hæc cæremonialis nimiaq; curiositas in desuetudinem, sicut & præcedentia duo testamentorum genera. Solum hoc animaduertere licet mansisse, & quidem pulchrum est scitu: quòd septem testibus testamenta scribi omnes *Legillatores* postea uoluerunt. Erant enim & in illa imaginaria uenditione septè, uidelicet quinque ciues Romani, libripens, & emptor.

FAMIL

TITVLVS VI



Cohæredes à communionē discedere uolentes, agunt.
Pro hæreditaria parte, debitores hæredibus obligati sunt.
Pro portionibus hæreditarijs, hæredes tenent.

INTERPRETATIO.

Cohæredes à communionē. Quandoquidem communio rerum, solet discordiam parere, optima ratione Lex introduxit actionem, quam Familiaz eriscundæ appellarunt Iuriscōsulti. Constituitur autem hæc actio per hoc uerbū quo Lex utitur (agunt) Vnde Caius in. l. j. ff. Famil. erisc. Hæc actio (inquit) proficiscitur ex Lege duodecim tabularum. Nanq; cohæredibus uolētibus à communionē discedere, necessarium uidebatur, aliquam actionem constitui, qua inter eos res hæreditariæ distribuerentur. Papinianus quoq; commendat fratres, qui à lite propter communem hæreditariam saborta, per diuisionem ultrò discesserint.

Eandem causam habent actiones Communi diuidendo, & Finium regundorum: de quibus in Pandectis sunt Tituli. Et. §. Quædam actiones. Instit. De actionib. Quocirca animaduerte: non aliam ob rationem has constitutas fuisse actiones, quam qua omnes res in nostro commercio Iure gentium, hoc est, naturali, ab initio sunt diuisæ, ut quisque suum habeat dominium: quoniam communio nunquam sineret Rempublicam esse trāquillam. l. Ex hoc Iure. ff. De Iustit. & Iur. Multi ista tractant sicut pſitacus suum χαις, nec causas rei considerant.

Pro hæreditaria parte. Euentissima ratio huius Iuris, quare debitores defuncti nō ueneāt hæredibus, nisi pro portione hæreditatis: colligitur ex. l. j. §. j. ff. Si pars hæredit. petat. Is qui hæreditatē (inquit Vlpianus) uel partē hæreditatis peti: ius ex eo nō metitur quod possessor occupauit, sed suo iure. Et ideo siue ex assē hæres sit, totam hæreditatem uendicabit, licet tu unam rem possideas: siue ex parte, partem, licet tu totam hæreditatem possideas.

Debitores hæredibus obligati sunt. Imperatores Diocletianus & Maximianus in. l. ult. C. de hæredita. actionib. Creditores (inquit) hæreditarios aduersus legatarios nō habere personalem conuenit actionem: quippè cum euentissime Lex duodecim tabularū hæredes huic rei obnoxios faciat. Quem locum certè sine his fontibus non intelliges, sicut nec alias multas Constitutiones, ut. l. Pacto successorum. C. De pact. l. Licet. Et. l. Ea quæ in nominibus. C. Famili. eriscun.

Pro portionibus hæreditarijs. Hinc est dict. Titulus. C. De hæredita. actio. Pro hæreditarijs partibus (inquit Detius) hæredes onera hæreditaria agnoscere, etiam in Fisci rationibus placuit: nisi intercedat pignus uel hypotheca. Tunc enim possessor obligatæ rei cōueniendus est.

EPI TOM E SVCC ESSI O
NIS AB INTESTATO.



Vò magis studiosæ iuuentuti suppetitias feram ad inuestigandos successio- nis intestatæ gradus, quorum ista Lex uno aut altero uerbo superius memi- nit, adieci Epitomen illius materiæ, quam Doctores nostri inuoluunt, cer- tē non explicant, opinionum nauis. Res est quotidiana, & (nisi fallor) di- gna ut methodico quodam ordine breuiter tractetur. Proinde regulis ali- quot totam rem expediam.

F 3 I Cogn-

I Cognatio sanguinis, alia supra numeratur parentum: alia infra, liberorum: alia ex latere, fratrum, fororum, & cæterorum. Ideoq; successio ab intestato quæ ex naturali cognatione causam trahit, in tres gradus diuiditur. Instit. De gradi. §. j. Nouell. De hæredi. ab intestat. uenien. in princip.

II Prima omnium successio est filiorum naturalium & legitimorum, ex eodem matrimonio, siue in potestate, siue emancipati sunt, iam nati, uel posthumi, hoc est, post obitum patris nati. Et succedunt in capita, iuxta illud Galat. 4. Si filius, ergo hæres. Probatur etiam superuis. Et. §. j. Instit. De hære. ab intest. deferun.

III Si ex pluribus filijs aliquis fuerit mortuus relictis ex se filijs: hi succedunt auo cum patris, loco sui patris in stirpes, seu lute (ut uocant) repræsentationis: hoc est, quotquot sunt, tantam partem accipiunt, quantam pater eorum si uiueret, accepturus esset. §. Si quis igitur descendendum. Nouell. De hæred. ab intesta. uenien. l. ulti. §. Hoc etiam cognitum. C. De Episc. & cleric. l. Liberorum. ff. De uerbo. significat. Monstruosus partus, non succedit. l. Non sunt. ff. De stat. homi.

III Liberi secundi uel ulterioris gradus, hoc est, nepotes, uel pronepotes, præ cæteris omnibus cognatis, succedunt auo suo in stirpes, non in capita, siue in linea æquali fuerint, si inæquali, semper seruato lute repræsentationis, ut quisq; loci sui patris præmortui obtineat. Vt ecce, auus habet duos filios: ex altero duos ponamus, ex altero sex nepotes: moriuntur filij superstitibus nepotibus: mox auus. Quomodo iam succedent auo nepotes? Certè, in stirpes: quia locum patrum suorum præmortuorum, hæreditatem in duas partes diuidunt: si patres fuissent quatuor uel plures, facerent itidem quatuor partes pro stirpe sua nepotes. §. Item si ex duobus. Instit. De hæred. quæ ab intesta. deferun. l. Vt liberis. C. De collat.

V Liberi diuersarum nuptiarum, succedunt parentibus suis præ omnibus alijs, in bonis dotalibus illius matrimonij ex quo nati sunt. Vt si mater contracto matrimonio suscipiat liberos, deinde mortuo marito eodemq; patre, nubat iterum, & ex eo quoq; coniugio nascantur liberi: tum matri demum mortuæ succedunt liberi, in sui quotquot sunt matrimonij dotibus & lucris nuptialibus. Nouell. De his qui nupt. iter. §. Nec illud quoq;. Et, Neque uirum quod ex dot. §. Si uerò ueniat. Idem autem est de patre, iterum, uel tertium aut quartum contrahente nuptias.

VI In alijs bonis quàm dotalibus, liberi multarum nuptiarum, succedunt parentibus æqualiter, ut probatur locis iam allegatis.

VII Liberi naturales tantum legitimati, propter Iuris auctoritatem perinde succedunt, ac si ex legitimo matrimonio nati fuissent. Nouell. Quib. mod. natura. effici. legit. Et Quib. mod. natura. effici. sui. Vbi tractatur quædam differentia eorum, qui legitimantur per oblationem curiæ.

VIII Liberi legitimi tantum, siquidem auo materno, uel proauo in adoptionem sint dati, succedunt non aliter quàm naturales & legitimi: quia concurrunt duo uincula. Sin autem extraneo fuerint in adoptionem dati à parente qui eorum potestatem habet: tunc cum alijs illius filijs succedunt æqualiter, ut est uerior Doctorum sententia. Non extantibus uerò alijs liberis naturalibus, succedunt parenti adoptiuo in omnibus bonis. §. Sed hodie. Insti. De adopti. l. Cum in adoptiuis. §. Sed ne articulum. C. eod. tit. l. unct. l. Si te. C. De suis & legit. liber. Arrogati, sine ulla differentia succedunt arroganti, nisi emancipatio solueris ius liberorum. l. ij. Et. l. Si arrogator. C. De adopti.

IX Liberi naturales tantum nec legitimati (utendum enim est uulgò notis uocibus) ex concubinato, succedunt parenti sine legitimis liberis mortuo, in duabus uncijis, hoc est, in sexta parte totius hæreditatis, unà cum matre sua, uel etiam si mortua fuerit. In reliquis uerò bonis succedunt proximi cognati. Quòd si legitimi supersunt, naturales repelluntur, alendi tamè
ex bo-

ex bonis paternis arbitrio boni uiri. Nouell. Quib. mod. natural. effici. sui. §. Si quis autē defunctus, & §. Si quis igitur habens.

X Matri autem succedunt naturales unā cum legitimis liberis: nisi sit illustis mulier. §. Nouissimè. Instit. De Senatusconf. Orphitia. l. Si qua illustis. C. eod. ut.

XI Spurijs non succedunt patri. §. Si aduersus ea. Instit. De nupti. Hieronymus 34. distinct. c. Vidua. Matris uerò & auiz (quoniam semper sunt certæ) non est cur denegetur spurij successio. l. Ex libera. C. De suis & legiti. l. Quia semper. ff. De in ius uocan. Vide gloss. in. c. Cum pridem. §. Personæ uerò, De renunciatio.

XII Incestuosi liberi ex cognatis: nepharij, ex descendens: adulterini, ex adulterio nati, nullam habent successionem parentum. l. Si adulterium, in princ. ff. Ad leg. Iulii. de adulteri. l. Quinetiam. ff. De rit. nupt. Et. §. Ergo non omnes. Instit. eod. tit. Alimentis quoq; non cēsentur digni iure Ciuili. Nouell. Quib. mod. natural. effici. sui. §. ulti. 15. q. ulti. c. Cum multæ. Et. 32. q. 4. c. Dicat aliquis. Sed Pontifices in hoc mitigarunt duritiem summi Iuris: nempe quòd iniquum sit, infantem à DEO creatum, fame necari. c. Cum haberet, De eo qui dux. in uxo. quam polluit. per adulteri.

XIII Parentes naturales & legitimi, quorum successio secunda post liberos est, succedunt liberis suis præ cæteris omnibus cognatis, exceptis fratribus germanis, quos secum admittunt, siue filij de quorum successione quæritur, sint in potestate, siue sint emancipati. Nec pater hodie præfertur matri, ut olim. l. ij. ff. Ad Senatusconf. Terryllia. Hanc regulam oportet intelligi de bonis filij mortui aduentijs. Nam in illis quæ à patre sunt profecta, aut à matre, uel per lineam paternam aut maternam: pater excludit matrem: & contrà, mater patrem, teste Bartolo in. l. Quod scitis. §. Sin autem. C. De bon. quæ libe. Et in Aust. Itaq; C. Communi. de suc. Accedit. §. 1. Instit. Per quas person. uob. acquiri. Quæ enim (inquit Iustianus) inuidia est: quod ex patris occasione profectum est, hoc ad eum reuertit: Et hæc sententia uerior est, quicquid rixetur Baldus.

XIII Parentes legitimorum liberorum, nō aliter succedunt eis, quàm naturalibus & legitimis liberis. Hoc solum interest, quòd mortuo filio legitimo per oblationem curiæ, oportebat olim curiæ in successione seruare partem, scilicet quartam. Nouell. Quib. mod. natural. effici. sui. l. 1. & ij. C. Quæ. & quib. quart. pars debet. lib. X.

XV Parentes legitimi tantum, quales sunt adoptiui, succedunt liberis adoptatis, eisdemq; sanguine coniunctis, puta nepotibus ex filia. §. Sed hodie. Instit. De adoptioni. Extraneis uerò liberis adoptatis, uel cognatis ex latere, qui extraneorum loco habentur, parentes adoptiui non succedunt. l. Cum in adoptionis. §. Sed ne articulum. C. De adoptio. Quare de matre uel auia quæritur frustra, quoniam neq; adoptare potest, neq; liberos in potestate habet. §. Fœminæ. Instit. De adoptio. l. Matrem. C. eod. tit.

XVI Parentes naturales tantum: ita succedunt liberis ex concubinato, sicut liberi talibus parentibus succedere, suprà dictum est regula IX. Nam eadem est inter eos relatio Iuris. §. De nepotibus. Nouell. Quib. mod. natura. effici. sui. l. Non est parentibus. ff. De inoffici. testament.

XVII Parentibus nō datur ulla successio liberorum ex damnato complexu, sicut nec tales liberi succedunt ipsis. Mater tamen, eadem ratione spurij succedit, qua spurij succedunt matri, ut suprà. Nisi tamen filij spurij, liberos ex se reliquerint, qui matrem excludunt. l. ij. §. Itaq; etiam uulgò. ff. Vnd. cognat. l. ij. §. Liberi. ff. Ad Senatusconf. Terryllia.

XVIII Fratres defuncti naturales & legitimi (nam post descendentes & ascendentes, tertia successio est cognatorum ex latere) succedunt æqualiter in capita, secundum numerum personarum. Nouell. De hæredi. ab intestat. ueniunt. §. Reliquum.

XIX Filij fratrum succedunt cum fratribus uel sororibus, in stirpes loco patris sui præ mortui. Nouell. di. tit. §. Si autem defuncto. Quod tamen non ultra filios fratrum conceditur. Nouell. di. tit. §. Huiusmodi uerò.

XX Filij fratrum uel sororum soli superstites, succedunt patruo quoq; in stirpes, nõ in capita, ut probat Bartol. in. l. j. §. ulti. ff. Si pars hæredi. petat. Accursius in. §. Si igitur defunctus. Nouell. De hæredi. ab intesta. uenienti.

XXI Si fratres germani extent cum fratribus uel sororibus consanguineis uel uterinis defuncti: tunc fratres utrinq; coniuncti, excludunt alios. Nouell. De consang. & uteri. fratri. §. Quia uerò hoc. Germani autem fratres dicuntur, ex utroq; parète: consanguinei, ex eodẽ tantum patre non etiam eadem matre; uterini contrà, ex eadem matre, & duobus patribus.

XXII Vbi sunt fratres consanguinei uel uterini unà cum filijs fratrum germanorum defuncti, ibi præferuntur filij fratrum, licet in tertio gradu sint, & fratres consanguinei uel uterini in secundo. Quod tamẽ Ius, non egreditur filios fratrum. §. Si autem defuncto fratres. Nouell. De hæred. ab intesta. uenienti.

XXIII Fratres consanguinei soli uel uterini soli, succedunt æqualiter & in capita. Filij autem præmortuorum, in stirpes. Nouell. De hæredi. ab intesta. uenienti. §. Illud palam est.

XXIII Si defunctus habeat tam consanguineos, quàm uterinos fratres, fortè etiam quorundam præmortuorum filios: tunc uidèdum est quænam sint bona defuncti. Nam in bonis paternis, hoc est, quæ ex linea paterna ad eum peruenerunt, fratres consanguinei præferuntur. Et ex diuerso, in bonis maternis, uterini præcedunt. In reliquis uerò bonis: utriusq; generis fratres simul succedunt æqualiter. Filij præmortuorum, in stirpes. Nouell. De cõsanguini. & uteri. fratri. §. Quia uerò hoc agere. Iunct. l. De emancipatis. C. De legit. hæredib.

XXV Cum neq; fratres defuncti uiuunt, neq; filij fratrum: tunc omnes deinceps à latere cognati, ad hæreditatem admittèdi sunt, obseruatis gradibus, ut proximi præcedant, pæres simul admittantur. Nouell. De hæredi. ab intesta. uenienti. §. Si uerò neq; fratres.

XXVI Fratrum legitimorum, eadem est successio quæ naturalium & legitimorum, de qua superius in regula XVIII. Cæterum, ipsi inter se inuicem sibi non succedunt, sicut nec reliqui ex cognatione legitima. Quod diligenter obserua. §. Filium uerò. Nouell. Quib. mod. natu. effi. sui.

XXVII Fratres legitimi tantum, si ab auo fuerint adoptati, succedunt sibi quoq; mutuo. Si autem ab extraneo adoptentur, quanquàm parentis adoptiui successionem habeant, ut supra dixi: ipsi tamen inter se & ad totam adoptiui familiam, nullum succedendi ius adquirent. l. Cum in adoptiuis. §. Sed ne articulum. C. De adopti. Fratres autem legitimos seu adoptatos, neminem puto tam stultè interpretaturum, ut opinetur posse quenquam loco fratris adoptari. Id enim cum natura pugnaret, quoniam nemo ex se gignat fratrem: sed ita sunt accipiendi fratres, si ab uno eodemq; auo adoptentur loco filiorum. l. Nec apud. C. De hæred. instituen. Instit. De adopti. §. Minorem. Et. §. Et tam filium.

XXVIII Fratres naturales tantum, siue consanguinei ex eodem patre, siue uterini ex eadem matre: succedunt sibi mutuo. Nisi fratres naturales & legitimi, hoc est, iusto thoro nati, consanguinei uel uterini simul extent, qui illegitimos excludunt. Ratio: Quia nec legitima ti per oblationem curiæ naturales, acquirunt successionẽ adgnatorum uel cognatorum parentis. Nouell. Quib. mod. natura. effi. sui. §. Filiũ uerò. Nec obstat quod dicitur in. §. ulti. Instit. De seruil. cognati, quod fratres & sorores licet capite deminuti, debeant cognatis præferri. Nam non peruenet ad naturales tantum seu illegitimos.

XXIX

XXIX Fratres spurij ex eadem matre, sibi succedunt inuicem: secus de his, qui ex eodem patre sunt, puta si quis ex duabus meretricibus filios suscipiat. §. Vulgò quæsitos. Instit. De success. cognat. l. ij. & l. Si spurios. ff. Vnde cognat. ratio diuersitatis est. Nam omnè successionem oportet esse Legibus adiutam, aliàs non recipitur. Sed spurij, quatenus ad patrem attinet, prorsus reijciuntur. §. Si aduersus ea. Instit. De nupti. Et. §. Si uerò effusa. Nouell. Quib. mod. nat. effici. sui.

XXX Fratrum incestuosorum & qui ex damnato coitu procreantur, nulla planè successio est, ut supra.

XXXI Vbi defunctus relinquit liberos uel parètes: ibi non est latius ad adgnatos uel cognatos ex latere respiciendum: præterquàm quod fratres germani cum patre & matre admittuntur, ut superius est probatum.

XXXII Vbi neq; liberi, neq; parentes sunt: ibi circumspicendum est ad gradus reliquorum cognatorum. Modestinus in. l. Non facile, in princi. ff. De gradi. & adfinita. diffinit septimum gradum. Quatenus, inquiens, extra eum ferè gradum, rerum natura cognatorum uitam consistere non patitur. Cui uidetur subscribere Vlpianus in. l. j. §. Hæc autem bonorū possessio. ff. Vnde cognat. Sunt tamen qui existimant successionem, usq; ad decimum gradum porrigi in cognatis.

XXXIII Si defunctus, neq; liberos, neq; parentes, neq; ullos cognatos habeat prædicti gradus, quod utiq; rarius fuerit: tunc successio ad coniuges deuoluitur Iure Ciuili: ut scilicet uir uxori, & uxor uiro succedat. l. j. C. Vnd. uir & uxo.

XXXIII Prædictis omnibus deficientibus, bona censentur uacantia, & fisco cedunt. l. Vacantia. C. De bon. uacanti. lib. X. Extant Tit. C. De hæred. Decurio. Et, Si liberal. Imper. soci. lib. X. de quibus ut multa dicamus, reor extra forum esse. De successione autem clericorum, est Tit. in Iure Pontificio, De successi. ab intestat.

XXXV In successione ab intestato, qui gradu sanguinis fuerit proximus: is ad succedendum quoq; proximum locum tenet. l. Auunculo. C. Commu. de successio. Quæ regula in descendentes & ascendentes plana est: sed in cognatis ex latere, qui aliàs eiusdem lineæ & ordinis, aliàs in diuersa linea sunt: Item in filijs præmortuorum, qui patris sui locum uendicant, sæpè non obtinet. Imò, nonnunquam cognatus remotioris gradus, excludit proximiorum, ut declarat Iustinianus in. §. Repetitis itaq;. Instit. De seruil. successi.

XXXVI Serui olim successorem ab intestato, præter dominum, non habebant. l. Seruus. Et. l. Ancillæ. C. Comuni. De successio. l. Quod attinet. ff. De regul. Iur. Sed hodie totum hoc, abolita tam prædura & inclementi seruitutis forma, prorsus immutatum est, & possunt testari omnes qui nunc imaginem ueteris seruitutis repræsentant, ut maximè agricolæ seu rustici nostri temporis: pro diuersitate tamen locorum.

XXXVII Adfinitatis Iure, nulla successio permittitur. l. Adfinitatis. C. Comuni. de successi. Quid estne iam dictum maritum uxori succedere? Est quidem: sed uir & uxor coniuges sunt, & causam præstant adfinitati, non ipsi adfines sunt. Vnde Modestinus in. l. Non facile. ff. De gradi. & adfina. Adfines (inquit) sunt, uiri & uxoris cognati: non autem dicit, uir & uxor. Adi. Quod super his. De consangu. & adfinita.

XXXVIII Vbicunq; locum habere potest successio ex testamento: ibi cessat intestati quæstio. l. Quandiu. ff. De regul. Iur. l. Antequàm. C. Commu. de successi.

XXXIX Quandoquidem qui naturæ beneficium expectat: oportet ut secundum naturam sit gratus: ideo sunt quædam causæ ex quibus liberi possunt à parentibus exhæredari, & con

& contra parentes à liberis, ut Nouell. Vt cum de appellatio. cognosci. §. Iustum autem per-
speximus. Sunt item nonnullæ quæ sufficiunt ad excludendos cognatos, ut Nouell. De nus-
pti. §. Ingratitudinis. Si quis ergo tam oblitus sit omnis pietatis, ut sic delinquat aduersus ali-
quem sanguine coniunctum; is neq; ab intestato potest ad successionem eius peruenire, si cau-
sa talis probata fuerit.

XL Multa ex his quæ suprâ diximus, displicuerunt Ciuitatibus, uel quod non satis in-
telligerent, uel quod nimis dura quædam existimarent: ideoq; mirum in modum hanc suc-
cessionis materiam per Statuta sua uariarunt, quæ utiq; cum ad Rempublicam aliquam pertine-
neris, facile perlustrare potes ut sequaris, nisi naturæ nimis repugnent: qualia sunt in multis
locis, ne filius patris præmortui locum representet. Quam obseruationem Sacratissimi prin-
cipes nostri ubiq; sublatam esse, merito uoluerunt in maximis comitijs. Ego multa uidi in ci-
uitatibus Statuta, quæ à iure Romanorum nihil discrepabant. Porro hæc pertinent ad ordi-
nem Iuris, quem ignorare non oportet, iuxta elegantissimam. l. De quibus. ff. De Legib.

S I N G V L A R I A Q V A E D A M
S U C C E S S I O N I S I N F E U D O .

I.



Filij naturales & legitimi masculi succedunt in feudis, paternis, antiquis & no-
uis, æqualiter, iure repræsentationis seruato, hoc est, ut nepos loco patris sui
præmortui succedat. c. j. De successi. feud. c. j. De successio. frat. uel gradi. suc-
ced. in feud. In usib. feud. Vbi diffinitur feudum paternum, quod fuit illius pa-
rentis, qui est eius adgnationis communis, hoc est, à quo uelut communi stipite cœpit ea ad-
gnatio. Sic antiquum est, quod maiores quoq; in eadem familia habuerunt. Nouum, quod
in persona mortui clientis beneficiarij primum cœpit.

II Liberi foemini sexus, uel masculi quidem, sed per lineam foemineam descendentes,
non succedunt in feudis. Nisi inuestitura, hoc est, concessio illa solennis per quam feudum
conceditur, sic facta sit nominatim, ut filij succederent. Quo tamen casu non aliter succedunt,
quàm si nullus extet masculus. Semper enim filij excludunt foeminas propter armorum ex-
peditionem. c. j. §. Filia uerò. De successio. feud. c. j. §. Ad filias uerò. De successi. frat. c. j. §.
Hoc autem notandum. Tit. primo, In usib. feudo. Et. c. j. §. Quinetiam. Tit. Episcop. uel ab-
ba. uel abbatif.

III Liberi legitimated per subsequens matrimonium, nec soli, nec cum alijs legitimis li-
beris admittuntur. c. j. §. Naturales filij. Si de feud. conten. sit inter domi. & adgna. Vafal. ubi
gloss. tractat de legitimatis per Principem.

III Liberi naturales tatum, multò minus succedunt in feudis, cum nec legitimatis de-
tur locus. Minime ergo aut spurij, aut ex damnato coitu, possunt ad successionem peruenire.
Et hæc succedendi puritas in militaribus illis beneficijs, multum confert ad ingenuitatem,
quam nobilibus nostro seculo rectissimè tribuimus iure gentium. Qui propterea nuncupan-
tur ingenui, nobiles & gentiles homines, ut nunc quoque in Italia: quoniam maiores eorum
illibatam seruarint natiuitatem, & nunquam seruitutem seruierint, itemq; immaculato ac le-
gitimo quoq; nati sint thoro. Nec certè ista sunt somnia, ut quidam phanatici putant, confun-
dentes iura personarum. Verum si his omnibus dotibus addant bonarum literarum studia,
& optimum uitæ specimen: bone DEVS quàm uerè tum dici possunt bis nobiles: quales ego
multos hoc seculo adeoq; principes, esse, Reipublicæ nostræ congratulor.

V Liberi legitimi tantum seu adoptati, non succedunt in feudis. c. j. §. Adoptiuus. Si de
feud. defunct. conten. sit inter domi. & adgnat. Vafall.

VI In feu-

VI In feudis Marchiæ, Ducatus, uel Comitatus, non est omninò locus successioni: sed per inuestituram ab Imperatore denuo huiusmodi feuda recipiuntur à liberis & adgnatis. c. j. De aliena. feud. Et. c. j. De feud. March. uel Ducat. uel Comita. Vt autem harum appellatio num causam rectè teneas, operæ precium fuerit subscribere uerba doctissimi interpretis, qui apud Cornel. Tacitum sic scribit: A marca quod equum significat, equorum seu stabuli magistrum Marcstaller, etiamnum appellamus: & equitum præfectum, eyn Marcgrauen. Militaris enim dignitatis, & officij nomen est utrunq;. Porro, hodiernum Morauic uocabulum, Merenlandt, equorum regionem significat, cum equas uulgò Merhen uocamus. Extant adhuc in Saxonibus duarum Marcarum nomina, ueteris & nouæ, quibus forsitan equestris militia, huius appellationis causa fuit. Videntur enim equis olim Marcomani ualuisse, quemadmodum hodie Franci. Hæc ille.

VII Ascendentium ordo, ad successionem in feudis planè non admittitur. Peculiariter enim in his per usum recipitur, ne superiores succedant inferioribus, ut pater filio, auus nepoti. Sed contrà tantum, inferiores, superioribus.

VIII Adgnati duntaxat admittuntur ad successionem feudorum, non etiam cognati. c. j. §. Ad filias uerò. De successio. frat. Quod intellige de feudis paternis uel antiquis. d. c. j. §. His uerò deficientibus. Nam in nouis beneficijs, frater uel filius fratris nò succedit: sed feudum reuertitur ad dominum. c. j. §. In alio uerò. De successi. feud. Et. c. j. De benefi. frat. & quali. frat. in benefi. frat. succe. Vbi traduntur aliquot exceptiones huius regulæ. Et animaduerte hic, quàm ista consuetudo accedat ueteri Romanorum Iuri, in excludendis cognatis sceminini sexus.

Illud deniq; nullò modo est ignorandum: Quòd si quis bona habeat feudalia & nò feudalia (ut uulgatis uocibus) scemina à feudis seclusa: utiq; ad alia parentis admittitur, ut sunt pecuniarij redditus, nomina, uestes, ac reliqua suppellex.

DE IUDICIIS: DE IN IUS VOCANDO: DE DILATIONIBVS.

TITVLVS VII.



Iudicem arbitrum'ue Iure datum, qui ob rem dicendam accepisse pecuniam conuictus est: capite punito.

Ioue tonante fulgurante'ue, Comitia ne sunt.

Si quis in ius uocatur, si morbus æuitas'ue uitium extitit: qui in ius uocabit, iumentum dato: si nolit, arceram ne sternito.

Si status dies sit cum hoste, uenito.

Aduersus hostem, æterna autoritas esto.

Si Iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, dies Iudicij diffusus esto.

Tractemus nunc rem Iudiciariam, quàm Lex ista breuiter quidè: sed grauissimè statuit.

INTERPRETATIO.

Iudicem arbitrum'ue.) Pessimum certè delictum est uenale habere Iustitiam, fontem omnium malorum rectè uocatur à Iustiniano Nouell. Vt Iudic. sine quoq; suffra. §. j. Igitur rectè Lex duodecim tabularum tam seueram constituit poenam, nempe capitis. Vult enim Iudicem & arbitrum puras habere manus, ne quid ob rem dicendam, hoc est, ob administrandam Iustitiam & ueritatem tuendam, pecuniæ accipiat. Nam qui Ius dicit, nihil magis curare de-

re debet, quàm ut rem ipsam dicat sine ullo fūco iniquitatis aut calumnia. Instit. De offic. Iudic. in princi. Et scripti in formula inuestigandæ actionis.

Arbitrum autem Iure datum elegāter dicit, ne putemus hic tractari de receptis arbitris, de quibus extat Tit. in lib. Pandect. iij. Enim uerò intelligi hic uult, quem nunc dicimus Iudicem delegatum & commissarium, cum aliās tota causa, aliās quædam litis pars mandatur, cum Iudex ipse adesse nequeat. Et huius arbitri frequens est mētio in Iure. l. Arbitro. ff. Qui satisfar. cogant. l. Pro socio. ff. Pro soci. Receptorum uerò arbitratorum duo genera, elegāter explicantur à Proculo in. l. Societatem. Et. l. In proposita. Et à Paulo in. l. Veluti. ff. Pro soci. Nam hoc modo, arbiter à litigatoribus electus, qui totius rei potestatem habeat, ab arbitrando, hoc est, censendo & existimando, dictus est.

Pœnam uerò corrupti Iudicis, posterius seculum non nihil uariavit, ut in Tit. C. & ff. Ad Leg. Iuli. repetunda. Marcellus in. l. Lege Iulia. §. ulti. sic ait: Hodie ex Lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & pleriq; uel exilio puniuntur, uel etiam durius, prout admiserint. Quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint: uel licet non acceperint, calore tamen inducti interfecerint, uel innocentem, uel quem punire non debuerunt? Capite plecti debēt, uel certè in insulam deportari, ut pleriq; puniti sunt. Vtitur autē Lex Iulia quoq; hoc uerbo (arbiter) pro Iudice delegato.

Ioue tonante uel fulgurante.) Multa superius diximus de Augurum disciplina, quæ inter cætera hoc quoq; cōtinebat, ne quid comitiorum aut rerum publicarum ageretur, ubi audita fuissent tonitrua, uel uisa fulgura; quoniam ea quæ tunc fierent, interpretabantur Djs iratis non placere. Erant omnia tum superstitionis plena, cuius exēpla congerere, quorsum pertinet?

Si quis in Ius uocatur.) Religionem Iudiciorum, maiores uoluerunt esse præcipuā, ne Magistratus contemneretur, qui minister Legis est, mediante Iudiciaria cognitione. Quapropter hæc Lex sancit, ut etiam morbo aut alio uitio, non tamen mortali nec rebus agendis obstāte, adfectus, ueniat ad Iudicem; etiam si ire aut ambulare admodum commodè nō possit: uidelicet, ne differatur Iuris cognitio. Sed interim quò magis uenire possit, additum est temperamentum, ut is qui aduersarium in Ius uocauit, det ei iumentum, hoc est, uectabulum, quod à pecoribus trahatur seu iumentis. Quod si tam delicatus fuerit in Ius uocatus, ut nolit uulgari uectabulo uti: certè uocans non est adeò grauandus, ut sternat ei arceram, id est, uectabuli genus undiq; tectum in formam arcæ, quale etiam nunc uidemus apud diuites in usu haberi. Sic enim Sex. Cæcilius hunc locum intelligit: non autem de simplici iumento, ueluti equo uel mula ad equitandi usum concessio, sicut Phauorinus uidetur hanc Legem exaudire. Nam quilibet morbus uel leuissimus, potest eundi & equitandi commoditatem adimere, ut tamen uehi possit æger.

Ergo non hoc uoluit ista Lex, ut graui morbo laborantes ueniant ad Iudicem: quia inhumanum plane id esset. Sed hoc intendit, ne quoduis uitium homini facile in singulas horas accidens, impediatur statim sacrosanctam Iuris executionem. Alioqui cum Lex duodecim tabularum de grauiore morbo loquitur, semper adiicit hanc uocem (fonticus) ut paulò inferius apparebit. Iulianus morbum fonticum definit in. l. Quæsitum. ff. De re iudicat. Modestinus in. l. Morbus. ff. De uerbo. significati. Certè magna in hoc Iure simplicitatis imago re lucet, qua usi sunt ueteres. Nunc uerò, cum uictori restituantur litium sumptus à uicto, nō obtinet de dando iumento quod hic statuitur, ut est Tit. C. De fructu, & liti. expen. §. Hæc autem omnia. Instit. De pœn. temer. litigan.

Si status dies sit cum hoste, uenito.) Hoc est: Is qui Iudicio sisti promiserit aduersario, secūdam suam uel fideiussorum promissionē se sistat ad diem statutum. Hostis enim hic pro aduersario accipitur. Cicer. li. Offici. j. Equidem illud etiam (inquit) animaduerto: quod in proprio nomine perduellis esset, is hostis uocaretur, lenitate uerbi tristitiam rei mitigante. Hostis enim apud maiores nostros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus. Appellatus est autem hostis ab hostio, quod est æquo, quoniam peregrini iuis, ut nos nostris ueteres Legibus

Legibus, pares nobis uidentur. Et quia in conflictu, ex æqua causa pugnam adire solent: Ideo concinna est translatio ad litigatores, qui pari iure de eadem contendunt causa, ut uictoriam consequantur: ideoq; uictos & uictores nūcupamus. De hostibus ex bello indicto, loquitur Pomponius in. l. Hostes, ff. De uerbo, significa.

Aduersus hostem, æterna autoritas esto. Id est: Facultas experiendi in iudicio cum aduersario, sit perpetua. Hoc enim est, quod Iustinianus Instit. De perpetu. & tempora. actionib. nos admonet: eas quidem actiones quæ ex Lege, Senatusue consulto, siue ex sacris constitutionibus proficiuntur, perpetuò solere antiquitus competere, donec Imperatores actionibus certos fines dederunt. XXX. & XL. annorum. Quoties igitur audis hanc uocem (perpetuò) cogita (quatenus ad actiones attinet) ex ista Lege totius antiquitatis esse fontem, unde iam nunc æternas seu perpetuas Ciuiles actiones appellamus, tamen certis finibus conclusæ sint.

Si Iudex uel alter ex litigatoribus. Hunc locum Ulpianus satis interpretatur in. l. ff. Si quis caution. Si quis (inquiens) in iudicio susti promisit: & ualitudine, uel tempestate, uel ui fluminis prohibitus, se sistere non potuit, exceptione adiuuatur: nec immeritò. Cum enim in tali promissione præsentia opus sit: quemadmodum potuerit se sistere, qui aduersa ualitudine impeditus est: Et ideo etiam Lex duodecim tabularum, si Iudex uel alteruter ex litigatoribus morbo fontico impediatur, iubet diem Iudicij esse diffusum.

Diffundere autem diem olim dicebatur id, quod nos continuare terminum usq; in diē crastinum nūcupamus. Tria enim erant de differendis Iudicij pronuntiandi genera. Aut diffundebatur dies, id est, in posterum diem reijciebatur: Aut comperendinabatur, hoc est, in tertium diem differebatur: Aut deniq; Iudex pronuntiabat sibi nō liquere: quæ ampliatio uocabatur. Ulpianus in. l. Si de meis, ff. De recept. arbit.

DE RE IUDICATA
TITVLVS VIII.



Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis: triginta dies susti sunt.

Post deinde manus iniectio esto: in ius ducito, ni iudicatū facit. Aut qui pseudo eo in iure uim dicit, secum ducito, uincito, aut neruo aut compedibus XV. pondo, ne minore: aut si uolet, maiore uincito.

Si uolet, suo uiuito.

Ni suo uiuit: qui eum uinctum habebit, libras farris in dies dato: si uolet, plus dato.

In uinculis sexaginta dies habeto.

Inter eos dies, trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producto quantæq; pecuniæ iudicatus erit, prædicato.

Tertijs autem nundinis, si interea pactus non sit, capitis poenas dato: aut trans Tyberim peregre uenum ito.

Et si plures forent quibus reus esset iudicatus, tertijs nundinis partes secanto.

Si plus minus' ue secuerunt, sine fraude esto.

Qui falsum testimonium dixisse conuictus erit, è saxo Tarpeio deijcitor.

Hic locus tractat de his, qui uel ex confessione sua, uel alijs legitimis probationibus cōuicti per actorem, & condemnati per Iudicem fuerint: quod nam tempus habeant ad soluendum

dam. Proinde, si quis fortè miretur, quare Lex tam crudelem capitis pœnam in debitores pecuniarios constituerit: is cogitet quàm graue sit fallere fidem, quæ Iustitiæ fundamentum est, ut ait Cicero lib. Offici. 1. Actum enim fuerit de humano commercio, si nulla fidei habeatur ratio, si non sit aliquid quod pertimescant improbi debitores, cum decipiendo plerunq; contrahant debita, tandemq; dicere soleant: se nō habere unde soluant. Quare diligenter & cum iudicio hæc sunt legenda.

I N T E R P R E T A T I O.

Aeris confessi, rebusq; iure iudicatis.) Hoc est, pecuniæ quam per confessionem aduersarij in Iudicio factam, constiterit esse debitam, triginta dies iusti funto. Nam confessus pro iudicato est: quia quodam modo sua sententia damnatur, dicit Paulus in. l. j. ff. De confess. Item eius pecuniæ nomine, ob quam reus conuentus fuerit rite damnatus, ijdem dies legitimi sint. Quia condemnatum accipere debemus eum, qui rite condemnatus sit, ut sententia ualeat. Cæterum, si aliqua ratione sententia nullius momenti sit, dicendum est condemnationis uerbum non tenere, authore Vlpiano in. l. iij. §. Condemnatum. ff. De re iudicat. Porro hæc uerba (Aeris confessi) accipiuntur passiuè, prisco & uulgari usu loquendi.

Triginta dies iusti funto.) Iustos appellat Lex, sicut nunc legitimos dicimus, quasi Iure concessos debitoribus post cōdemnationem, ut interim aduersus eos nihil agere liceat. Cœperunt autem humanitate quadam duos menses largiri posteriores. l. Debitoribus. ff. De re iudicat. Sed & Imperatores, cum cæteris omnibus clementiores uideri uellent, duplicarunt id tempus, ut esset quadrimestre: quod iustum tempus siue legitimum nuncupatur. l. ij. & iij. §. ulti. C. De usur. rei iudic.

Post deinde manus iniectio esto.) Id est, prehendi potest Iure priuato. Nam sic usa est Lex his uerbis (manus iniectio) sicut & Valerius lib. V. Lucius uero Philippus (inquit) Consul, aduersus eundem ordinem libertatem exercere non dubitauit. Nam segnitiam pro rostris exprobrans, alio sibi Senatu opus esse dixit. Tantumq; à pœnitentiã dicti abfuit, ut etiã L. Crasso summæ dignitatis & eloquentiæ uiro, id in curia grauitè ferenti, manum inieci iuberet. Ille reiccto lictore: Non es (inquit) mihi Philippe Consul, quia nec ego tibi senator sum.

Atqui manum iniecere, proprie olim dicebatur ille, qui nulla expectata Iudicis auctoritate, rem suam aut sibi debitam uendicare posset impunè, ut apud Quintilianum lib. VII. Vlpianus in. l. Sed si hac. ff. De in Ius uocand. Paulus in. l. penulti. ff. De seru. exportand. Sic & recentiore Iure, creditori permittitur manus iniectio in debitorem fugientem, uel eum qui abstulerit res alienas. l. Ait Prætor. ff. Quæ in fraud. credito. Si debitorem meum (inquit Vlpianus) & complurium creditorum consecutus essem fugientem, & pecuniam secum ferentem, abstulisset quod mihi debetur. Eodem modo adulterum propria auctoritate retinere licet. l. Capite quinto. ff. Ad Leg. Iuli. de adulteri.

Ni iudicatum facit.) Nisi expediat ea quæ comprehenduntur in sententia Iudicis. Cicero pro Flacco: Itaq; recuperatores (inquit) contra istam rem minime dubiã, prima actio ne iudicarunt. Cum iudicatum non faceret, additus Herminippo, & ab hoc ductus est. Celsus in. l. ulti. Si cert. petat. At si iudicatum (inquit) fecerit Titius, nihil Seius tenebitur.

Vincito, aut neruo aut compedibus.) Prisca quadam simplicitate Lex curiose describit modum uinciendi debitoris. Videlicet compedibus, XV. pondo, hoc est, quindecim libris. Est enim indeclinabile nomen neutrius generis, ferè semper plurale, quod & Festus olim pro libra acceptū fuisse sentit. Tamen pondo continebat propriè XII. libras, sicut assis XII. uncias. Vnde Liuius dixit: Argenti pondo bina. Si autem uoluerit creditor propter causæ magnitudinem, ut maiori pondo uinciatur debitor quàm quindecim librarum, cōcessum id quidem est. Videtur enim Lex singulari huius uerbi numero uti, pro eo quod est maiori pondere. Porro compedes, catenæ, nerui, manicæ, sub uinculis continentur.

Posterioribus uerò seculis, alia forma custodiendorum reorum & carceris, recepta fuit, ut ui-

tituidere licet ex Titul. ff. & C. De custod. reor. Venuleius. ff. De uerbo. signi. Vinculorum (inquit) appellatione, uel priuata, uel publica uincula significantur: custodiæ uero, tantum publica custodia. Vlpianus in. l. Verum est. Caius in. l. Qui neq; ff. eod. tit. Priuati uero carceres maxima poena prohibiti sunt. C. De priua. carceri.

Ni suo uiuit.) Aequum quidem illud est, ut si suo uoluerit uiuere uinctus debitor, omnino sit audiendus. Ceterum, si uel inopia, uel alia ratione non possit suo uiuere, iustum Lex cœset, ut is qui eum uinctum habebit, libras farris in singulos dies porrigat, adeoq; plus, si uinctus pro consuetudine & natura sua exigat. Loquitur enim de chœnice Græcorum seu uictu quotidiano, quem secundum libras decernere solebant. Quò respexerunt etiam Honorius & Theodosius Imperatores in. l. Iudices. C. De Episc. audienti. Vinctualem (inquit) substantiam non habentibus, faciant ministrare libellis duobus aut tribus diurnis, uel quot existimauerint commentarienses, decretis. Libellus ibi: neutrius generis à libum est diminutiuum. Accedit multum, quod is qui uictum uel stratum perferri ad uinctos prohiberet, te nebatur actione iniuriarum. l. Si uictum aut stratum. ff. De re iudicat.

In uinculis sexaginta dies habeto.) Optima ratione tempus adiicit Lex, quo creditoribus liceat habere debitores suos uinctos. Nam carcer, ad continendos homines, non ad puniendos haberi debet, dicit Vlpianus in. l. Aut damnum. §. Solent etiam. ff. De pœn. Multò minus creditores retinere, debent suos debitores in compedibus priuatum.

Inter eos dies, trinis nundinis.) Hoc est, in tertias nundinas. Siquidem nundinæ à nono die dictæ sunt, quasi nouendinæ. Tempus autem trium nundinarum, trinundinum, aut trinum nundinum duobus uocabulis nuncupabatur. Rectè quidem institutum: primum, ut rustici octo diebus in agris manentes, nono die repeterent Urbem ad mercatum: unde iam nunc nundinas nostras appellamus. Deinde, ut si quid suffragijs Populi Romani ferendum esset, id per ternas nundinas recitaretur, & quò magis omnes nosceret, promulgaretur. Quà ratione apud Græcos fuit receptus mos, ut Leges trinundino promulgarentur, sicut Iustinia uis quoq; nouas constitutiones uult insinuari, ut exinde post duos menses ualeant. Nouell. Vt fact. nou. constitut.

Ad Prætorem in comitium productio.) Vult Lex produci uinctum debitorem trinis nundinis ad Prætorem in comitium seu Iudicium, ut repetatur publice, in quantam pecuniam fuerit creditori suo condemnatus debitor uinctus: forte si quis familiaritate aut misericordia ductus, soluere uoluisset eam pecuniam, hominemq; miserum uinculis liberare. Item, ut constaret omnibus, uincto non fieri iniuriam, aut à creditore, aut à Iudice. Quam rationem Constantinus Imperator perpendit circa eos qui propter delictum publicè custodiuntur, in. l. ij. C. De custo. reor. Ita enim (inquit) quasi sub publico testimonio, commemoratio admissi criminis fiet, ut Iudicibus immodicè sæuientibus, freni quidem temperies adhibita uideatur. Comitium enim hic uocat, quod Paulus Ius appellat: hoc est, locum Iudicij solènem, ubi Prætor cum suis adfessoribus conuenire solebat.

Tertijs autem nundinis.) Si intra id tēpus trinundinum, non fuerit pactus cum creditore de soluenda quouis modo pecunia: tum postea, aut capitis pœnas det, aut trans Tyberim uendatur, ut ex precio creditor debitum suum consequatur. Nam creditoribus planè ad dicebantur, hoc est, adiudicabantur tales debitores. Vnde addicti, obærat, seu nexi uocabantur. Sic & addicere pro adiudicare accipitur in Tit. ff. De in diem addicti. Et in Tit. De fidei commissa. libertati.

Postea uerò remedium cessionis bonorum introductum fuit, per quod euitaretur carceris necessitas, utq; cessarent istæ ob æs alienum nimis crudeles in seruitutem additiones, quæ omnibus modis in desuetudinem abierunt, ut est uidere in Tit. ff. De cessione bono. Et. C. Qui bon. cede. poss. l. j. In hoc enim (inquit Alexander) tantummodo hoc beneficium eis prodest, ne iudicati detrahantur in carcerem. Igitur Ius custodiendi in carcere, nisi cedant bonis,

manet hodie, & frequens est: ne scilicet nimia pristinae seueritatis relaxatione, occasio detur multis fraudibus, quas uidemus quàm callidè exerceant pleriq; aduersus creditores suos.

Et si plures forent.) Quæ dicta sunt, accipi oportet de uno creditore, qui uinctum habeat debitorem. Quid ergo si plures fuerint creditores, quibus condemnatus sit debitor in pecuniam? Respondet Lex, tertijs nundinis intra quas non sit pactus, secandum esse hunc debitorem in partes, quæ unicuiq; pro portione debiti dentur: nec fraudi fore, si quo modo plus minusue secuissent creditores, quàm debiti portio esset.

Sed cum hæc pœna crudelis admodum adeoq; auditu horrenda sit, refert Gellius lib. XX. cap. j. elegantem inter Sex. Cæcilium Iuriscō. & Phauorinum philosophum disputationem de hac quoq; Legis particula. Tandem Cæcilius sic diffinit: Ad terrorem pessimum debitorum, qui additionem quoq; solam contemnerent, cōstitutum esse id genus pœnæ. Nihil profecto (inquit) immitius, nihil immanius: nisi (ut re ipsa adparet) eo cōsilio tanta immanitas pœnæ denunciata est, ne ad eam unquam perueniretur. Addici nanq; nunc atq; uinciri multos uidemus: quia uinculorum pœnam deterrimi homines contemnunt. Dissertum esse antiquitus neminem equidem, neq; legi, neq; audiui.

Qui falsum testimoniū.) Saxum Tarpeiū miræ altitudinis erat, à quo Lex uult deici cum qui falsum dixerit testimoniū. Sed hodie, non potest quis sic damnari, ut de saxo precipitetur, authore Modestino in. l. Si diutino. ff. De pœn. Est autè alijs pœnis utendum, pro qualitate admissi. Martianus in. l. j. in princi. Ulpianus in. l. Lege Cornelia. ff. Ad Leg. Corneli. de fals. l. Damus licentiam. C. eod. tit.

Profecto semper id obseruatum animaduertere licet: quod propter frequētiam delictorum, pœnæ sint exasperatæ. l. Aut facta. §. ulti. ff. De pœn. l. Famosi. ff. Ad Leg. Iuli. maiesta. l. j. §. Puniuntur. ff. De abige. Quocirca Marcellus optimum modum præscribit omnibus Iudicibus, in. l. Respiciendum. ff. De pœn. An putas Phauorine (inquit Cæcilius) si non illa etiam ex duodecim tabulis de testimonijs falsis pœna aboleuisset: & si nunc quoq; ut antea, qui falsum testimonium dixisse conuictus esset, è saxo Tarpeio deiceretur, mentituros fuisse pro testimonio tam multos, quàm uidemus? Acerbitas plerunq; ulciscendi malefici, bene atque cautè uiuendi disciplina est.

DE EMPTIONE ET VENDITIONE: DE VSUCAPIONIBVS.

TITVLVS IX.



Venditæ res & traditæ, post precium solutum, aut si alio modo satisfactum existat, emptori adquiruntur.

Furtiæ res non usucapiuntur.

INTERPRETATIO.

Venditæ res & traditæ.) Hunc locum satis explicat Iustinianus Instit. De rer. diuisione. Venditæ uerò res (inquit) & traditæ, non aliter emptori adquiruntur, quàm si is emptori precium soluerit, uel alio modo ei satisfecerit: ueluti expromissore aut pignore dato. Quod quanquàm cauetur ex Lege duodecim tabularum: tamen rectè dicitur & Iure gentium, id est, Iure naturali id effici. Ratio autem huius Iuris naturalis, est in. §. Per traditionem. Instit. eod. tit. Ad. l. j. ff. De contrahen. emptio.

Imaginaria autem, hoc est, simulata emptio, quæ hoc prætextu fit, ut aliquid habeatur, quod alioqui habere non liceret: neq; dominium trāsferat, neq; ullo modo subsistit. Nam nec reuera precium in ea interuenire solet. Vulgò simulatam dicimus, & inualidam ipso Iure, ut Modestinus in. l. Contractus imaginarij. ff. De action. & obligat. Paulus in. l. Nuda. ff. De contrahen. emptio. l. Imaginaria. ff. De regul. Jur. Verum, quando in imaginariam uenditionem

tionem res licita deducitur, ad hoc ut modico tempore apud emptorem dureret: tunc Iure permissa olim fuit, ut in manumittendis seruis & liberis, uel in faciendis testamētis, ut supra. Nō uidebant enim prisca seculi homines alium modum soluendæ dominicæ aut patriæ potestatis, quàm ut uterentur istius contractus formula, ad alienationem rerum ad commodata. Porro, indecorum esse putabant, si tanta potestas sine magna solennitate remitteretur.

Furtiuæ res, non usucapiuntur.) Furtiuæ quoq; res (inquit Iustinianus Instit. De usucapio.) & quæ ui possessæ sunt: nec si prædicto longo tempore bona fide possessæ fuerint, usucapi possunt. Nam furtiuarum rerum Lex duodecim tabularum, & Lex Atilia inhihent usucapionem: ui possellarum rerum, Lex Iulia & Plautia: & cætera quæ ad declarationem huius regulæ Imperator subiungit.

DE SERVITVTIBVS ET FINIBVS REGENDIS.

TITVLVS X.



Viæ latitudo in porrectum octo pedes: in anfractū, id est, ubi flexum est, sedecim habeto.

Si qui sepem uel maceriam iuxta alterius regionē effoderint: terminum ne excedunto.

Si aut murū, pedem unum: si domum, duos pedes relinquito.

Si uero sepulchrum aut foueam effoderint, quantum sit profundum, tantundem relinquunto.

Si puteum, passum.

Oliuam autem aut ficum, nouem pedes ab extranea regione plantanto.

In cæteris autem arboribus, quinque pedes seruant.

Si in agrum alterius arbor impendat, usque ad quindecim pedes à terra altius coercito.

Et ne umbra arboris uicino prædio noceat, quindecim pedes altius ramos arboris circumcidito.

Glandem in alienum fundum procidentem, colligere fas esto.

Si aqua pluuia nocet, arcesso.

Seruitutum materia ex his Legibus admodum commodè colligi potest: quia tradit regulas Iuris communis, contra quas si quis in suo solo permiserit quicquam fieri, tunc constituitur seruitas.

INTERPRETATIO.

Viæ latitudo in porrectum.) Citat hunc locum ferè ad uerbum Caius in. l. Viæ latitudo. ff. De seruitu. rustico. prædio. Via autem constitui potest, uel latior octo pedibus, uel angustior: ut tamen eam latitudinem habeat, qua uehiculum ire potest: alioqui iter erit, non uia, auctore Paulo in. l. Via constitui. ff. eod. tit.

Si qui sepem uel maceriam.) Vetat Lex excedi terminum sui soli ab ijs qui sepem uel maceriam effodere uoluerint. Seps enim uel sepes est, quæ obiecta introitum prohibet in agrum aut hortum. Columell. lib. X. Talis humus, uel parietibus, uel sepibus, hirtis claudatur. Maceria autem uel maceries, murus est, siue paries, uel congeries lapidum, ad claudendum

dum uineas. Neutrum autem fieri commodè potest, nisi effodiatur primum locus, & parietis structuræ sepi aut maceriz.

Reliquæ Leges, quantum ad uerba attinet, nullam interpretationem desiderant. Et de sensu earum latius disputare, quàm quòd sunt fontes sequentium Legum quæ in Pandectis extant, nostri non est instituti. Tractantur enim omnia hæc latius in Tit. ff. & C. De seruituti urbano. & rustico. prædior. Caius autè Iuriscons. in. l. ulti. ff. Fini. regun. recenset hanc Legè.

Illud obiter admonendum est: Quòd Imperatores hanc quinq; pedum præscriptionem sublatam esse uoluerunt, ut ex locorum potius qualitate discernatur, fines, quàm ex certa Legge, sitq; libera finalis quæstio. l. Quinq; pedum. C. Fini. regundo.

De glande legenda Prætor edictum proposuit, quod refert Ulpianus. ff. De gland. legend. Ait Prætor (inquit) GLANDEM QUAE EX ILLIUS AGRO IN TVVM CADIT, QVO MINVS ILLI TERTIO QVOQVE DIE LEGERE, AVFERRE LICEAT, VIM FIERI VETO. Glandis nomine, omnes fructus continentur, ut in. l. Qui uenenum. §. Glandis. ff. De uerbor. obligatio. Item, de aqua pluuiæ arceda, est Tit. lib. Pandectæ. XXXIX.

DE INIURIIS ALIIS QUE DELICTIS.

TITVLVS XI.



Defuncti iniuria non afficiuntor.

Si iniuriam alteri faxit, XXV. asses æris pœnz suntor.

Re, persona, tempore, loco, atrociores iniuriæ iudicantor.

Si membrum ruperit meum, è pacto talio esto.

Propter os uero fractum, nummariæ pœnz constitutæ suntor.

Vim ingenuz uirgini inferre, aut eã suasionem in tuã sententiã trahere, caueto.

Sororem aut filiam in stupro depræhensam, uendito.

Si puerum quis castrauerit, licet pretiosorem fecerit, quadruplum præstato.

Qui fruges excãtasset, pœnas dato: neue alienã segetẽ pellexeris excantando.

Ne incantanto: ne agrum defruganto.

Ne frugem aratro quæsitam, nocte furtim depascunto.

Puberes si secanto, Cereri eos suspendunto.

Impuberes, arbitrato Prætoris uerberanto: ac noxã duplioniem uel decernũto.

Qui secus faxit, & terminum exarassit, ipsius & boues sacri suntor.

Matrimonia inter patres & plebeios, separata suntor.

Qui hostes concitauerit: qui uel opem hosti tradiderit, pœnam capitis dato.

Mœchum in adulterio depræhensum, necato.

Affiduo uindex assiduus esto.

Proletario ciui, qui uis uolet, uindex esto.

Si quadrupes pauperiem fecerit, animal quòd commisit noxam dato, aut noxæ æstimationem ferto.

Videamus nunc de uarijs iniuriarum & delictorum generibus.

INTERPRETATIO.

Defuncti iniuria.) Non est pugnandum cum manibus, nec decet adfici iniuria eos qui hac uita sunt defuncti. Nam nihil nobis tum amplius cum illis commercij est. Si quid ex bonis

bonis controuersiarum natum fuerit, hoc aduersus hæredes expediendum est ciuilliter. Superius plura de hoc dicta sunt, iuxta Tit. Nouell. Ne defunct. seu reliqui. eor.

Si iniuriam alteri faxit.) Hanc pœnam olim pro simplicitate temporum ueteres stauerunt, quam in hodiernum diem multæ Ciuitates sequuntur, ut ex statutis suis modica pecuniæ pœna, grauem iniuriam puniant. Sed Prætores postea, permoti hominum malitia semper aucta, introduxerunt iniuriæ æstimationem: præsertim ob unius insignem improbitatem, quam apud Gellium lib. XX. c. j. Phauorinus Philosophus refert, ubi & hanc legem impugnat: Quis enim (inquiens) erit tam inops, quem ab iniuria faciēda XXV. asses deterreat? Itaq; cum eam Legem Q. quoq; Labeo uester in libris quos ad duodecim tabulas cōscripsit, nō probaret, inquit: L. Neratius fuit egregiè homo improbus atq; immani uerecūdia. Is pro delectamento habebat, os hominis liberi manus suæ palma uerberare. Eum seruus sequebatur crumenam plenam assium portitans, & quencūq; depalmauerat, numerari statim secundum XII. tabulas V. & XX. asses iubebat. Propterea Prætores postea hanc abolescere & relinqui censuerunt, iniurijsq; æstimandis recuperatores se daturos edixerunt. Recuperatores autem dicebantur, quibus Prætor Iurisdictionem mandabat priuatarum causarum, à recuperando seu iterum acquirendo quod amissum erat, dicti, quos nunc Iudices delegatos appellamus. Cæcilius uerò Iurisconsultus sic respondet philosopho: Nec ideo contempnas Legum istarū antiquitates, quod pleriq; ipsis iam Populus Romanus uti desuerit. Nō enim profectò ignoras, legum oportunitates & medelas: pro temporum moribus: & pro rerum publicarū generibus: & pro utilitatum præsentium rationibus: proq; uitiorum quibus medendum est feruoribus, mutari atq; flecti. Adi. l. j. & l. Lex Cornelia. ff. De iniuri.

Re, persona, tempore.) Ulpianus in. l. Prætor edixit. §. ulti. ff. eod. tit. Atrocem iniuriam (inquit) quasi contumeliosiore & maiorem accipimus. Atrocem autem iniuriam, aut pro persona, aut tempore, aut re ipsa fieri, Labeo ait. Persona atrocior iniuria fit, cum Magistratui, cum parenti, patronouē fiat. Tempore, si in ludis & in conspectu. Nam in conspectu Prætoris, an in solitudine iniuria facta fuerit, multum interesse ait: quia atrocior est quæ in conspectu fit. Re, atrocem iniuriam haberi Labeo ait, utpote si uulnus illatum, os alicui percussum sit. Vulneris magnitudo, atrocitatem facit. Et nonnūquam locus uulneris: ueluti oculo percusso. Idem refert Iustinianus in. §. Atrox iniuria. Instit. De iniuri.

Si membrum ruperit meum.) Hæc Lex (ut uides) statuit pœnam talionis è pacto, hoc est, si ita maluerit inferēs iniuriam, & nisi paciscendo redemerit pecunia iniuriam: ut uel hinc uideas Græcos Legislatores diligenter legisse tabulas Hebræorum, ac in multis secutos esse. Nam & Mosaica lex talionem statuit, Exod. 21. Sin autem (inquiēs) mors eius fuerit subsecuta, reddet animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, adustionem pro adustione, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore.

Cæcilius autem Iurisconsultus apud Gellium defendens & hæc Legis partem: Sed quoniam (inquit) acerbum quoq; esse hoc genus pœnæ putas: Quæ obsecro te ista acerbitas est: si idem fiat in te, quod tu in alio feceris? Præsertim, cum habeas facultatem paciscendi, & nō necesse sit pati talionem, nisi eam tu elegeris? Quod edictum autem Prætorium de æstimandis iniurijs, probabilius esse his potest? Nolo hoc ignores: hæc quoq; ipsam talionem ad æstimationem Iudicis redigi necessariò solitam. Nam si reus qui depacisci uoluerat, Iudici talionem imperanti non parebat: æstimata lite, Iudex hominem pecuniæ damnabat: atq; ita si reo & pacto grauis, & acerba talio uisa fuerat, seueritas Legis, ad pecuniæ multam redibat.

Iustinianus Instit. De iniuri. Pœna autem iniuriarum (ait) ex Lege duodecim tabularū introducta est. Propter membrum quidē ruptum talio erat: propter os uerò fractum, nūmaria pœnæ erant cōstitutæ, quasi in magna ueterum paupertate. Sed postea Prætores permittebant ipsis, qui iniuriam passi sunt, eam æstimare: ut Iudex, uel tanti reum condemnet, quanti iniuriam passus æstimauerit: uel minoris, prout ei uisum fuerit. Sed pœna quidē iniuriæ quæ ex Lege XII. tabularum introducta est, in desuetudinē abiit: quam aut Prætores introduxerunt, quæ etiam Honoraria appellatur, in Iudicijs frequētatur. Nam secundū gradum dignitatis uitæq; honestatem, crescit aut minuitur æstimatio iniuriæ. Qui gradus condēnationis,

& in serui persona non immerito seruatur: ut aliud in seruo actore: aliud in medijs actus homine: aliud in uilissimo uel cōpedito, ius æstimationis constituatur. Sed & Lex Cornelia, de iniurijs loquitur, & iniuriarum actionē introduxit: quæ competit ob eam rem, quòd se pulsatum quis uerberatum uel, uel domum suam ui introitam esse dicat. Domum autē accipimus, siue in propria domo quis habitet, siue in conducta, uel gratis siue hospicio receptus sit.

Vim ingenuæ uirginis.) Quod hic Lex uim inferre dicit: alibi Imperatores raptū appellat. Et quod cauendum esse iubet, uirginem suasionē in suam sententiam trahere: Iuriscōsulti, stuprum sine ui nuncupant. Quòd pertinet etiam si quis ut ad stuprum perueniat affectetur, uel alio modo pudicitiam tentet. Affectari enim est comitatum præstare, non tantum foris, sed & domi per urbem: quasi aliquē præeuntē sectari, uel officij, uel amicitia, uel alicuius commodi gratia, uti puer herum: filius patrem: discipulus præceptorem: cliēs patronū: amator puellam. Cicero de Oratore: Cumq; maior natu & consularis Sergius Galba, affectaretur. Affectatio enim in re amatoria, principium esse solet ad stuprum.

Moses Exod. 12. sic præcipit: Si seduxerit quis uirginem nondum desponsatam, dormieritq; cum ea: dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater uirginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam uirgines accipere consueuerunt.

Iustinianus in eos etiam, qui non usq; ad complexum peruenerint, sed duntaxat tentare cœperint pudicitiam, actionem iniuriarum concessit. §. i. Instit. De iniuri. Et. l. Item apud Laeonem. §. Si quis uirgines. ff. eod. tit.

Duplex igitur delictū est in ea re: alterū, quādo ui rapitur: alterū, cum blanditijs quibusdam expugnatur pudicitia uirginū uel uiduarū. De priore quidē iam dictū est, & loquitur Iustinianus in. §. Itē Lex Iulia. Instit. De public. Iudic. Sed eadē (inquit) Lege Iulia, etiam stupri flagitium punitur, cū quis sine ui, uel uirginē, uel uiduā honestē uiuentem stuprauerit. Pœnā autē eadem Lex irrogat peccatoribus, si honesti sint, publicationem partis dimidię eorum bonorū: si humiles, corporis coërcionē cū relegatione. De posteriore uerò tractat inferius: Sin autē (inquiēs) per uim raptus uirginis, uel uiduę, uel sanctimonialis, uel alterius fuerit perpetratus: tunc & peccatores, & hi qui opem huic flagitio dederunt, capite puniuntur, secundū nostrę cōstitutionis diffinitionē. Ea autē cōstitutio est in. l. j. C. De rapt. uirgi. seu uidua. Raptores (ait) uirginū honestarū uel ingenuarū, siue iam desponsatę fuerint, siue nō, uel quarūlibet uiduarum fœminarum, licet libertinę uel seruę alienę sint, pessima criminū peccantes, capitis supplicio plectendos decernimus: & maxime si DEO fuerint uirgines uel uiduę dedicatę. Quod non solum ad iniuriam hominum, sed ad ipsius omnipotentis DEI irreuerētiam committitur: maxime cum uirginitas uel castitas corrupta, restitui non potest. Et meritò mortis damnantur supplicio, cum nec ab homicidij crimine huiusmodi raptores sint uacui.

Pontificij uerò canones in stupro uirginum magis uidentur sequi Moysen: ut aut ducat, aut dotet. Quod & humanius est. c. penulti. & ulti. De raptorib.

Sororem aut filiam.) De hac Lege paulò pòst dicemus.

Si puerum quis castrauerit.) Vetat Lex castrari pueros: quod & posteriores Legislatores seuuere pœna prohibuerunt. Intelligi autem hic puerum posse pro seruo non nega uerim, iuxta Pauli responsum in. l. Puer. ff. De uerbor. signific. Ita tamen, ne quis dubitet multò magis & in liberis hominibus castrationem prohibitam esse.

Vlpianus in. l. Si seruus seruuum. ff. Ad Leg. Aquili. Et si puerum quis (ait) castrauerit & preciosiorem fecerit: Iulianus scribit cessare Aquiliam, sed iniuriarum erit agendum: aut ex Edicto Aedilium: aut in quadruplum ex Lege duodecim tabularum. Triplex ergo competit actio. Sed tollitur ne altera per alteram in Iudicium productā? Respondeo: Ciuilis non tollitur per criminalē. l. j. C. Quand. ciuil. acti. crimi. præiudi. Sed criminalis per criminalem. l. Senatus. ff. De accusati. Et ciuilis per ciuilē, nisi altera plus cōplectatur. l. j. ff. Vi bono. raptō.

Postcā cum istę actiones ad repellendum tantū crimen non sufficerent, introducta fuit pœna Legis Cornelię de sicarijs. Marcellus in. l. iij. §. Qui hominem. Vlpianus in. l. iij. ff. Ad Leg. Cornel. de sicari. Tādē grauissima pœna, hoc est, capitis ultimum supplicium ab Imperatoribus est constitutum, in tit. C. De eunuch. Sic enim accipienda est in. l. ij. eod. tit. grauissima pœna, iuxta. l. Vltimum. ff. De pœn.

Qui

Qui fruges excantasset.) Interdicit Lex magicis incantationibus, per quas alienæ segetes, aut impediuntur, aut pelliciuntur, aliove transferuntur. Hoc enim est quod sequens clausula generalis ostendit: Ne agrum defruganto, quasi dicat: nullo præstigiarij genere fiat, ut ager ad sterilitatem perducatur, scilicet ne fruges ferat ulla, uel non quales solebat antea. Vergilius in Buco.

Atq; fatas aliò uidi traducere messes.

Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos.

Porro, incredibile dictu est, quam uarijs superstitionibus hoc etiam tempore rustici secundum eorum incredulitatem uexentur à sathana, ut putent aliàs lac ademptum, aliàs foetum, aliàs segetes, & uniuersam agriculturæ rationem, non ad benedictionem DEI in uera fide: sed ad meas præstigias referunt. Quare meritò hæc Lex incantationes prohibet, ac uehementer damnat: sicut superius quoque admonuimus, Gentes in hoc fuisse nobis aliquantò prudentiores adeoq; modestiores. Oportet autem Magistratus nostros hoc malum non relinquere impunitum. Et propterea Vlpianus quoq; in. l. Item apud Labeonem. §. Si quis. ff. De iniur. dicit teneri constitutionibus Principum eos, qui aliquam illicitam diuinationem pollicentur, iuxta. l. Nemo habet. C. De mathema.

Ne frugem aratro quæsitam.) Magna emphasi Lex dicit: Aratro quæsitam frugem, quasi uno uerbo comprehendens omnes sudores rei rusticæ, quos aratrum requirit. Quocirca literis proditum est elegans exemplum de. C. Furnio Crasino. Is enim manumissus, cum multò plures fructus in paruo agello, quam ex amplissimis agris uicinitas perciperet: in magnam inuidiam deuenit, tandemq; ceu ueneficij & incantationibus aliorum fruges pelliceret, à Sp. Albino Curuli dies ei dicta est. Et cum Furnius timeret iniquius Iudicium: omne instrumentum rusticum, graues ligones, ponderosos uomeres, bouesq; saginatos in forum attulit, filiam item ualidam & bene uestitam: Hæc sanè Quirites (inquit) mea sunt ueneficia, cæterum uigilias & sudores quos in excolendo agro pertuli, ob oculos ponere nō possum. Quare ex hoc, omnium sententijs absolutus fuit.

Introducta autem fuit ex hac Lege actio, quæ de pastu pecoris appellatur, cuius fit mentio in. l. Qui seruandarum. §. ulti. ff. De præscript. uerb. Tametsi etiam utilis ex Lege Aquilia competat actio. l. Si boues. ff. Ad Leg. Aquili. l. ulti. C. eod. tit. Quòd si non alienam frugem: sed glandem tuam depascas in alieno fundo cū uicini detrimento, conceditur actio præscriptis uerbis, ut in. d. l. Qui seruandarum. §. ulti.

Puberes si secanto.) Adijcit pœnam pro rei & personarum qualitate. Nam si puberes secuerint fruges, suspendi eos uult Lex Cereri, quam deam frugum putauerunt, crimenq; grauius quam homicidium aut furtum alterius rei. Impuberes uerò iubet uerberari arbitrio Prætoris, qui & damni duplum decernere debet actori. Nec uideatur cuiquam de impubere iniquum quod hic dicitur: quia doli capaces sunt intra eam ætatem, & furtum cõmittere possunt. l. Impuberem. ff. De furt.

Tenentur etiam furti actione tales contrectatores alienarum frugum. l. Verum est. Et. l. seq. l. Fullo. §. Frugibus. ff. dict. tit. De arboribus item furtim cæsis inferius dicitur.

Illud autem prætereundum non est: quòd Lex prisco more duplionem dicit & ipsius, cum nos duplum dicamus & ipse. Terentius sæpè habet, ipse. Et interim hoc loco animaduertere licet: Prætorem quoq; tempore duodecim tabularum fuisse. Quod ad cognitionem antiquitatis multum confert.

Qui secus faxit, & terminum exarasset.) Quilibet sui fundi terminos arando & colendo debet obseruare, nec exarando excedere. Nam qui secus fecerit, ipse cum iumentis sit sacer, & ultimo adficiendus supplicio, sicut Numa primum constituit. Variata fuit tamen hæc pœna per succedentes Legislatores, ut in Tit. ff. De termi. mot. Vbi Callistratus in. l. ij. Diuus Adrianus (inquit) in hæc uerba rescripsit: Quin pessimum factum sit eorum, qui terminos finium causa positos protulerint, dubitari non potest: de pœna tamen eorum modus ex conditione personæ, ex mente facientis, magis statui potest. Et refert deinde duas Leges agrarias Cæsaris & Neruæ Imperatorum.

Marimo

Matrimonia inter patres.) Quò magis Veteres retinerent gradus personarum & dignitatem cum decoro, distinguebant diligenter Senatorium seu Patritium ordinem à plebeio: ideoq; matrimonia inter Patres aut eorum liberos, & plebeias personas noluerunt contrahi, contractaq; iusserunt separari, ut hic uidemus. Iulianus. ff. De rit. nupt. Lege Papia (inquit) cauetur: omnibus ingenuis, præter Senatores eorumq; liberos, libertinam uxorem habere licere. Accedit Paulus in. l. Lege Iulia. ff. eod. tit. Et Imperator in. l. iij. C. De nupt. Verù huic Iuri detrahitur, quatenus ad libertinos attinet. Nouell. Vt libert. de cæter. aure. annu. §. Si quis autem. Hodie. certè nulla matrimonij differentia est constituenda, modo ut publica honestas legitima forma seruetur.

Qui hostes concitauerit.) Pessimum crimen est & perniciosum, si quis ex ciuium numero hostes animet aduersus patriam, aut opem ferat illis consilio uel quouis obsequio. Martianus in. l. iij. ff. Ad Leg. Iuli. maiesta. Lex duodecim tabularum (inquit) iubet eum, qui hostes concitauerit, quiue opem hostibus tradiderit, capite puniri. Atq; utinam non domestica quoq; huius mali exempla demonstrari possent, de quibus aliàs plura.

Mœchum in adulterio deprehensum.) Superius dixit: Sororem aut filiam in stupro deprehensam, uēdi debere. Hic uerò permittit Lex mœchum in adulterio deprehensum, necari. Quod cum per Legem Iuliam repetitum esset, pulchrè interpretantur, Pomponius in. l. Patri, Vlpianus in. l. seq. Et Papinianus in. l. Nec in ea Lege. ff. Ad Leg. Iuli. de adulte. Ideo autem (inquit) patri, non marito, mulierem & omnem adulterum permiffum est occidere: quòd plerunq; pietas paterni nominis consilium pro liberis capit. Cæterum, mariti & calor & impetus facile sæuiantis, fuit refrenandus. Et Vlpianus in. l. seq. Quòd ait Lex: (inquit) **CVM IN FILIA ADULTERVM DEPREHENDERIT**, non ociosum uidetur. Voluit enim ita demum hæc potestatem patri competere: si in ipsa turpitudine filiam cum adultero deprehendat. Labeo quoq; ita probat, & Pomponius scribit, in ipsis rebus Venereis deprehensum occidi. Et hoc est quod Solon & Draco dicunt *ἐν ἑργῷ*. Qui locus sanè corruptissimus, ab Haloandro nōstro restitutus est. De marito tractat Martianus in. l. Marito quoq; ff. eod. tit.

Verum huic occidēdi licentiæ, cum mirum in modum abuterentur pleriq;, detractum fuit posterioribus Legibus, ut potius locum habeat id, quod de retinendo adultero testandæ eius rei gratia, eleganter scribit Vlpianus in. l. Capite quinto. ff. dict. tit. Tractatur à Iurisperitis recentioribus in. l. Gracchus. C. eod. tit.

Illud obseruandum est: Quòd tametsi adulterium in nupta admittatur: stuprum in uirgine uel uirgine, iuxta. l. Stuprum. ff. Ad Leg. Iuli. de adulteri. sæpè tamen hanc aut similem differentiam, Leges non sequuntur, foro deferuentes.

Affiduo, uindex affiduus esto.) Hoc est: Locupletis causam & iniuriam, locuples uindicandam tuendamq; suscipiat. Pauperis uerò litem, quilibet ciuis agendi, facultatem habeat, ne possit ei inopiæ exceptio opponi. Sic enim Cicero ipse interpretandam hanc sententiam in Lege Aelia Sentia, quæ eadem ex duodecim tabularum mutuata fuit, in topicis testatur.

Affiduus enim pro locuplete accipitur, & ab affibus, id est, ære dando, quoties tempora Reipublicæ exigent, dictus est. Item, ab assiduitate muneris publici, quod non nisi diuites subire possent, ut Gellius quoq; tractat lib. XVI. cap. X.

Vindex autem est, qui alterius causam suscipit uindicandam, ueluti quos nunc procuratores uocamus, ut dicit Boëtius in dicto loco Ciceronis. Proletarius item quis dicatur, Paulus poëta apud Gellium explicat: Qui in plebe (inquit) Romana tenuissimi pauperrimiq; erant, neque amplius quàm mille quingentum æris in censum deferebant, proletarij appellati sunt. Qui uerò nullo aut perquam paruo ære censebantur, capitecensi uocabantur.

Si quadrupes pauperiem fecerit.) Vlpianus: Si quadrupes (inquit) pauperiem fecisse

esse dicatur, actio, ex duodecim tabulis descendit. Quæ Lex uoluit, aut dari quod nocuit, id est, id animal quod noxiam commisit, aut æstimationē noxiæ offerre. Noxia enim est ipsum delictum. Et rursus: Pauperies (ait) est damnum sine iniuria faciētis datum. Nec enim potest dici animal iniuriam fecisse, quod sensu caret. l. j. ff. Si quadru. pauperi. feciss. dicat.

D E F V R T I S
T I T V L V S X I I



Furem qui manifesto furto præhensus erit: si furtum, aut noctu faciat, aut interdū cum præhenderetur, se telo defendat, occidito.

E cæteris manifestis furibus, liberos uerberato, & ei cui luci factum furtum erit, si se telo non defendant, addicito.

Seruos autem manifesto furto præhensos, uerberibus adficito, & è saxo præcipitato.

Pueros impuberes, Prætoris arbitrato uerberato, noxamq; ac his factam sarciri factio.

Furta quæ per lancem licitumq; concepta erunt, sicut manifesta uindicato.

Tignum alienum furtiuum ædibus uel uincis suis iniunctum, ne quis eximere cogitor, sed duplum pro eo per actionem de tigno iniuncto, præstare compellitor.

Si tibi furtim arbores cæsæ sint, agito.

I N T E R P R E T A T I O.

Furem qui manifesto furto præhensus erit.) Furtum (inquit Paulus) à furto, id est, à nigro dictum Labeo ait: quod clam & obscure fiat & plerunque nocte: Vel à fraude, ut Sabinus ait, & à ferendo, id est, auferendo: Vel à Græco sermone, quod φῦρας adpellant fures. Imò & Græci à ferendo φῦρας dixerunt. Furtum, est contrētatio fraudulosa, lucri faciēdi gratia, uel ipsius rei, uel etiam usus eius possessionis ue, quod Lege naturali prohibitum est admittere. l. j. ff. De furt.

Furtorum autem genera sunt duo: manifestum & nec manifestum. Sic enim olim loquebantur, sicut nunc dicimus non manifestum. Caius in. l. ij. Item Ulpianus in. l. iij. Fur (inquit) manifestus est, quem Græci ἐν ἄπορῳ adpellant, hoc est, qui depræhenditur cū furto. Et parui refert, à quo depræhendatur: utrum ab eo, cuius res fuit, aut ab alio. Sed utrum ita demum fur sit manifestus, si in faciendo furto depræhendatur: an uerò & si alibi fuerit depræhensus? Et magis est (ut & Iulianus scripsit) & si non ibi depræhendatur, ubi furtum fecit: at tamen esse furem manifestum, si cum re furtiua fuerit adpræhensus, priusquam eò loci pertulerit, quo destinauerat. Paulus in. l. iij. Quò destinauerit (ait) quis auferre, sic accipiendum est: quò destinauerit eo die manere cum eo furto. Ex quibus ferè Iurisconsultorum responsis, totam huius Legis seriem intelligere licet.

Quatenus uerò ad pœnas attinet quibus furta coërceantur, mirum in modum Legislatores ab initio uariè statuerunt, & crediderim in nullo delicti genere toties mutatam esse pœnam. Qua in re primum audiamus Gellium lib. XI. cap. XVII. Draco Atheniensis (ait) uir bonus, multaq; esse prudentia existimatus est: Iurisq; diuini & humani peritus fuit. Is Draco Leges quibus Athenienses uterentur, primus omnium tulit. In illis Legibus furem cuiuscumque modi furti, supplicio capitis puniendum esse, & alia pleraq; nimis seuerè cœsui sanxit. Eius igitur Leges, quoniam uidebantur impendio acerbiore: non decreto iussuq;, sed tacito illateratoq; Atheniensium consensu, obliteratæ sunt.

Postea Legibus alijs nationibus à Solone compositis usi sunt. Is Solon ex septē illis inclytis

clutis sapientibus fuit. Is sua Lege in fures, non (ut Draco antea) mortis, sed dupli pœna iudicandum existimauit.

Decemviri autem nostri, qui post Reges exactos, Leges quibus populus Romanus uteretur, in duodecim tabulis scripserunt: neque pari seueritate in puniendis omnium generum furibus: neque remissa nimis lenitate usi sunt. Nam furem qui manifesto furto prehensus esset, tum demum occidi permiserunt: si aut cum faceret furtum, nox esset: aut interdum se telo, cum prehenderetur, defenderet. Hæc Gellius, referens penè uerba istius Legis de furto puniendos:

Sed iterum non nihil discessum fuit à pœna Xuirorum, reducta pœna Solonis pecuniaria. Cui Prætor adiecit pœnam quadrupli in furto manifesto, ut est uidere in. §. Pœna. Instit. De obligat. quæ ex delict. nasc. §. In duplum. Et. §. Quadrupli. Instit. De acti. Quæ pœna Mosaticis quoque Legibus fere accedit, Exod. 22. Hinc est, quod actionem furti nec manifesti, appellant Ciuilem: quia ex Legibus Solonis habet pœnam dupli, cum ad rem ipsam quoque secundum Solonis sententiam & sic in triplum competeret. Sed duriore interpretatione quam requirebat hoc delictum, fuit receptum, ut triplum totum esset pœna, alijs actionibus ad rem ipsam concessis. §. ulti. Instit. De obligat. quæ ex delict. nascun. Quamobrem Iustinianus in. §. j. Instit. De noxa. acti. Sunt autem constitutæ (ait) noxales actiones, aut Legibus, aut edito Prætoris. Legibus ueluti furti ex Lege duodecim tabularum. Actionem uerò ex furto manifesto, quoniam quadruplum continet, incognitum planè Draconi & Soloni: Prætoriam nuncupant. §. j. Instit. De perpe. & tem. acti. Furti quoque (inquit Iustinianus) manifesti, quamuis ex Prætoris iurisdictione profiscatur, tamen perpetuò datur.

Deinde, cum furta uehementer nocere uiderentur omnibus, ad eò displicuerunt, ut rursus à pœna pecuniaria discederetur ad corporis castigationem. Et cœperunt pleræque Gentes membra furibus abscindere: cuius iam nunc imaginem retinemus, cum abscinduntur aures, uel lingua, aut cum effodiuntur oculi. Sed hoc cum Iustiniano displiceret, permisit quidem aliud castigandi genus: membri tamè dissolutione interdicta. Nouell. Vt null. Iudic. lic. hab. loc. serua. §. ulti. Fures autem (inquit) uocamus, qui occultè & sine armis huiusmodi delinquant. Alios uerò grassatores, & cum ablatione rerum armatam uim coniungentes, legitimis relinquit pœnis, quæ sunt in. l. Capitalium. §. Famosos. ff. De pœn. Quem locum infulse multi torquent, nec percipiunt.

Illud autem semper obtinuit & nominatam immutationem non habuit: quod fur nocturnus, aut interdum compræhensus telo se defendens, rectè posset occidi, sicut hac Lege duodecim tabularum secundum Xuiros sancitum fuit. Ratio: quia utroque casu, homicidij mala copulari uidebantur cum delicto furti: nempe quod noctu sæpè occiderentur homines, ne clamore factò, furibus se opponerent. Et is, qui ablati rebus se aduersus dominum reposcentem furta defendit armis: quid aliud facit, quam quod delictum duplicat, uolens & rebus & corpori nocere? Subscribit ergo huic Iuri Vlpianus in. l. Si pignore. §. Furem. ff. De furt. Et in. l. Furem nocturnum. ff. Ad Leg. Corneli. de sicari.

Tandem cum experientia doceret nullam pœnam pecuniariam in hoc delinquendi genere malitijs hominū sufficere: Federicus Imperator eius nominis primus constituit: eum qui rem quinque solidis æstimandam furaretur, laqueo suspendendum: Si minus, scopis castigandum esse. §. ulti. De pac. tenend. & eius uiolato. In usib. feudo. Quanquam idem Federicus altero Tit. De pac. tenend. Iniuria (inquit) seu furtum legitimè puniatur. Quibus uerbis plerique Doctores putant superiorem constitutionem exauthoratam esse: quasi istud (legitimè) non pertineat ad suas, sed ad alias Romanorum Leges. Verum, quid prohibet etiam de sua eum Lege loqui? Porro, si consuetudinem adhibeamus interpretem, constat receptam esse uelut Iure gentium pœnam furcæ apud omnes.

Non possum hic non adscribere ea quæ Gellius in loco superius citato referens: Id etiã (inquit) memini legere me in libro Aristonis Iureconsulti, haud quaquam indocti uiri: Apud ueteres Aegyptios (quod genus homines constat in artibus reperiendis solertes extitisse, & in cognitione rerum indaganda sagaces) furta omnia fuisse licita & impunita.

Apud Lacedæmonios quoque sobrios illos & acres uiros (cuius rei non ad eò ut Aegyptiæ fides longinqua est) non pauci neque ignobiles scriptores, qui de moribus Legibusque eorum memoriam condiderunt: ius atque uisum fuisse furandi dicunt. Idque à iuuentute eorum, non ob tur

ob turpia lucra, neq; ad sumptum libidini præbendum, comparandamue opulentiam: sed pro exercitio disciplinaq; rei bellicæ factitatum. Quòd & furandi solertia & adsuetudo, acueret obfirmaretq; animos adolescentium: & ad insidiarum astus, & ad uigilandi tolerantiam, & obrepenti celeritatem. O stultam Gentium prudentiam, quæ putat ex uitijis parari uirtutem.

Rectius certè M. Catonem dixisse, idem Gellius scribit: Fures priuatorum furtorum, in neruo atq; in compedibus ætatem agere: fures publicos, in auro atq; in purpura.

Furta quæ per lancem liciumq;.) Ingeniosa est hominum malicia ad peccandum. Quare & fures ut propositam alienarum rerum contrectationem interdum commodius expeditent, non aperta facie domum intrabant: sed licio seu filo cincti, lancem duobus foraminibus aptatam ante oculos habebant: ut matres familiarum, aut uirgines, aliæue ancillæ in domo fortè fortuna obuia terrerentur, fugerentq; potius, quàm quòd de cognoscendo uel obseruando fure essent sollicitæ, ac interim illi res subriperent.

Lanx enim uas escarium paulò minus quàm patella excauatum, dicebatur. Erant autem lances maximæ, mediæ, minimæ: quarum fit mentio in. l. Qui lancem. Et in. l. Vestis. ff. De aur. & argent. legat. l. Si in rem aliquis agat. ff. De Reuendicat. Cæterum, lances pro stateris more antiquo, quòd ad lancium formam stateræ fieri solerent, accipiuntur in. l. Cum quis. C. De naturalib. liber.

Teli significatio hic comprehendit omne quod mittitur manu. l. Si caluitur. §. Telum. ff. De uerbo. signific. Sic enim Haloander rectè legit, à caluo, uis, quod est decipio. Noxa autem omne quidem delictum & damnum ex eo datum significat: hic tamen ad furtum pertinet. l. Plebs est. §. ulti. ff. eod. tit.

Tignum alienum furtiuum.) Ulpianus: Lex duodecim tabularum (inquit) neque soluere permittit tignum furtiuum ædibus uel uineis iniunctum: neque uedicare. Quod pro uidenter Lex effecit, ne uel ædificia sub hoc prætextu diruantur, uel uinearum cultura turbeatur. Sed in eum, qui conuictus est iunxisse, in duplum dat actionem. Tigni autem appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium constat, uineæq; necessaria. l. j. ff. De tigno. iniunct.

Si tibi furtim arbores.) Paulus hunc locum pulchrè declarans: Si furtim (inquit) arbores cæsaræ sint: & ex Lege Aquilia, & ex Lege duodecim tabularum dandam actionem La beo ait. Sed Trebatius ita utranq; dandam ait: ut Iudex in pesteriorem deducat id, quod ex prima consecutus sit, & ex reliquo condemnet eum. l. j. ff. Arbo. furt. cæsar. Caius sic addit in. l. ij. Sciendum est autem eos qui arbores, & maximè qui uites cæciderint, etiam tanquam latrones puniri. Seruatur hodie hæc pœna diligenter apud multos, ut uitam certa pecunia re dimere teneatur arborem cædens.

Prætor quoq; edictum proposuit de arboribus cædendis: ut nisi dominus arborem in alienas ædes aut fundum impendentem, adimere uelit interpellatus, liceat tunc ei, cui arbor officit, succidere eam lignaq; tollere. Deinde ait Prætor: **QVAE ARBOR EX AGRO TVO IN AGRVM ILLIUS IMPENDEAT: SI PER TE STAT QVO MINVS PEDES QUINDECIM A TERRA EAM ALTIUS COERCEAS: TVNC QVO MINVS ILLI ITA COERRCERE LIGNA'QUE SIBI HABERE LI CEAT, VIM FIERI VETO.** Quod ait Prætor (inquit Ulpianus) & Lex duodecim tabularum efficere uoluit: ut quindecim pedes altius rami arboris circuncidantur. Et hoc idcirco factum est, ne umbra arboris uicino prædio noceret. Differentia duorum capitum hæc est. Siquidem arbor ædibus impendat: succidi eam præcipitur. Si uerò agro impendat: tantum usq; ad quindecim pedes à terra coërceri.

AD LECTOREM.



Hæc habui quæ in has duodecim tabularum Leges scribenda operæpretium dixi: scilicet ad interpretationem Iuris foro nostro deseruietem, & fontes Legum Romanarum magis respiciēs, quàm ad multa prisca seculi exempla. Nam si hæc

H requi-

requiras, ad Liuium, Valerium, & alios antiquitatis hystoriographos, qui sylvam ad eò explorum tibi exhibebunt. Interim, bone lector, non tam quid ueteres egerint, quam quid nos hodie facere oporteat imitatione uirtutis, sis curiosus.

Cæterum uides totum Ius publicū circa Religionem, & Magistratus uerari. Et cum religionis nostræ certissimam à Christo & Apostolis institutionē nunc & in legibus sequi, & possimus & debeamus: Magistratum certe uarietas, quam temporis & locorum ratio adfert, negocium sæpe facit studiosis huius discipline. Nemo enim de ordine magistratum sic scripsit ut foro nostro, ac seculo huic deseruiet. Quare Pomponij legem, cuius supra totius mentionem fecimus, nunc tandem duximus tibi exhibendam: scilicet scholijs doctissimi Vdalrici Zasij illustratam, cui cum palmam interpretandi nemo adhuc eripuisset, non erat fas ut ego gloriam sui nominis supprimerem. Adicci tamen pauca quædam, & semper id conatus sum, ut omnia respondeant nostris temporibus, utq; ueterem politiam cum nostra conferamus per grauissimas rationes. Porro, non est quod Romani Iuris elegantiam recte percipias, nisi teneas incunabula eius & principia quæ ex magistratum institutione colliguntur. Quod Caius mira grauitate probat in l. I. ff. De origine iur. argumento primum ex necessitate, deinde ex utilitate producto.

Obserua igitur ex hac lege omnium magistratum usq; in hodiernum diem progressum, & senties te magnopere in Iuris studio adiutum. Sine ante cæcos esse illos, qui te ad doctorum commentarios remittūt: in quibus præter barbara quædam & obscura de magistratibus reperies nihil. Et congratulare nostris temporibus, quibus nobis licet apertam Iuris ciuilibus disciplinam (modo uelimus) amplecti. Vale.

Et fruire hac præclara
Pomponij
Lege.

IN LEGEM SECVN-

DAM FF. DE ORIGL. IVR. SCHOLIA D.

AD ALEXANDRI ZAZII ADIECTIS ALIQVOT AB
IOAN. OLDENDORPIO.

VERBA POMPONII.



Necessarium^a itaq; nobis uidetur in primis, ipsius iuris originem atque processum demonstrare. Et quidem^b initio^c ciuitatis nostrae, populus^d sine certa lege, sine certo iure primum agere instituit: omniaq; ^f manu regis gubernabantur. Postea aucta ad aliquem modum ciuitate, ipse Romulus traditur populum in triginta partes diuisisse: quas partes, ^b curias appellauit propterea quod tunc reipublice curam per sententias partium earum expediebat.

a ¶ (Necessarium.) Ex hoc sine dubio colligitur, iuris originem ignorari ab eo non oportere, qui iuris peritiam sibi adferat. Iuris origi-
ne scire ope
repretium.

b ¶ (Initio.) Cum germana lectio textus sic habeat (manu regis) non aut (manu regia) cessat scrupulus, quem Zazius uehementer torquet nec opus uidetur eo scholio, quo iuris consultum excusabat, qui certe non est locutus de alijs regibus, sed de manu ipsius Romuli. Ioan. Oldendorp.

c ¶ (Ciuitatis.) Romanae. Est autem ciuitas communitio seu multitudo ciuium, gratia uitae, ut quam maxime fieri possit, optimae: Philosophus III. & VII. Polit. quae certe, non ex quorum Ciuitas non
ex omnibus
incolis con-
stat.

qunq; inhabitantium, sed ex eorum multitudine coalescit, qui uelut propriam ciuitatis partem referant, qui sunt ciues: ut idem Philosophus VII. Polit. Itaq; serui, inquilini, hospites, item tabernarij, & alij qui numerum ciuium non sint capaces: & quos Cicero in oratione pro L. Flacco, fecem ciuitatis nominat: licet multi in ciuitate sint, populosam quidem, non autem magnam ciuitatem faciunt: ut idem Philoso. Sancisse traditur Socrates, lege prouideri a gubernantibus debere, ut nec parua sit ciuitas, nec magna, sed una & sufficiens: Hecaton-

miarum lib. j. Magni olim momēti erat, si quis ciuitate Romana donaretur: Et qui ciuis erat, mutare ciuitatem non potuit, nisi in alia ciuis assumptus esset: in utraq; ciuem esse non licebat: Cicero in oratione pro Corn. Balbo. Caius Caligula negabat ciuitatem Romanam usurpare eos debere, quorum maiores sibi potesterisq; eam impetrassent, quod posterorum nomine non nisi filios uenire, per nequitiam interpretaretur. Claudius peregrinos, qui ciuitate Rom. usurparant, securi percussit, autor Sueto. Quò securibus hoc tempore opus esset, quibus imperiti qui ciuitatem Romanam usurpant, percuterentur. Regiam ciuitatem Aegyptij, popularem Attici inuenerūt: testis Pli. lib. VII. Cæterum parum commodi habet, quod differentia a nonnullis Canonistis, inter urbem & ciuitatem tam anxie inuestigatur: cum alterum uideas accipi pro altero. Distingui tamen ab oppido ciuitatem quidam putant, quod illud sollemnibus legibus proprio iure institutis uti non possit, hæc uero possit: quod non est improbabile.

d ¶ (Sine certa.) Sed quomodo populus sine certa lege agebat, cum Romulus mox ab initio leges curiatis tulerit: ut infra. III. rñs. uerfi. & ita leges. Respondemus Iurisconsultum ad id respexisse, quod ab initio urbis frequentius usuuenerat. Licet enim leges Curiatæ, de quibus mox dicitur, a Regibus ferrentur: illæ tamē modicæ erant, & maxime ad res sacras, ad publica pertinebant. Nulla erant iudiciorum certa, legitimæ uel, nec in priuatis ciuium actis, certa lege res gerebatur: hoc est quod dicit, sine lege. Sed & Dionysius, Romanis ante legē. XII. tab. nullas certas leges, sed consuetudines fuisse scribit. Quod ipsum non simpliciter, sed pro communi frequentia accipiendum est. Sæpe enim in iure nostro non præcise, sed ex frequentia usus deciditur. gloss. in l. moribus, § sed & si extraneum, uel. filio. infra de uul. & pup. cum simi.

H 2 Instituit

e ¶ **Instituit.**) Elegit Teren. Optime uitam instituit. Sed uidetur hic tex. sibi ipsi dissidere. Si enim pop. Rom. ab initio sub manu regia gubernabatur, quo casu non erat sui arbitrii, quomodo hoc uel illud uiuendi genus instituere poterat? Qui enim sub manu alterius est, is potius parere necessitate premitur, quam ei instituendae uitae facultas pateat. Verum hunc nodum ex historijs facile dissoluas. Romulus enim (ut autor est Dionysius lib. II.) condita iam urbe, popu. Rom. tres proposuisse scribitur rerum pub. formas, Regiam scilicet, item paucorum, & porro popularē dominationē: eisq; optionē reliquisse, quam ex eis eligerent: paratū enim uel imperare uel esse sub imperio. Qui gubernationem regiam elegerunt, ut quam dicerent sibi uideri optimam, qua eis libertas, & in alios pararetur imperium. Iuriscōsultus itaq; non ociose, imò signate uerbo instituendi usus est. Quod autem dixit: eos iure incerto agere instituisse: accurate refertur ad id quod statim infert, omnia scilicet manu Regis gubernata. Satis enim incerta sunt, quae gubernantis arbitrio explicantur.

f ¶ **Manu.**) Arbitrio: secundum Accur. quod placet. Bar. tamen in l. frater à fratre, infra de condi. indeb. intelligit sub manu regia, potestatem: quod nec ipsum displicet. nam & Hiero. in Esaiā dum dicitur, Cognoscetur manus domini: manum pro potentia exponit. Verum ubi Bart. significare uidetur, sine iudicio auferri manu regia potuisse si quid deberetur: nō recipimus. Nam ab initio ciuitatis (ut docet Dionysius lib. II.) ius litigantibus dictum fuit, licet nō ea solennitate, non ex iure scripto, uti post legē XII. tab. seruabatur. Romulus enim quos patres elegerat, iussit ut sacra curarent, & ius dicerent. Hoc tamen non negamus, controuersias à principio saepenumero regijs iussibus fuisse diremptas, sed citra uolentiā. Regi enim aequa iubenti facile parebatur. Attamen Seruius Tullius rex, sancit publicam tantummodo, regis arbitrio: priuata uero iudicia, sententijs expediri: ut tradit Dionysius lib. III. Manus itaq; regia, pro ea potestate regis accipitur, qua celsitudo principis conspicitur: quae etiam hodie in Romanis principibus pollet. Nam & princeps sola negotij ueritate inspecta, sine alio ordine iudiciario, parte tamē citata, ut post prosequemur, cognoscit. Itaq; manus regia nihil plus potuit ab initio, quam hodie imperatoris possit: sine enim controuersijs manu regia fieri, uel nunc ab Opti. Maxi. Caesare postulatur: id quod experientia didicimus.

Errant igitur tota uia, qui manum pro tyrannica uolentia accipiant. Oldendorp.

g ¶ **In triginta partes.**) Titus Liuius lib. I. populum in triginta curias à Romulo diuisum esse scribit, & curias à matronis Sabinis raptis nomina accepisse, quod ipsis autoribus bellum Sabinum sedatum erat. Dionysius Halic. lib. II. populum in tres partes, quas tribus uocat, & rursum quamlibet tribum in decem diuisam, easq; partes, decurias, & duces earū decuriones nominatos esse scribit. Trapezontius lib. III. Rhetoric. testatur, à multis relatum esse Romae non ante fuisse rempub. quam Sabinæ raperentur: quod nisi sint familiae, respub. dici non possit.

b ¶ **Curias.**) A cura dictas esse, satis constat per tex. nostrum: quod reipub. cura per ipsarum sententias expediretur. Curia apud Romanos, non solum is locus erat, in quem Senatores pro reipub. utilitate conuenerant, sed & ubi sacrorum cura tractaretur. Denique & sacerdotes, in sua quisq; curia, sacra fecere, feriasq; obseruauere: testes Varro & alij uulgati. Curiarū sacerdotes, flamines curiales, itē & curiones nominati sunt. Illi enim in curijs familiarum, ut Varro inquit, ita res diuinas curant, sicuti Senatus Rom. res humanas in curia Hostilia. Nos nostra aetate, curiam pontificis, porro & Caesaris curiam dicimus. Quondam sua cuiq; ciuitati uel municipio curia fuit, à praedictis forsan Romanorum decurijs usurpata, quae hodie magna ex parte abierunt. In pagis tamen & uillis Curiae dominicales sunt, quae uetustatis uelut umbram referunt. De quibus altius ordiendum uisum est. Romulus, ut est apud Dionysium Halic. lib. II. urbe condita, prouisurus ne iniuria locupletum in humiles, uel uicissim egenorum inuidia in potentes, discordiam pareret, plebeis permisit, quem sibi ex patricijs patronum eligerent. Hi clientes dicebantur: eratq; ciuili illa coniunctio, nihil aliud quam susceptum pro pauperibus humilibusq; patrocinium. Habuisse eos legitima quaedam instituta, quibus ultro & citro praestabant, hi officia, illi beneficia. Nam patroni pro clientibus ea fecere, quae patres pro filijs: pecuniarum, contractuum uel rationes explicabant: causas pro iniuste oppressis sumpserunt, omnemq; eis quietem publice & priuatim exhibuere: quod hodie Cardinales pro commendatis, uel monasterijs uel ecclesijs facere tenentur. E diuerso clientes, patronis

Seruius Tul.
sexus rex
Rom.

Curia quid.

Clientum
origo.

gronis egentibus ad dotem filiarum contribuere, captos uel ipsos uel liberos eorum ab hostibus redimere, nexos à creditoribus, uel ære multatos propria pecunia liberare, deducere eos, eis adesse debebant: Nec phas erat, uel accusare inuicem, testimoniū uel aut suffragium aduersus ferre: nec porro cum inimicis adnumerari: erantq; huiusmodi coniunctiones haud absimiles sanguinis necessitudini: usq; adeò, ut clientes in officiorum ordine affinibus preferrentur. Magna eos laudis ornabat accessio, ut Gell. lib. V. docet, qui clientes haberet quāplurimos. Qui mos & ipsam Italiam peruagabatur. Nam Appius Clausus, à quo Appiorum familia processit, à Sabinis Romam cum quinque milibus clientum, migrasse traditur: ut est testis Valerius. Ab his patronorum, clientumq; institutis, operas, obsequia, & officia libertorum, quorum in iure nostro crebra fit mentio, radicem sumpsisse non est dubium. Et nisi nos coniectura fallit, Iurisconsultus ad hanc ueterem patronorum in clientes humanitatē, respexisse uidet in l. Si uero plures. ij. rñs. infra, de his qui deiecere, uel effud. ubi cliētes libertis & hospitibus connumerantur: licet gloss. & Doct. ibi ad honestam illam clientum conditionē non aduerterint. Nec porro ociose Imperator, in l. Rem non nouam. §. patroni. C. de iud. clientes eos nominauit, quorum patrociniū aduocati infumerent: hoc honesto uocabulo significare uolens, qua humanitate, qua fide, qua obseruantia, clientibus aduocati obligarentur: utpote quod eorū negocia ex uetustis moribus, affiniū causis, ut prædiximus, sint prælata. Sed in contrariū omnia agi uideas: aduocatorum enim perfida nequitia (iniquos intelligo) hoc maximē quæstu pascitur, si clientum frugem depascitur. de quo suo ordine plura. Ad propositum igitur reuersi, credimus curiarum dominicalium iura, & feudorū (si ita loqui liceat) hinc uelut impressis uestigijs, quædam duxisse simulachra. Quo enim tempore Romani uictoria ubiq; terrarum signa circumtulissent, multi eorum remansisse in prouincijs: creduntur, pars præsidio relictī, pars agri ubertate capti: deniq; dum coloniæ deducerentur, bona Romanorū pars eo loci cōmigrarunt: quibus cum multum agri, multū fundorum esset, ne pro Romano more, carerent clientibus, uerisimile est incolas terræ in suum inuitasse patrociniū, suosq; eis fundos (prout cuiusq; erat conditio) in beneficium distribuisse. Tractu tamen temporis, quod omnia uariat, clientelarū nomine cōmutato, feuda à fœdere forsitan, curiasq; dominicales nominari cœptas: ut qui clarioribus essent natalibus, feuda: alij ex uulgo, curias habentes dominicales: constitutis certis uiribus, quæ dominos, quæ clientes (quos uasallos uocant) respicerent: Quorum aliqua consuetudine, ut in feudis: aliqua pactis, ut in curijs, constare dinoscuntur. Hanc nostram coniecturam, haud parum adiuuat magna utriusq; ad priscorum clientum iura similitudo. Nam ut olim patroni clientibus, & uicissim isti illis mutua obligatione necebebantur: sic in feudis & curijs, paria recepta sunt: siquidē & uasallus domino, & e diuerso dominus illi debet. Porro & clientuli uel hodie nominantur, qui domino beneficij debent, ueluti in uulgatis feudorū uisibus perspicuū est: licet Aluarotus, homo à bonis literis alienus, in quodam feudaliū capite, clientulū, imperitē pro seruitore exponat.

Aulus Gell.
App. Clausus.

Feudorū &
curiarū do-
minicalium
origo.

Pacta curia-
lia.

Vsus recepit ut fidelem haud dubie à fide nuncupent, atq; saluent. Vnde sic scribunt: Dilecto nostro fideli: Vnserem liben getrewen. Oldendorp.

His consequens est, uerā esse sententiā Doct. qui in uis. feud. in tit. de alie, feu, uasallos de iure Rom. emeruisse tenuerūt: licet ea assertio, cōmuni opinione, ex uetustatis ignorantia nō probetur: Veritas tñ pro ea est, errantq; diuersa sentientes: sicuti ex prædictis euidenter colligitur. Cæterum fateor, consuetudine & moribus multa esse in uasallis nouata, Curiarum iura, licet bona ex parte in ciuitatibus nostræ Germaniæ antiquata sint, nonnulla tamen à priscis moribus ad præsentia, similitudo relucere uidetur. Nam sicut olim curiales curijs fuerē adscripti, ita hodie ciuitati cum solennibus & iuramento speciali adscribuntur, qui ciues esse uelint. Nec temere omnes incolæ ciuitatis in ciues recipiuntur, nisi qui se legitimis ortos natalibus doceant: id quod in ciuitatibus bene institutis pro lege seruatur. Denique sicut olim prædia curialium sine decreto alienari non licebat. C. de præd. cur. lib. X. ita hodie in quibusdam ciuitatibus alienari immobilia non cōsueuere, nisi prætoris interposito decreto. Porro quondam quarta pars bonorum Curialis uita functi, curiæ pendebatur. C. quan. & quib. quar. eo. lib. cuius etiam hodie imago quædam relicta est. Nam si qui ex municipibus demigrent, certam bonorum partem ciuitati relinquere coguntur: quod ius migrationis, uulgo Abzug uocant: & multa id genus per oculū congerere possis, si eius rei cura ceperit. Cu-

In tit. de alie, feu c. s. clientulū.

Ius migrationis, abzug.

H 3 riales

riales præpo. Alexandrinus. c. j. & ij. distin. li. à cruore, sordidis usus authoribus, tam inepte & ridiculè nominatos autumat: sed ad tex. reuertor.

Pulchrum sane est ex liberalitate Romana repetere originem feudorum (ut dicimus) uerum progressus huiusmodi consuetudinis maxime tum cœpit, cum Conradus Imperator Romam proficisceretur: quoniam antea in potestate dominorum erat auferre uasallo rē quā do uellent, ut in prænci. usu. feudo. Olden.

Et ita leges quasdam & ipse^a curiatis ad populum tulit. Tulerunt & b sequentes reges: quæ omnes conscriptæ, extant in libro Sex. Papirij, c qui fuit illis temporibus, quibus superbus^d Demarati Corinthij filius, ex principalibus uiris: isq; liber (ut diximus) appellatur Ius ciuile Papirianum: e non quia Papirius de suo quicquam ibi adiecit, sed quod leges sine ordine^f latas, in unum composuit.

Curiatae leges.

^a ¶ Curiatas leges.) A curijs dici ex historijs liquet. Conuocato enim per triginta curias populo, singulisq; curijs (ut Merula ait) in separata septa constitutis, & sententiam rogatis, leges olim ferebantur. Quæ populi congregatio, comitia curiata dicebantur, à coëundo, quod populus coiret, & uiritim leges ferret, hoc est quod Iurisconsultus supra dixerat, Reipub. curam, per sententias partium earum, scilicet curiarum, esse expeditam: & licet in creandis magistratibus, Seruius Tullius rex, hunc morem immutasset (ut postea forte dicitur) tamen populo ea potestas relicta est, ut plebiscita & leges comitijs curiatis ferrentur. Huiusmodi itaq; leges Iurisconsultus pro maiorum more Curiatas nominat. Suetonius in Augusto, ait Tiberium à Cæsare, in foro lege curiata esse adoptatum, hoc est, suffragijs populi per curias collectis. Cicero in epistolis ad Lentulum, narrat Appium lege curiata prouincias sortiturum, si licuisset. Eadem curiarum leges Cice. in orationibus, populares nominat.

^b ¶ Sequentes.) Scilicet reges. Quæ autem leges regiarum sunt, mox dicemus.

^c ¶ Qui.) Liber Sexti Papirij. Is enim fuit de principalibus libris iuris eo tēpore. Is Sextus Papirius tempore Tarquinij Prisci, fuisse traditur.

Demaratus Corinthius

^d ¶ Demarati.) Tradunt Liuius & Dionysius, Demaratum natione Corinthium fuisse, mercatura nobilem: is cum opibus polleret, Italiam demigrans, duos filios Aruntem & Lucumonem (qui postea Lucius) sustulit. Quorum alter Lucius, patri superstes & fratri, Romam se transfudit: ibi successu temporis rex factus, Lucius Tarquinius nominatus est, & duos reliquit filios, Lucium & Aruntem. Lucius occiso Seruio Tullio rege, cum regnum inuasisset, & tyrannum gereret, Superbus nomine cœptus est. de quo tex. meminit. Fuit autem Demarati nepos, nō filius: ut ex historijs patet. Proinde cum Iurisconsultus eum filium nominet, non modicum præstat arg. filiorum appellatione nepotes intelligi, etiam si nulla extrinsecus ratio suadeat: quod mihi in casu dubio semper placuit, dum materiz subiectæ ratio nihil diuersum exigat.

Filiorum appellatione, nepotes.

^e ¶ Non quia.) Accur. hic pro rusticis arg. colligit, qui agrum, quem colunt, suum esse dicunt: allegat l. cum aliquis. C. de iur. delib. porro hunc tex. facere pro compilatoribus rationum & glossarum, ut eius dicantur qui compilet: quod non improbamus, si uerbum compilandi eiusq; elegantiam intellexit.

Leges regiarum Romuli.

Vtinam rectè intellexisset, ac non potius expilatores quàm compilatores essent glossarum scriptores. Oldendorp.

^f ¶ Latas.) Quæ fuerint leges regiarum, à scribentibus non tangitur. At hoc ex historijs colligi potest. Nam Dionysius Halicar. lib. II. instituta & leges Romuli, aliorumq; regum satis diligenter enarrat, quarum aliquas hic insererere placuit. Ante omnia Romulus diuisis cuique officijs, templorum ipse, sacrorumq; & legum custodiam, & principatum, item & iniuriarum quæ maxime essent, cognitionem retinuit. Senatui potestas erat decernendi, quæ ex regno ad eum referrentur. At uero leges sciscere, magistratus creare, bella decernere, suum plebis erat. Sacra facere, magistratus gerere, ius dicere, solis Patricijs permittebatur. Plebs Romanis duobus potissime, agricultura & militia exercebatur, nec fas erat Romæ oriundo, sedentarias, sordidasq; exercere artes. Erat & lex Romuli, ne proles necaretur, nisi esset monstrosa. Ne porro captæ bello urbes euerterentur prohibuit. De dijs immortalibus non nisi optima & sentire

Nemo Romanus optifex.

& sentire & loqui iussit: nec eis supra, homicidia, aliaq; ex Græca leuitate uitia, opprobri. Sacerdotes qui publica sacra dijs facerent (præter curiarum priuatos curiones) sexaginta instituit, supra annum quinquagesimum natos, genere excellentes, simul uirtute præstantes: nec tamen inopes, aut corpore ulla ex parte trunco: perpetuos eos esse honores, militaribus ciuilibusq; solutos molestijs. Sacerdotia (quæ nos beneficia parum Latine nominamus) uentit esse uenalia: quod utinam nostræ Christianæ fidei capita, seruari facerent. Sed iam olim quæstiuarius iste sacerdotiorum abusus increbuit: Nam & Grego. Nazianzenus scribit pige re sese, quod sacerdotia seu ministeria, ambitione potius & gratia, quàm meritorum iudicio deferrentur. Est & mulieribus, lege Romuli, propterea quod Sabinum bellum ipsis auctoribus sopitum fuerat, honos datus. Nam statutum ut mulieri deambulanti, prior à uiro locus concederetur, & ne quid turpe muliere adstante, uel impudicum loqui liceat, néue uiri nudi ab ulla conspicerentur: & cætera similia. Præterea & matrimoniorum rationem haberi censuit. Siquidem uxorem rerū omnium sociam esse cum marito, alterum quoq; alteri ab intestato morienti, non extantibus liberis, in totum succedere: eis autem extantibus, unà cum liberis æqualem partem accipere constituit. Quæ leges consuetudine Germaniæ nostræ magna ex parte obseruatur: licet ius nostrum diuersum tradiderit. Porro sancit, ne qua mulier à marito diuenteret, neque propelli posset, nisi deliquisset: ut si aut ueneficio in filios, aut clamium adulteratione, aut stupro caperetur, uel uinum bibisse deprehensa esset: Hæc enim delicta maritus unà cum cognatione coercebat, & uel ab ea diuertit, retētis bonis delinquentis: uel morte multabat. Qua lege factum est, ut intra quingentos uiginti annos Romæ diuortium nullum fuerit. Item & patribus in filios, uitæ & necis potestas erat: poterant & filij à patribus uendi: qui si postea ab emptoribus manumitterentur, in potestatem patris redibant, nisi tertia secuta esset uenditio: tunc enim manumissos pater in potestatem reducere uon potuit: & hæc quidem lex à regibus, Romulo & alijs seruata est. Cæterum in lib. I. Institutionū Caij Iuricon. tit. qui mod. filij exeat de potest. pat. qui nouissime in monasterio Morbacefi. à clarissimo uiro Hieronymo Baldugno utriusq; iuris doctore celeberrimo, Cæsareæ maiestatis consiliario, in humanioribus literis primario adscitore, inuentus, & (quæ sua est singularis humanitas) mihi commonstratus est: in eo inquam libro, modus, forma, solennia, qualiter uenditione imaginaria olim filij ex patris potestate exirent, graphice & eleganter continētur: quæ librū nisi quis legat, constitutionē imperatoris, institui. qui mo. ius. pat. pot. sol. §. præterea, non intelliget. Porro filij familias, quantumuis amplos magistratus gererent, à potestate patris non eximebantur. Quod uero ad crimina attinet, causas iniuriarum non diuturnis, sed subitanis iudicijs, uel ipse expediebat, maxime in militibus, uel alijs committebat. Locus damnatorum in spectatissima fori parte erat, electiq; trecēti terribiles aspectu milites, qui regem sequerentur, ex quibus duodecim erant, qui uirgas & secures, quos fasces posteritas nominauit, ferrent: ut qui uerberibus digna fecissent, mox uirgis cæderentur: in obnoxios maioribus delictis, secures animaduerterent. Fuere & Numæ Pompilij secundi regis nonnulla instituta, sed ad rem maxime diuinam pertinentia. Nam deos sine simulacris colere docuit. Primū enim principium mentē inuisibilem & increatam esse cēsuit. Proinde in cētum & sexaginta annis, in templis Romæ simulachrum corporeum nullum extitisse traditur: quod & Eusebius in libris de Euangelica præparatione ex sententia Clementis testatur, opinatus eam legē ex Mosis præceptis emeruisse. Porro sacrificia nō sanguine animalū, sed farina & libo fieri iussit. Sacrorū ordinē in octo partes diuisit, quas Dionysius latius prosequitur. Deæ Vestæ sacra communia, uirginesq; Vestales instituit, cum ante hac ea sacra priuatim in curijs, per curiones fierent. Pontifices primus introduxit, quod in magnis rebus perficiēdis potentes essent, teste Plutarcho. Erant enim (ut Dio. dicit) magnarū rerum domini, & moderatores. Porro & collegium Fœcialium constituit, quorū officium erat custodire ne alicui confoederatæ urbi bellū à Rom. iniustum inferretur: quod si forte ab alijs fœdera uiolarentur, repetere res: & si non redderentur, bellum decernere. Ibat enim ad fœdisfragā ciuitatē Fœcialis, & admonitis ut iusta facerēt, nisi paruissent (Dijs fœderum inspectoribus inuocatis) bellum cōminabatur. Modum, ordinē, uerba, gestus, & cōpluria pulchra, apud Dionysium, Liuium, Fenestellam, Plutarchū, latius uide. Hinc emeruisse usum Repressaliarū uerisimile puto, ut non consuetudine nouitia (quod Bartolus uoluit) sed à uetustissimis Romanis legibus,

Sacerdotes.

Sacerdotia.

Nazianzenus.

Mulieri cædendum de uia.

Satellites. Fasces.

Numæ instituta.

Simulacra.

Fœcialium officium.

Repressaliarum usus.

H 4 radicem

Numæ infi-
tutio de fun-
dorum limi-
tibus, &c.

radicem sumpſiſſe appareat: eo ſaluo, quod reſſaliarum ſœdum & barbarum uocabulum ciuitate Rom. non ſit donatū, licet apud Iuriſtas (ita enim uulguſ nominat) peculiariter uſur- petur. Deniq; & Numa definitiones poſſeſſionum inſtituit, ut fundos quiſq; ſuos circumſcri- beret, lapidesq; finibus (quos ſacros, id eſt inuiolabiles eſſe uoluit) apponeret: quos ſi quiſ mouiſſet, occidi impune poterat: licet hodie alia ſit terminos mouenti pœna prodita, ut in- fra de ter. mo. l. ſi. Fidem in contractibus, qui ſine teſtibus fierent, tam uoluit eſſe ſanctam, ut Fidei templum primus erigeret: & quoties de contractu diſceptaretur, iureiurando ex fide li- tes diiudicarentur: adeo apud Romanos teſtimonium ualidiſſimū ſua cuiuſq; fides erat, quæ in dubijs ſola lites dirimebat. Hinc originem ſumpſiſſe non eſt dubium, quod uel hodie ex bona fide, quædam conuentiones nomen induerunt. Item & fidem alicuius ſequi dicimur, rēmue fide noſtra eſſe iubemus.

¶ Additio. (Sic & fidei commiſſa ſuborta eſſe credo, quæ tamen cum poſteritas ſefelle- rit, in obligationem ſunt innexa. Ex prædictis puto diſſolui reſponſa Iuriſconſulti, quæ ui- dentur pugnantia in l. fidei commiſſaria II. ff. de fideicom. liber. ubi cum in principio dici- tur libertatem ita dari poſſe, hæres ſi uolueris fidei tuæ committo, & cæt. poſt autem in uerſ. quod ſi ita, contrarium decidi uidetur, uidelicet libertatem quæ adſcribitur ſi hæres uolue- rit, non ualere. Sed ex tex. apparet reſolutio, nam priore reſponſo, uoluntas hæredis ad fi- dem adſtrieta eſt: dicitur enim hæres ſi uolueris fidei tuæ committo: & hæc non erat libera uo- luntas: Sed poſteriore reſponſo, data fuit hæredi libera & omnimoda uoluntas, ut tex. ibi- dem aperit.)

Ancus Mar-
tius.

Præterea agrum Romanum in pagos diuiſu, cuſtodesq; ſeu inſpectores, qui agrorum culturam, ne quid per negligentiam admitteretur curarent, adhibuit. Superſent aliorum regum ſcita elucidanda: Nam & Ancus Martius claſſium ordinem inſtituit, ut pro cenſu, id eſt, patrimonio cuiuſq; munera, uel pace uel bello ſcriberentur, & alia nonnulla: ſed pro- cedendum eſt.

• Exactis deinde regibus, b lege Tribunitia omnes leges c hæc exoleuerūt: d ite- rumq; cœpit populus Rom. incerto magis iure & conſuetudine aliqua uti, quàm perlata lege: idq; prope uiginti annis e paſſus eſt.

Tarquinius
ſuperbus.
Lucretia.

Exacti re-
ges plurale
pro pro ſin-
gulari, quo-
modo intel-
legendum.

Numeri li-
bertas.

¶ (Exactis.) Vulgo cognita eſt hiſtoria, Nam cum impotenter ſe gerendo Tarquinius ſu- perbus, omnes in odium ſui duxiſſet, & tandem Sextus filius eius ornatiffimæ matronæ Lu- cretiæ nocturna uiſtuprum attuliſſet: proindeq; mulier, uocatis patre & marito, dedecus fer- ro expiaſſet, imperium Bruto autore, regibus ademptū: atq; ita Tarquinius cum filijs expul- ſus eſt, propterea dicit tex. exactos eſſe reges, ut intelligas patrem & filios. Vel ſecūdem Ac- curſ. ideo in plurali ſcribuntur reges exacti, quia decretum ſit, ne deinceps reges Romæ eſ- ſent: quod recipi poteſt. Nam Liuius autore, Brutus primus conſul, populum iuramento ad- ſtrinxiffe traditur, neminem regnare Romæ paſſurum: ut ſic proprie intelligas exactos re- ges. Sed nec improbamus ſi hic plurale pro ſingulari, ornata figura loquēdi uſurpetur. Nam & uiciſſim ſingulare pro plurali accipi uideas, ut docuit Auguſtinus ſuper illud Exodi, Ve- nit muſca grauiffima: & in hiſtorijs hoc peculiare eſt, cum dicitur, expedito milite rem geri. Quapropter cum inſtitutis cauetur, occidētem occidi licere, niſi pacem cum hærede ha- beat: hæredes intelliguntur, ut uoluit alibi ſanior opinio, contra Old. ad materiam enim ſub- iectam tota hæc res redigitur, cum numeri libertas, teſte Fabio, tanta ſit, ut neget ſub gram- maticis conſtringi præceptis.

Tribunus ce-
lerum.

b ¶ (Lege tribunitia.) Accurſ. tribunos plebis intelligit. At quia illi non ſtatim, ſed decimo- ſeptimo anno poſt exactos reges creati ſunt, uerius puto tribunum Celerum intelligi, qui tunc Brutus erat, regum expulſor: ut eam legem accipias, quam Tribunus Brutus per cur- rias de legibus exigendis, eorumq; inſtitutis abolendis tulit: quod & Dionyſius Halicar. ſi- gnificaffe uidetur.

c ¶ (Exoleuerunt.) Eas potiſſime leges abiſſe credimus, quæ ad mores, ad ritus regios perti- nerent. Cæterum ſi quæ leges diuina reſpicerent aut humana, duraffe uerifiſſime eſt: atque ita uniuerſalem propoſitionem hic tum tēperamento accipimus. Quod certe in iure noſtro ita uſuuenit

inuenit, ut ea temperatio uelut pro doctrina recepta sit: de quo est glos. in l. omnes. C. sine ten. uel reli. Arg. tamen contra in l. si is qui ducenta §. utrum. infra. de reb. du. quod nos alibi diffusius tractauimus.

d **¶** Iterum.) Sicuti enim ab initio ciuitatis, ita & post exactos reges, populus eatenus dicitur incerto iure usus fuisse, quod frequentius consuetudine uteretur: & si quando, ut etiam prædiximus, lex aliqua ferretur, ea publici potius quam priuati iuris erat. Nam fidem historiarum sequuti, Romanos eo tunc sub nulla prorsus lege uixisse non credimus, cum & imperator Romuleas leges fuisse fateatur l. I. §. I. C. de uet. iur. enu. Porro & Romanis nec pura fuit popularis gubernatio, cuius tamē plures enumerentur species per Philosophum. lib. III. Polit. Mixtam potius receperim: cum & pauci gubernarint, & tamen populo eligendorum magistratuum facultas remanserit.

Quo pacto pop. Rom. incerto iure usus dicitur.

e **¶** Passus est.) Id est consensit, admisit, approbavit: ut cum dico remunerari sese passus est.

Postea ne diutius hoc fieret, placuit publica autoritate, **a** decem constitui uiros, per quos **b** peterentur leges à Græcis ciuitatibus, ut ciuitas **c** fundaretur legibus, quas **d** in tabulas eboreas præscriptas, **e** pro Rostris composuerunt, ut possent leges **f** apertius percipi.

a **¶** Decem.) Accursius hic fabulam narrat, tam ridiculam quam falsam, quasi stulto interueniente, qui prætenta manu, trinitatem significauerit, leges legati Romani obtinuerint. Sed uana hæc sunt: nam nec Græci, nec Romani, uel unitatem dei, uel trinitatem, eo tempore cognouere, falsorum deorum ueneratione præstrikti. Dedit tamen bonus ille uir, ansam cæteris Doctoribus, & maxime Odofredo, errandi: ut mirum sit uiros in tam elegantibus ciuiliū rerum literis uersatos, inermes meliorum doctrinarum, ad eminētia ciuilia studia accessisse. Quod autem tex. noster dicit, decem uiros constitutos, qui leges peterent, non est simpliciter accipiendum. Nam ueritas historię habet, tres tantummodo legatos ad Græciam pro legibus ferendis missos. Siquidem Fenestella autore (ex quo Pomponius noster bonam partem præsentis legis sumpsisse, imò uerba transcripsisse uidetur) Cum plebs Romana quotidianis seditionibus æstuarer, & nunc magistratus ex suo etiam corpore creati, iam connubia cum nobilibus concedi, debitores à creditoribus nexos solui, agros diuidi, & tandem communes etiam leges ferre contenderet, tres legati, instructis ex publico triremibus, Athenas mittuntur, qui in clytas Solonis leges scriptas referrent, iuraq; & mores aliarum ciuitatum noscerent. Hi fuere Sp. Posthumius, P. Sulpitius, Aulus Manlius. Allatis uero legibus, decem uiros constitutos esse satis constat, qui ex eisdem Græcis legibus, patrijsq; consuetudinibus, Romanas leges & conderent & scriberent, ut diffuse apud Dio. lib. X. succinctius à T. Liuiο li. III. eleganter à Fenestella traditur: & ea moderatione tex. nostrum accipiendum. Quorum decem uirorum nomina ideo hic non ponimus, quod in decretis, C. II. & III. dist. VII. facile cognosci poterunt.

Vanitas Accursii.

Quomodo accipiendū decem uiros constitutos, ad petendas à Græcis leges.

b **¶** Peterentur.) Id est, petita & allata scriberentur: supra enim docuimus, tres tantum fuisse, qui à Græcis ciuitatibus leges mutuarentur: decem autem postea cōstitutos, qui allatas ad iura, cōsuetudinesq; Romanas accommodarent, conderent, scriberent, publicarent: quod & expresse docetur. d. c. III. dist. VII. ubi textus ex sententia Isidori planius loquitur. Vt ergo Iurisconsultus cum historijs concordet, uerba per suppletionem accipienda sunt. Sic & Accurs. in l. eum qui II. §. si à te. infra de uerb. oblig. ubi tex. dicit, recte fundi usufructum petā: exponit glos. petendo fundum cōsequar usufructū. Et ea suppletio in iure nostro, nō est noua. Nam & idem Pomponius in l. Labeo, infra de statu lib. uerb. uidebitur, exponit, id est, uideri poterit, dicens in l. XII. tab. uer. nocet sic accipi. Et alibi glos. in l. si rem æstimatam, infra de iur. dot. exponit uer. dederit, id est, dare cōuenierit. Et in glos. l. II. C. de fid. instr. uerb. retractas, id est, retractare intendis: multaq; id genus similia inuenias. Est porro hic argumentum pro testibus, ut non facile eorum testificata calumniētur, si suppletione aliqua, que tamen ueritatem non oppugnet, adiuuari possint.

c **¶** Fundaretur.) Et merito ciuitates legibus fundari dicuntur. Nec enim uel ciuitates, uel alij hoim conuentus, sed ne regna quidem consisterent, nisi lege fulcirentur. Proinde Cicero in

Officijs

Officij lib. II. certam uiuendi disciplinam, qua bene & beate uiueretur, legibus adscriptis, uidetur. Et Dionysius legum præceptis beari uitam hominum censuit. Quapropter Philosophus in Politicis lib. III. & alibi, sicuti rempublicam commendabat, cui lex dominaretur, ita teterrimam esse, in qua leges non pollerent. Hieronymus contra Ruffinum illud Pythagoræ exponens, coronam non carpendam: coronam, ciuitatis legem uocat. Quo nomine ciuitas Friburgum commendari iure poterit, quæ antiquata prisorum imperfectione, Rempublicorum nouis legibus municipalibus, iuri communi magna ex parte conformibus, opere nostra, superiori anno ita instruxit, ut nomine & incremento, quod bonum, faustum, & felix sit, auctius eam propagari speremus.

Friburgum.

d ¶ In tabulas eboreas.) Dionysius lib. X. & Liuius lib. III. ad finem tradunt in æs incisas fuisse. Sed & fœdera Latinorum, in columnam æneam incisa esse post Rostra, Cicero in oratione pro Cor. Balbo meminit.

e ¶ Pro Rostris.) Ante Rostra. Et est signata loquendi figura, secundum Caprum. Sic proscænium, locus ante scænam. Et Sallustius: Pro curia signum socijs dare, id est, ante curiam. Sunt autem Rostra, forum ante curiam Hostiliam, quæ Senatorum erat, ubi pulpetum porrigebatur ornatum rostris nauium ex Antiatibus captarum, ut Liuius tradit. naues autem rostratas esse nemo ignorat. Itaque decem tabulæ in foro ad curiam senatoriã affigebantur. Accursius hic in prima expositione, ueritatem uelut in tenebris affricuit. Ea tamen rostra in alium locum translata fuisse traditur, cum corpore Clodij in prædicta curia cremato, etiam ipsa curia conflagrasset, autor Asconius. Hoc est quod postea in §. post hos, dicitur: statuam Sulpitij extare pro rostris Augusti, quod ea rostra, quæ commutata fuerant, cœpta fortasse sunt nominari rostra Aug. Siquidem Augustus cū uita esset defunctus, pro rostris huiusmodi à Druso Tiberij filio laudatus fuerat, ut Suetonius scribit.

Statuta publicanda.

f ¶ Apertius.) Nota statuta esse publicanda, ut à ciuibus sciantur: id quod in pulcherrimæ nostræ urbis Constantiensis politia, quotannis sollemniter obseruatur. Liuius lib. III. ubi de ista legum publicatione disserit: Ingenti ait, hominum expectatione populo ad concionem aduocato, decem tabulas propositas esse: & quod bonum, faustum, felixque Reipub. & ipsis foret, iussisse ut publicatas legerent: se enim, quantum decem hominū ingenijs prouideri potuerit, omnibus, summis, infimisque iura æquasse, &c. Porro apud Ciceronem in lib. de Oratore, Crassus bibliothecas omnium philosophorum unum sibi libellum XII. tab. uideri dicit: ita legum fontes & capita, autoritatis pondere, & utilitatis ubertate præstare.

Cicero.

a Datumque est eis b ius c eo anno in ciuitate summum, uti & leges corrigerent, si opus esset, & interpretarentur, neque d prouocatio ab eis, sicut à reliquis magistratibus fieret. Qui ipsi animaduertentur aliquid deesse istis primis legibus: ideoque sequenti anno e alias duas ad eandem tabulas adiecerunt: & ita ex accidente appellatae sunt leges XII. tabularum. Quarum ferendarum autorem fuisse decem uiris f Hermodorum quendam Ephesium exulantem in Italia, quidam retulerunt.

Decemuiros ius.

a ¶ Datumque.) Liuius, Dionysius, Fenestella, & cæteri tradunt decemuiros cæteris dissolutis magistratibus, summa in urbe potestate polluisse, ut nec ab eis esset prouocatio: eisque ius fuisse, ex patrijs consuetudinibus & Græcis nuper allatis legibus, optima eligere, & quas scripsissent leges perpetuas fore, si & Senatus probasset, & populus firmasset. Non tamen diu eam mutationem durasse Liuius docet, quod his legum autoribus nimis luxuriantibus, res eorum citius lapsa, & consulare imperium repetitum fuerit.

b ¶ Ius.) Potestatem uel facultatem accipe: sic apud Lucanum: Iusque datum sceleri.

c ¶ Eo anno.) Anniculam eis fuisse hanc potestatem, ex historijs satis constat: ipsos tamen sub uelamento legum perficiendarum etiam altero anno electos: tertij porro anni magistratum proprio ingenio usurpasse omnes tradunt.

d ¶ Prouocatio.) Prouocationem ad populum, etiam tempore regum fuisse constat. Nam Tullo Hostilio regnante, superstitem ex Horatij, cum Curiatios, Albanos singulari certamine

mine uicisset, & Romam ingressus, sororem fata alterius ex Curiatjs sponsi sibi destinati lugentem, indignatione motus interfecisset, & propterea perduellionis reus iudicaretur, prouocatione usum fuisse inuenio: quod Titus Lilius lib. I. tradidit. Exactis post regibus, Valerius Puchicola primus lege stabiliiuit, ut aduersus magistratus prouocare liceret: hoc prouocationis remedium, in quo uno salus populi residebat, lege sublatum esse, decemuiris constitutis, textus noster docet. At uero ea decemuirali potestate euerfa, legem prouocationis populus non restituit modo, ut ait Lilius, sed etiam in posterum muniuit, nouam sanciendo legē, ne quis ullum magistratum sine prouocatione crearet: qui creasset, eum ius phasq; esset occidi, Dictatorem tamen, si quando necessitas exigeret, hac solum lege fuisse satis comperit est, ut ab eo prouocare non licuisset, de quo post dicam. Philosophus III. Polit. significare uideatur omnes solui magistratus, ubi prouocatio ad populum sit recepta.

Valerius Puchicola.

¶ **¶** Alias duas.) Quas decemuiri, cum iam potestas eorum in tyrannidem uerti cœpta esset, adiunxerunt, ne nihil fecisse uiderentur. Accur. hic colligit accidens origini præualere, l. si eadem, infra, de assessor. l. I. §. bestias, infra de postul. adducit tamen arg. contra l. si. C. de his qui ue. æta. impe. Instit. de rer. diuis. §. pauonum. Eius perplexi, quod barbari brocardum uocant, dissolutio uulgo est cognita.

¶ **¶** Hermodorum.) Cicero lib. V. Tus. quæst. hunc Hermodorum principē Ephesiorum fuisse scribit. Cuius integram uitā, quia Ephesij uitij corruptissimi, ferre non poterant, in exilium egisse traduntur: dicentes neminē apud se uirū frugi uiuere passuros. Quapropter Heraclitus (ut est apud Ciceronem loco prædicto) uniuersos ait Ephesios esse morte multandos, quod cum ciuitate expellerent Hermodorum uirum bonum, ita locuti sunt: Nemo de nobis unus excellat, sed si quis extiterit, alio in loco & apud alios sit: quā rē & Aristidi obiectam, Probus Aemilius scribit. Cum em̄ decennali exilio multatus, causam inquiret, responsum dicit: displicuisse quod elaboraret, ut præter cæteros iustus appellaretur. Tiberius Cæsar, licet uitia odisset, eminentes tamen uirtutes non sectabatur: testis Cornelius Tacitus lib. I. ad si. Helio gabalus turpissimus Romanorum imperator, ideo infensus fuisse Alexandro adoptato legitur, quod impudicus non esset: qui tyrānus & Vlpianum officio suo remouit, quod esset uir bonus, autor Lampridius. Cicero ad Lentulum scribens: Romani, inquit, in principibus te esse facile passi sunt, euolare altius noluerunt. Et in oratione pro Cornelio Balbo, Seculi sui labem esse inquit & maculam, uirtuti inuidere, ipsumq; florem dignitatis infringere: adeo omnis excellētia multitudini est infensa. Huius Hermodori Strabo lib. XIII. meminit, qui dicit eum leges quasdam Romanis uideri scripsisse. Plin. q; lib. XXXIII. statuā Hermodori Ephesij, legum decemuiralium interpretis, in comitio publice dicatam docet. Lilius lib. III. Dionysius lib. X. de hoc Hermodoro nihil meminerunt: duas tamen legum tabulas, parte sequentis anni transacta, adiectas fuisse scribunt, in quibus una de maritandis ordinibus scripta erat, quæ Patricios cum plebeis matrimonio coniungi uetuit. Bal. hic cū ignoreret historias male colligit ar. ab Hermodoro ad Bannitos, cum n̄ iuste excludantur, ille iniuste exulauerit. Idem pari errore labitur in l. cum quædam, infra de iur. om. iud. ubi putabat eum qui in ciuitate sua facinus patrasset, si in alium locum peruenisset, accusari de crimine non posse, exemplo Hermodori: sed errasse eum hoc exemplo superiora probant. Dicebat Apollonius ad Ionas lib. III. Philostrati: Bonos uiros quocunq; terrarum peragrarent, præclaros uideri, esseq; Ioui similes. Et Socrates in Apologia Platonis: Viro bono nihil mali accidere posse, neq; uiuenti, neq; defuncto, neq; res illius a dijs negligi.

Additio. Græcū Iulium uirum egregium Xerxes occidit ob hoc unum, qd melior uir erat, quā se quenquā tyrāno expedit, autor Seneca lib. II. de beneficijs.

¶ **¶** His legibus latis, cœpit (ut b naturaliter euenire solet) ut interpretatio desideraret c prudentium auctoritatem, necessariamq; d disputationem fori.

¶ **¶** His legibus.) Quæ modicæ erant: eas em̄ duodecim tabularum libello contineri, Crassus & Cæcilius docuere. Sed certe sicuti flumina magna uides paruis de fontibus orta, ita ex modicissimis origine, tā uasta succreuit immēstas, ut Tertul. squalentem legum syluam principalibus rescriptis, tanquam securibus truncatam tradiderit. Et erat tamen magna eo tunc in legibus scribendis & interpretandis peritia: siquidem omnem propē Philosophiam Iurisconsulti complexi uidentur. Quæ per Iouem nunc esset utilitas, imò necessitas, effusos istos com-

Tertullianus. Commentariorum uasta immensitas.

istos commentarios coercere, qui peritiæ ne, an tenebrarum plus habeant, emunctus homo facile iudicabit, qui eos euoluit: Disputationum enim contrariarum sarcina onerati, sæpenumero plus ostentationis præ se ferunt, quàm doctrinæ. Strabo lib. VI. dicebat eos quibus plurimæ leges adessent, uiuendi ritu deprauatos esse: recte, sicut quibus plures adsunt medici, eis per multas adesse ægritudines. paria & Socrates (ut Plato scribit) iussisse dicitur: uetuit enim, ne iudices & medici in ciuitate multiplicarentur. Et sanè argumentum eius sententiæ nobis res Romana præstabit, quæ initio modicis legibus steterat, post uero legum gliscente copia defecit. Nutriuntur aduocatorum nequitia commentariorum pelago, ut dum quisque scribentium nouare ex ingenio pergit, ansam sæpenumero iuris premèdi aduocatis præstat: qui foras uenenant, iudices ludificantur, quietem turbant, rerum pub. collegia, statum, ordinem, instituta euertere contendunt, dijs exosi & hominibus.

Medicorum
multitudo
prohibetur.

b ¶ Naturaliter.) Suo quæque sensu abundare, Apostolus dicebat. Et Perius, Velle suum cuique esse: & tot mores pectoribus, quot in orbe figuras., Quid. cecinit. Quod licet in omnibus naturaliter eueniat, tamen in legibus XII. tab. sua etiam cōditio exigebat. Necdum enim manus eis extrema imposta erat, cum decem uiri magistratu abire iuberentur, ut interpretatio in re parum absoluta, merito desideratur.

c ¶ Prudentum.) Non ociose dicitur prudentum autoritatem exigi: ista enim interpretatio non tam desiderabat prudentes (licet id maxime) quàm eorum autoritatem. Ex quo nimirum significatur, legum interpretandarum ius non esse etiam prudentibus, si desit autoritas.

Forum

d ¶ Disputationem fori.) No. forum iudiciale sua loci natura disceptationibus exponi, pascua me Hercule uberrima aduocatorum, quibus, cum clientum iactura, pinguescant. Porro argu. habes, forense illud dicendi genus, quod apud Rhetores tractatur, in primis, legum stare peritia. Forum autem neutro genere, apud latinòs authores inuenias, ne Isidoro subscribas, qui sub masculino usurpat, quod & Papa male sequitur in uulg. c. forus, de uerb. sig.

Hæc disputatio & hoc ius quod sine scripto uenit, compositum à prudentibus, propria parte aliqua non appellatur, ut cæteræ partes iuris suis nominibus designantur, sed communi nomine ius ciuile appellatur.

* Sine scripto.) Ergo consuetudo erat, quod series textus non patitur. Sed dic sine scripto uenisse ab initio, postea uero memoriæ causa, compositam fuisse eam fori disputationem. Simile est in testamento nuncupatio, quod licet in scripturam redigatur, nihilominus tamen sine scripto uenisse dicitur. fa. l. qui testamento. §. si. ibi glos. infra de testa.

b ¶ Propria parte.) Intelligas sicut ius Papirianum, Flauianum, lex curiata, lex. XII. tab. & postea ius prætorium, plebiscita, proprijs appellantur nominibus: ita hæc fori disputatio speciale nomen non induerat, sed sub simplici uocabulo iuris ciuilis relinquebatur. Vbi colligis aliud esse ius ciuile, quod iuris partes continet: aliud quod solam fori disputationem respicit, fa. quæ uulgo de adoptione, in genere & specie dicuntur. l. i. infra de adop.

Non est operæ precium hic adijcere quandam interpretationem Domini Zasio uerbis subditicis, Olden.

Ius ignominiosum.

¶ Sed communi.) Habes hic euidentis arg. quædam sub incerto & indeterminato nomine relinqui. Hoc enim ius ciuile, de quo hic textus loquitur, nec lex est, nec edictum, nec constitutio, nec plebiscitum, nec etiam responsis prudentum (ut quidam putauerunt) adnumeratur: de quibus postea dicam: nec alicui omnino parti iuris applicari poterit, sed simpliciter, & uelut sine specifico nomine ius ciuile dicitur: Subest tamè ei iuri ciuili, quod genus est ad iuris partes: de quo fit mentio Instit. de iur. nat. gen. & ci. §. scriptum, ut supra in alia glos. diximus. Sic alias aliqua ultima uoluntas sine certo nomine inuenitur, quæ nec testamentum sit, nec codicilli, &c. de quo est notabilis glos. in l. licet, in fi. C. de pact. licet Alex. in l. III. §. si. infra de acquir. poss. aliter intelligat: quod tamen suo loco reprobauimus. Sic & cum seruitutes sint aut reales, aut personales, tamen & innominata seruitus recipitur, l. ut pomum, infra de seruit. sic & anomalous hæres est, ut docet Accurs. Insti. de eo cui lib. cau. cum similibus. Ex prædictis nuper diximus, Doctorem qui scholaribus iudex datur, per autem. habita, esse innominatum, id est, relinqui sub communi uocabulo iudicis. Nam nec arbiter est, quia non electus: nec de legatus, quia propriam habet iurisdictionem: nec ordinarius, quia iure magistratus, quem

Ultima uoluntas anonyma. Seruitus anonyma.

Intellectus ad autem. habita. C. ne ill. propa.

nullum

Nullum habet, hæc iudicandi potestas non uenit: sed specialiter à lege datur: nisi dicas delegatum à lege esse, ut in simili colligunt glo. & Doctores, in l. III. §. duas, infra de dam. infect. & c. ad abolendam, de hære. Sali. in uulga. auren. habita, putat ordinarium esse: sed non uideo quomodo, cum certis tantum personis detur, & non iure magistratus: sed nec delegare potest: igitur si innominatum putes, forte non errabis.

Deinde ex his legibus eodem ^a ferè tempore, ^b actiones compositæ sunt, quibus homines inter se disceptarent: quas actiones ne populus prout uellet, institueret, & ^c certas, ^d & solennes esse uoluerit. Et appellatur hæc pars iuris, legis actiones, & ita eodem pene tempore tria hæc iura nata sunt, leges duodecim tab. ex his coepit fluere ius ciuile: ex hisdem legibus actiones compositæ sunt.

^a ¶ Ferè.) Nō intelligas actiones feras, id est, crudeles fuisse, ut Accurs. opinatur: hoc enim contextus nec elegancia recipit, licet non ne gem actionum formulas strictas fuisse, ut statim dicitur. Sub aduerbio igitur lege ferè, id est, quasi eodem tempore, quo fori disputatio emerfit, actiones sua solennia induisse. Quod certe necesse erat: peritorum enim disputatio peperit, ut actionum, seu intentionum morbi (quod uitium rudis ante populus non perpenderat) iustificarentur.

^b ¶ Actiones compositæ sunt.) Non dicit inuentas esse de iure ciuili. Et sic est arg. contra Bart. in l. frater à fratre, infra de condict. indeb. in l. ita stipulatus, infra de uerb. oblig. & alibi, qui per hunc textum actiones de iure ciuili esse inuentas opinatur. Sicut enim de iure gentium iudicia uiguere, quod supra ostendimus, & innumeris posset exemplis comprobari, ita & actiones esse oportuit. Sed quia ante leges XII. tab. legitima agendi series non fuerat, utpote quod pro cuiusq; arbitrio ruditer ageretur, iniectum est frenum, actionesq; ante informes, compositæ, ordineq; positæ sunt, ne populus, prout uellet, institueret.

^c ¶ Certas.) Satis constat, quasdam actionum formulas traditas, quarum ductu in iudicijs experiendum fuerat: ut qui extra causam petisset, lege XII. tab. causa caderet: qui uero formulas non serualet præscriptas, formula excidisse diceretur. Quint. lib. VII. ex Antonio docuit, periculosum esse, si cum uno forte sit uerbo erratum, causa caderetur. Proinde in oratione pro Cecinna, cum Ebutius cōtrouerteret se non deiecisse Cecinam fundo, sed obstitisse intranti: Cicero in ea tota oratione elegantissima, à uerbis recedendū, & æquitate iuris utendum docet, ne non in æquitate defensionis, sed in una litera ius latuisse uideatur: nec enim sermonem quotidianum cohære, si uerba inter nos aucupemur. Claudius imperator apud Suet. ijs qui plus petendo formula excidissent, actiones restituit: huiusmodi tamen uerborū aucupia constitutione Constantiniana abierunt, ut l. j. C. de formu. subla. Quamuis ex aduersariis nonnulli calumniari adhuc iura partium pergant super formulis, quas uel ex glossis, uel commentis deprehenderunt: ita disceptantes, ut si etiam de facti ueritate constet, formularia tamen uerba non esse adseruata, toto oro uociferentur. Deniq; & statutorum municipalium uerba, uis, tenor, iam ab ætate Bartoli, & amplius, sub incude æstuat, uelut in Cyclosum officina: quo significato, qua forma, quo tandem effectu fabricentur. Controuertunt ociosi homines, qui tonsor uenas in palatio incidat, sanguinemue ex delicto cōtra statuta fudisse dicat: & qui super proprietate experitur, probauerit autem de utili dominio, an succubere debeat: & multa id genus ex uerborum aucupijs procedentia: in quibus non solum bonas horas male collocari, sed & oleum & lucernam perdi uideas.

^d ¶ Et solennes.) Quasi præscripto & instituto quodam receptas, ut solæ seruaentur. A solo enim, ut dicit Sex. Pomp. solenne uenit, uel à solito: unde quæ certa sunt obseruatione constituta, solennia nominamus. Apud Iuriscon. solennia munera sunt, quæ certo tempore ex moribus mittebatur. l. cum plures §. cum tutor. infra de admini. tutor. Et Tito Liuius, Idus Maiæ incundis magistratibus solennes fuere.

Omniū tamen ^a harum, & interpretandi scientia & ^b actiones, apud collegiū ^c Pontificum erant, ^d ex quibus constituebatur, quis quoquo anno præset ^e priuatus, & ferè populus prope annis centum hac consuetudine usus est.

I Harum

a ¶ (Harum.) Intelligas duodecim tabularum, & disputationis fori. Et dic scientiam interpretandi prædictas XII. tabulas & disputationes, deniq; & actiones, earumq; formandarum auctoritatem apud ipsos fuisse pontifices. Cicero in oratione ad pontifices pro domo sua, diuinitus institutum esse testificatur, quod eosdem religionibus deorum immortalium, & summa Reip. præesse uoluere. Sic olim Panchi populi, sacerdotes eorum constituere omnium duces, quibus & controuersiarum iudicia, & publicarum rerū arbitria permessa sunt. Sed & apud Aegyptios, sacerdotes secundum post reges, honoris dignitatisq; locum tenent: autor Diodorus Siculus lib. II. & lib. VII. Galli quoq; Dryidas (sic eorum sacerdotes nominant) iustissimos existimarūt: quorū fidei priuata & publica cōmisere: autor Strabo lib. III. Apud ueteres Germanos, cum in acie prodissent, nemini nec animaduertere, neq; uincire, nec uerberare, nisi sacerdotibus permillum erat: uelut deo imperante, quæ adesse bellantibus credebant: fuitq; sacerdotibus iuxta ac regibus & principib. honor habitus, testis Cor. Tacitus in lib. de moribus Germanorum. Dicebat Indus ad Socratem, uix quenquā nouisse res humanas, qui diuinas cognitās nō habuerit: ut scribit Eusebius Pamphili lib. XI. Laurus triumphalis arbor, Pontificum & Cæsarum domos ornabat, Plinius lib. XV.

Sacerdotes Gallorum.

Eusebius.

b ¶ (Actiones.) Pontificum enim erat officium declarare, quæ cuiq; negotio actio competere: fuerat que moribus receptum, ut non ante agere licuisset, quàm agendi formula impetraretur: quod tamen cōstitutione Constantini tam est salubriter abolitum, q̄ fuit cum iactura litigantium inuentum, l. II. C. de form. subla. Cicero in quadam epistola ad Sulpitium, subungere uidetur, quod eandem rem diuersis formulis Iurisconsulti tractarent. Fuere ex Doctoribus nostris aliqui qui putabant prætorem suo decreto tribuere actiones, moti ex l. si finita. §. eleganter, infra de dam. infect. Sed illi textum iuris non intellexerunt.

Pontificum munus.

c ¶ (Pontificum.) Apud Titum Liuium lib. I. & Dionysium lib. II. traditur pontifices à Numā Pompilio secundo Romanorum rege institutos, eisq; sacra omnia exscripta, exsignata & attributa: quibus hostijs, quibus diebus, ad quæ templa, sacra fierent: fuisse apud eos omnium publicorum & priuatorum sacrorum curam, adstrictamq; plebem ab eis consilia petere, ne quid diuini iuris (negligendo patrios ritus, peregrinosq; constituendo) turbaretur. Enarratores enim & prophetas, imò & iudices fuisse eorum, quæ ad sacra pertinerent. Porro & qui dies fasti, qui nefasti, quando solis & lunæ defectus, quæ anni temporumue rationes essent, ab eis declarabatur. Hinc certe euidentis argumentum sumi uidetur, quod qui sacrarum rerum enarratores sunt, ut Theologi, humanarum etiam eruditione ornatos esse oportere. Quod & Beda uidetur recepisse, in. c. turbat. XXXVII. dist. Argumento sunt Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, & alij uiri insignes non pauci.

d ¶ (Ex quibus.) Pontificibus, ut Accursius exponit. uel dic ex quibus, legibus. XII. tabula. alijsq; supra scriptis. Tam enim fecundæ sanctionis, prædictæ. XII. tabulæ fuere, ut Phaurinus apud Gellium se non minus cupidè eas, quàm decem Platonis de legibus libros legere asseruit.

e ¶ (Priuatis.) Subaudi & publicis. Omnia enim ista, quæ uel diuina uel humana concernant, maxime quæ uel ex dictis XII. tab. uel ex temporum, aut dierum ratione constarent, pontificum iussis expediebantur. Vel uerius expone, priuatis, scilicet negocijs, quæ controuersijs fortasse subiecta fuere. Satis enim credibile est, pontifices succedaneum aliquem præfecisse, qui quoquo anno actionibus moderandis præset: ne ipsi, quos maior sacrorum cura maneret, prophanis istis impedirentur. Ex quo textu, delegationis iam antiquitus factæ uestigia colligi posse uidentur.

¶ (Additio.) (Impertinens est prior pars huius gloss. cum uerus textus non priuatis, sed priuatus habeat, ut sit sensus, quis priuatus præset, &c. proinde finis huius gloss. huc fortasse ac commodari posset.)

Postea cum **a** Appius Claudius proposuisset, & ad formā redegisset has **b** actiones, **c** Cn. Flauius **d** scriba eius, libertini filius, subreptum librum populo tradidit: & adeo **e** gratum fuit id munus populo, ut **f** tribunus plebis fieret, & **g** senator, & **h** ædilis

& ædilis curulis: hinc liber qui^b actiones continet, appellatur ius ciuile Flauianum, sicut^c & illud Ius ciuile Papirianum. Nam nec Cn. Flauius de suo quicquam^k adiecit libro.

^a ¶ Appius.) Non ille qui decemuir fuerat, cuius supra meminimus: sed ex descendenti- bus suis hic posterior Appius fuit, centum & amplius annis post priorem Appium: de quo & postea suo loco latius dicemus.

^b ¶ Actiones.) Non eas solum, sed legem XII. tab. & dierum, temporumue rationes & fastos: quæ omnia iure ciuili continebantur: ut in sequenti glossa patebit.

^c ¶ Cn. Flauius.) Hanc historiam uulgo notã esse credo: de qua sic loquitur Valerius libro secundo: Ius ciuile per multa secula inter sacra, cæremoniasq; deorum immortalium abditum, solisq; pontificibus notum, Cn. Flauius, libertino patre genitus, & scriba, cum ingenti nobilitatis indignatione, factus ædilis curulis uulgauit, & fastos penè toto foro exposuit. Quo loco Oliuerius neminem præter pontifices, iuris ciuilis sciẽtiã habuisse dicit. Cicero in oratione pro L. Murena, mysteria iuris paucos sciuisse tradit, eosq; qui consulerentur, post se lege agi, an non posset, in magna fuisse potentia: à quibus etiã dies tanquam à Chal- dæis peterentur: inuentum tamen scribam quendam Cn. Flauium, qui cornicum oculos cõ- figens, singulis diebus addiscendos fastos populo proposuerit: & ab ipsis Iurisconsultis sapientiam eorum compilarit. Cõfixisse cornicum oculos, prouerbio dixit, quod & idem Ci- cero in oratione pro L. Flacco ad si. usurpabat: quasi nouo hoc inuento, ueterum eruditionẽ, quæ admirationi habebatur, ingnobiliorẽ redditã esse significaret: ut doctissimus nostrẽ ætatis uir Erasmus Roterodamus in Adagijs suis interpretatur. Item & Titus Liuius libro IX. ad finem, Cn. Flauium ædilem à forensi factione creatum scribit, quod ius ciuile in pene- tralibus pontificum repositum euulgasset, & fastos circa forum in albo proposuisset. Eius rei gestæ etiã Plinius libro XXXIII. meminit: qui Cn. Flauium Appij scribam dies fastos publicasse dicit, & ob hoc ædilem curulem, & demũ tribunum plebis creatum: quo facto tanta senatum indignatiõẽ exarsisse, ut anulos multi abijcerent. Valerius libro nono id facti- ratum esse, dum prætor crearetur, scribit.

Valerius.

Cornicum oculos cõ- figere.

^d ¶ Scriba.) Scribam commendat memoria, scientia, consuetudo, celeritas scribendi: testis Cicero in oratione pro P. Sylla. adde & fidem. Erat apud Græcos honorificum scribæ mu- nus: nemo enim (ut est testis Aemilius Probus) ad id officium admittebatur, nisi honesto lo- co, & fide, & industria cognita: cum necesse sit omnium cõsiliõrum eũ esse participem. Itaq; Eumenes Cardianus scriba Philippi regis, & post Alexandri magni, tanta creuit honoris e- minentia, ut inter primos Græciæ principes, post mortem Alexandri, integritate & bellica- rum rerum gloria fulgeret. Cuius insigne dictum apud Plutarchum legitur: se uitam potius positurum esse, q̃ fidem. Sic & regis Persenæ scriba eo splendore fuit, ut à rege ipso non ad- modum differret, imò pro rege à Scæuola interficeretur. Romani tamen scribarum officia non ita honorata, sed uelut mercenaria (ut docet Aemilius) arbitrabantur. Scribarum ordi- nem immoderatius excedentem, Cato Uticensis quæstor coërcuit. Cum enim leges Roma- nas, & publicas scripturas in manu haberent, quæstorium magistratũ, ut qui pleriq; ab adu- lescentibus gereretur, ita gubernabant, ut ipsi planè magistratus esse uideretur: quos Cato re- pressit, ministrorumq; locum tenere coëgit: quod amplè Plutarchus prosequitur. Quæsto- rum scribæ ex bonis ciuium publicatis non parũ quæstum fecisse traduntur: id quod in Cor- nelio scriba L. Syllæ, qui postea Cæsaris quæstor erat, crimini datum est: autores Cicero lib. II. Offi. & Lepidus in oratione quæ apud Sallustium legitur. Eam ob rem lex Clodia emer- se putatur, quæ eos negociari uetuit: ut est apud Suetonium in Domitiano. Cæterum Cicero in oratione pro domo sua, scribarum integritatem commendat: qui cum in rationibus & mo- nimentis publicis uersarentur, ipsius in rempublicam beneficia, eorum iudicio & decreto de- clarassent. Sed & Dionysius Halicar. lib. III. & Capitolinus in Gordianis, scribas eo nomi- ne commendat, quòd rerũ gestarũ summam scite cõplectantur. Olim Neronis Drusi im- peratoris charissimi corpus, scribarũ decuriæ ad urbem deuexerunt: testis Suetonius. Deni- que Cicereus scriba Scipionis Africani, adiuuasse eiusdem Scipionis filium legitur ad prætu- ram consequendam, quæ eidem Cicero destinabatur: testis Valerius lib. III. Catonẽ censo-

Scribarũ cõ- mendatio.

Lex Clodia

rium sui scribæ Salonij filiam in matrimonium duxisse, Plutarchus testatur. Quos antiquitas scribas, Græci archigramateos uocant. Andreas Alcatus uir doctissimus, iurisq; civilis illustrator egregius, in rub. C. de primice. lib. XII. scribā principis, primicerium nominari docet, iustis referens autoribus: nostra ætas cancellarios nominat: quod nomen latinitate donauit Flavius Vopiscus, cum in Carino imperatore scribit, unum ex cancellarijs ab eo præfectum urbi creatum. Porro & Diocletianum imperatorem scribæ filium fuisse pleriq; tradiderunt: autor Eutropius. Sed & Iouinianus ex primicerio domesticorum Imperator factus est: teste Eusebio: ut tradidit Alcatus. Et certe quicquid Romana uetustas statuerit, principum scribas (sue eos cancellarios, siue secretarios, siue sacri scrini proximos, siue libellorum magistrōs nomines) magni semper apud principes momenti fuisse manifestum est. Nam & Papinianus sub Seuero, & Ulpianus sub Alexandro principibus: ille libellos, hic scrinia moderati sunt. Et ascendit cancellarij dignitas, adeo ut ex electoribus Romani imperatoris, unus sit imperij cancellarius. Constitutiones quoq; principum, multis eos qui sacri scrini proximi sunt, ornatum priuilegijs: nam ea dignitate funguntur, qua uicarij principis. Accessus ad principem eis semper conceditur. Et est eis potestas sedendi cum iudicibus. Ad extraordinaria, uel tributa, uel munera, nec ipsi, nec liberi, neue alij de familia coguntur. Et qui diu secretariorum officio functi cum fide fuerint, sacri palatii comitis eis dignitas prærogatur. Quas in prouincia domus habet, hospitibus accipiendi onere non grauantur. In iudicium uocati non satis dabitur. Ab officijs dimissi, omnibus his, qui post ad regendas prouincias sunt assumpti, præferuntur. Palatina eorum bona, ex pari castrensibus accedunt peculijs: hæc cognosci conueniet ex l. i. l. ij. l. iubemus. l. peculiam l. proximos l. in sacris II. in sacris III. C. de prox. sac. scri. lib. XII. l. j. & ij. C. de priui. eorum qui in sacro palatio mil. eo. lib. & l. l. C. de castr. om. palati. pecul. eo. lib. ubi pulchra uerba ponunt, cum alijs multis priuilegijs, quæ colligi ex iure poterunt. Deniq; Cassiodorus (ut etiam Alcatus uir inter iuris professores doctissimus allegat) primicerium insigni fuisse eminentia scribit. Eius enim dignitati prouinciarum iudices subiacuissent, nec fuisse rem ullam perfectam, cui pro solennibus primicerij non accesserit autoritas: & quæ ibi sequuntur.

Andr. Alcatus.

Imperij cancellarius.

Archigrammateorum priuilegia & immunitates.

Vere gratias, ex Cicero.

e ¶ Gratum.) Eum uere ciuilem, gratumq; esse, Cicero de Oratore docet, si omnia quæ faciat, grata sint, ipse tamen nihil gratiæ causa faciat. Quod certe in Cn. Flauio recipere non auisim, ut qui gratiam à populo uenari uoluisset creditur.

Plato.

f ¶ Tribunus.) Accursius hic lucra ex dolo uenisse colligit, arg. l. Titio, in fi. l. respons. infra ad muni. l. intestato. §. is plane. infra de suis & legit. Arg. tamen contra in l. si quis seruo. C. de furt. Sed certe hunc scribam, quamuis male à nobilitate audierit à dolo excusamus: qui quod ad omnes ciues pertinebat, omnibus exposuit. Nec enim dissimulari & occultari debere, teste Cypriano, quibus quisq; regi possit & instrui. Sic & Socrates apud Platonem in Protagora, ciuilem uirtutem ad omnes pertinere uoluit, omnesq; ad eos admittendos esse, ne si alteri ab altero traderetur, uiri optimates tam preciosam rem, suis quodam uelut hæditario iure relinquerent. Quod quidem à Romanis factitatum esse, supra docuimus. Eos tamen omnibus uerberibus dignos esse putamus, qui iuris ciuilem scientiam, quam ne à uestibulo quidem unquam cognouerunt, in linguam uernaculam, & nescio in quos ludos traducere pergunt: quibus non satis est, quod ipsi sint omnibus numeris imperiti, nisi & alios infantere faciant.

g ¶ Senator.) Ideo forte senatorem dicit, quod cum tribunus plebis creatus esset, senatus habendi, senatusq; consultum faciendi ius erat: licet ante Atinium plebiscitum, tribuni senatores non essent: ut docet. A. Gell. lib. XIII.

Fasti. Nefasti.

b ¶ Actiones.) Adde & l. XII. tab. aliaq; iuris ciuilem arcana, cum diebus fastis atq; nefastis. Sunt enim fasti dies, quibus diuina humanaq; agere licebat: nam & in eis feriæ inerant. Nefasti, quos ominosos antiquitas putabat, quidam ex nostris Aegyptios, uel reiectios nominant: de qua re latius apud Ouidium primo Fastorum: & Macrobiū lib. I. Saturnaliū. Fastos autem numero pluratiuo, Festus Pompeius libros esse dicit, quibus totius anni fit descriptio, & causæ festiuitatum explicantur: uulgo Caledaria uocat: quo tamē uocabulo libros debitorum appellari in iure nostro, plusquam notum est.

Caledaria.

i ¶ Ille.) Liber Papij, de quo supra meminerat Iuriconsultus. Natura enim huius pronomini est, ut remotiora referat: sicut sub pronomine, hic, propiora referuntur.

¶ Adie-

a ¶ Adiecit.) Hunc tex. allegat Accurs. in l. licet. C. de acquir. poss. pro opi. Azo. qui tenuit unam tantum esse possessionem, quæ corpore & animo acquiritur: eamq; propterea, q; per ius approbaretur, etiã ciuilem nominari posse. Nos cū eundem titulum infra ff. eo. legeremus, dictam opinionẽ Azonis contra cõmunem defendimus: ut scilicet naturalis & ciuilis, non specie ^a sed qualitate differant. Si enim ciuilis possessio in ænigmate naturalem repræsentat, ut teneat gloss. in l. iij. §. ex contrario. eo. tit. uel si ex retentiõẽ naturalis, ciuilis inquitatur: ut tenuisse uidetur glos. in l. clam. §. si. eo. tit. non esse uerisimile duo illa re ipsa & specie differre, deniq; naturalem possessionem amitti animo non posse, ut retineatur ciuilis: nec è diuerso, d. l. iij. §. in amittenda. §. saltus. eo. tit. necessario consequens esse, quod nulla sit in eis realis uel specifica disseparatio: tunc enim altera sine altera amitti animo posset, cum ea sit separatorum ratio, ut alterum sine altero possit & destriui & consistere, l. j. in fi. infra de calum. Quæ ratio, & nonnulla præterea fundamenta alio loco adducta, mihi ob signatis tabulis pugnare uidetur: scio tamen quid cõmunis opinio sentiat, quã suæ relinquimus alegg, dum noueris aliud esse optnari, aliud uerum asserere. Posses. ciuil. & natura. non differre specie.

a ¶ Additio.) Et id ipsum Alciatus, uir eminẽtis doctrinæ, tenuit, in l. quæstio, ad fi. de uerb. sig. cū dicit possessionis duplicẽ esse rationẽ seu qualitã: ut ibi latius per eum.

a Augescente ciuitate, & qui ^b aderant, quædam genera agendi cõposuerunt: nec post multum temporis spacium, ^c Sextus Aelius alias actiones composuit, & librum ^d populo dedit, qui appellatur ius Aelianum.

a ¶ Augescẽte.) Supra fati declarauimus uigorẽ ciuitatis, non ex inutilis populi, sed ex bonorũ uirorũ præsentia, colligi posse: qui ad munera obeunda, ac res gerendas sunt idonei.

b ¶ Aderant.) Prudentes Romani. Cicero in dicta oratiõẽ pro L. Murena, potẽtiores, apud quos ius ciuile recõdebatur, ea Flauij diuulgatione iratos, & simul uerentes, ne dierum rationes peruulgatæ, sine eis lege agi posset, uerba quædam solennia composuisse scribit, ut omnibus rebus ipsi interessent. Hoc textus præsens significare uidetur.

c ¶ Sextus Aelius.) Hunc Crassus in oratore Ciceronis, amplissimũ & clarissimum uirum nominat: quẽ & propter iuris ciuilis scientiã, summus poëta Ennius celebrauerit hoc carmine: Egregie cordatus homo Catus Aelius Sextus. cuius etiam Cicero primo Tuscul. quæst. meminit. Dicebatur Aelius Catus à sapientia, acumine & prudentia. Catum enim, acutũ ^{Catus.} Sabini dixerunt: uel ut Varroni & Porphyriõni placuit, pro experto & docto, catus accipitur. Aeliorum familia, licet primæ inter Patricios nobilitatis, pauper tamen & tenui censu erat, rerum gestarum gloria quã diuitijs clarior: ut docuit Valerius lib. iij.

d ¶ Populo. Arg. quod libri, quibus iuris ciuilis scientia continetur, Romano principi sunt dedicandi: tum quod omne ius ab eo, tanquã à fonte emanet: tum quoq; quod stabili autoritate nituntur, quæ à principe in eo genere probata fuerint.

Deinde cū esset in ciuitate lex XII. tab. & ius ciuile, essent & legis actiones, euenit ^a ut plebs in discordiam cum patribus perueniret, & secederet, ^b sibiq; iura constitueret, quæ plebiscita uocantur. ^c Mox cū reuocata est plebs, quia multæ discordiæ nascebantur de his plebiscitis, pro legibus placuit & ea obseruari, ^d lege Hortensia & ita factum est, ut inter plebiscita & leges ^e species cõstituendũ interesset, potestas esset eadem.

a ¶ Ut plebs secederet.) Plebem à nobilibus secessisse, post late dicitur. Sed tex. hic de secunda loquitur, quæ autore Virginio facta est: quod ipsum postea patebit.

b ¶ Sibiq; iura constitueret.) Id est, facultatem constituendi iuris acquireret, tribunicios magistratus reficiendo, per quos, dum necessitas exposceret, plebiscita fierẽt: in ea enim secessione plebem iura constituisse nusquam legimus, ut ita text. per transumptionem intelligatur. Arg. pro testium dictis saluandis, si in facto principali non labantur, etiam si circa qualitates minutulas uariarint.

c ¶ Mox.) Ad interualla temporũ accipe, non pro confestim: nam secunda secessione, quæ post primã fuit, plebiscitis ea data est autoritas, quã textus memorat: quod tamẽ gloss. sequẽs

I 3 latius

latius tractabit. Superuacane laborant doctores in plerisque locis iuris nostri, in uerb. mox quid importet: cum apud Latinos scriptores pro postea sumatur: quod secundum cuiusque rei naturam, uel plus uel minus temporis recipit.

d ¶ (Lege Hortensia.) A. Gellius lib. XV. Lælij Felicis meminit, qui ad Quintum Mutium scribens, tradit tribunicis rogationibus patricios non fuisse adstrictos, donec Q. Hortensius dictator eam legem tulit, ut eo iure quod plebs statuisset, omnes Quirites tenerentur. Quod & Plinius lib. XVI. attigit. sic enim inquit: Quintus Hortensius dictator, cum plebs secessisset in Ianiculum, legem in Aesculeto tulit, ut ad id quod iussisset, omnes Quirites tenerentur. Ceterum apud T. Liuium, lib. ij. inuenio secunda secessione plebis eam legem constitutam fuisse. Nam L. Valerio, & M. Horatio Cos, cum in controuerso iure esset, tenereturne patres plebiscitis, eosdem consules omnium primum tulisse legem centuriatis comitijs, ut quod tribuni plebis iussissent, populum teneret: qua lege tribunicis rogationibus acerrimum telum datum esse. Possunt utraq; uera esse, quod fortasse primo aliquo initio coeptum, postea perfectum fuerit.

Lex Hortensia.

Species.

e ¶ (Species.) Originis qualitas, status, conditio. sic enim in eo uocabulo Latini autores utuntur. Cicero. Quæ autem specie quadam utilitatis. fa. l. proponebatur, in fi. infra de iud. cum similibus.

Deinde quia **a** difficile plebs conuenire coepit, **b** populus certo multo difficilius in tanta turba hominum, necessitas ipsa curam Reip. **c** ad senatum deduxit: & ita coepit senatus se **d** interponere: & quicquid constituisset, obseruabatur: idque ius appellabatur **e** Senatusconsultum.

a ¶ (Difficile.) Notat Accur. uniuersitatem, uel plures difficile consentire: & fa. l. j. §. fi. infra de acquir. poss. l. j. §. sed an omnino, infra de liber. uniuers. l. item si unus. §. fi. infra de arbitr. arg. contra infra quod met. causa. l. metum. §. animaduertendum. & fa. ad hunc. §. Instit. de iur. nat. §. senatusconsultum. & in auten. de referen. §. de. colla. ij.

b ¶ (Populus.) Quid differat plebs à populo, habetur Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. plebiscitum. Populum autem antiquitus, cornu seu buccina in concionem uocatum fuisse tradit Dionysius: quippe fieri non poterat, ut paruo tempore tanta multitudo per nomenclatores uocaretur.

c ¶ (Ad senatum.) Romulus cum nouam suam ciuitatem uiribus & robore iuuenum munitam cerneret, ut eam & consilij ope fulciret, centum numero elegit, quos ob honorē patres, ob ætatem senatores appellauit: quorum posteritas per genituram propagata, Patricij appellati. Hunc ordinem Tullus rex ex Albanis suppleuit: Brutus autem primus consul, expulsor regum, primores equestris ordinis senatoribus adscribi fecit: qui ob id conscripti patres nominati sunt. Senatus haberi, nisi per maiores magistratus, non potuit: & nec ullo alio loco, nisi augurato: quæ tēpla nominant. Locus consuetus senatus conueniendi, curia Hostilia fuit. Ante solis exortum, & post occasum, senatum habere non licuit: & erat necesse, prius sacra dijs fieri: quæ, & alia multa apud Fenestellam inuenias. & apud A. Gellium lib. XIII. Accurs. in l. fi. infra de senator. Senatores centumuirali iudicio expendebat, inepte prorsus: crassam enim inter utrunque ordinem differentiam fuisse, nemini ex peritis potest esse incognitum: cum centumuirali iudicij, senatores curæ Reip. præessent: ut postea docebitur.

Patres. Senatores. Patricij. Per quos, ubi, & quando Senatus haberi solitus sit.

d ¶ (Interponere.) Quæri posset, quæ necessitas curam reipub. ad senatum deduxerit: aut cur interponere se coeperint, cum ab initio apud eum ordinem, ea reip. cura fuerit: mandatū enim eis ciuitatis tutelam fuisse, Dionysius lib. ij. scribit. & ait Fenestella, ad eum semper totius reip. summam penes senatum fuisse, ut ne reges quidem, consules, aut Dictatores, aut alius quisquam magistratus, inconsulto eo, quippiam facerent. Et propterea Tarquinius Superbum, qui multa præter auctoritatem senatus decerneret, tyrannum uocari coeptum. Nos credimus curam reip. ea tenus ad senatum deductam, ut non solum sententias de rebus communibus dicere, ut antiquitus, sed etiam quæ eis placerent, uim legis obtinere constitutum sit. Et ita præsentem textum intelligendum esse res ipsa exigat.

e ¶ (Senatusconsultum.) Hoc dupliciter fiebat, aut per discessionem, si facile consentiebatur: aut per

aut per sententias singulorum, si res esset dubia. Discessio tunc fieri dicebatur, cum per pedarios senatores, seu (ut nos dicimus) pedaneos, qui minoris erant in senatu nominis, pedibus in sententiam principum itabatur: discedebant enim ad partem, quibus sententia huius uel alterius senatoris, qui de principibus, id est, primis erat, probaretur. Huius senatuscōsulti, quod per discessionem fit, sæpe meminerunt latini scriptores. Cicero lib. j. Epistolarū, & alibi. Sin uero ardua imminerent, necesse erat singulos nominatim rogare sententiam. Atteius Capito negat sine discessione fieri seuatusconsultum. A. Gell. ut supra. Inuenio in Paulo Apostolo ad Thessalonicenses, discessionem usurpari pro desolatione Romani imperij, quæ præcurret Antichristum, Hieronymo interprete.

Pedaneos
dicca.

Eodem tempore & a magistratus iura reddebant, & ut scirent b ciues quod ius de quaque re quisque dicturus esset, seq; c præmunirent, edicta proponebant, quæ edicta prætorum, ius honorarium constituerunt. Honorarium dicitur, quod ab honore prætoris uenerat. Nouissime sicut ad d pauciores uiros iuris constituendi uia transiisse ipsis e rebus dictantibus uidebatur f per partes, euenit ut necesse esset Reipub. per unum consuli. Nam senatus g non perinde omnes prouincias regere poterat. Igitur constituto principe, b datum est ei ius, ut quod constituisset, i rum esset.

a ¶ (Magistratus.) Prætores intelligit, quos per antonomasiam magistratus appellat, quod in eis uberior fuit in sitibus iudicandis potestas. Is tamen magistratus longo post senatores, postq; cōsules tempore introductus fuit: ut postea dicitur. Proinde quod hic dicitur, eodem tempore, ciuilitate, & sub quodam ordine accipias. Arg. quod testes, si dicant eodem tempore rem gestam esse, etiam si distantia aliqua reluceat, non esse calumniandos: maximè ubi tempus non erat de necessitate.

b ¶ (Ciues.) Quo uocabulo intellige omnes liberos, qui in imperio Romano communione ciuiliū regē belli & pace sunt participes. arg. l. j. infra ad l. fal. Instit. eo. tit. in prin. ergo & qui bus facultas est publice iudicandi atq; gerendi magistratus, ut docet Philoso. iij. Polit. Non igitur omnes ciues Romani sunt, qui Romani imperij iuribus reguntur.

Ciues Ro-
mani.

c ¶ (Præmunirent.) Nam nō præsumitur ignorari, quod in publicum proponitur. fa. l. sed & si. §. proscribere, infra de institutor. Est arg. iudicia non esse præcipitanda, sed spacium sese præmuniendi indulgendum. fa. l. & quia. & ibi Bald. infra de interrog. act. c. inter hæc. de pœni. distinctione iij.

d ¶ (Pauciores.) Quia cum à principio populus per curias legem ferret, redacta est legis ferendæ potestas ad decem uiros, data postea senatusconsultis legis autoritas, & ita nouissime in principem transfusa.

e ¶ (Rebus dictantibus.) Natura, cursu temporum & rerum exigente: in continuo enim motu consistit mortalitas, & continuo uariat, ut quod à principio bonum uisum sit, euentus rerum improber. autem, hæc constitut. immouat, & de non alie. §. ut autem, coll. ij. & de consang. & uteri, coll. VL Et sumitur hic dictare quadam translatione. Sicut enim dictari dicuntur, quæ alio præeunte uerba scribi consueuerunt: ita & quæ natura nobis excipientibus suggerit, dictare dicitur.

Dictare,

f ¶ (Per partes.) Id est, per succedaneas mutatiōes: uel forte uerius per partes, id est per factiones euenisse, exponas: quasi inuariat, factione principū, reipublicæ rem ad paucos redactam. Nam si Syllas & Marios tacuero, in manum Cæsaris Iulij omnia esse redacta nemo ignorat: quo uitam functo, rempub. triumuirorum principatu pressam nouimus: deinde Cæsaris Augusti imperio gubernatam, & sic per partes, id est, propter principum factiones, qui sese partes fecerunt, euenit, ut ad unum reipub. status deuenerit. Nam & ducem partium ueteres nominabant, qui in bellis ciuilibus exercitum duceret. Quod autem Iurisconsultus scribit, necesse fuisse per unum consuli, quasi senatus omnes prouincias regere non potuisset, nō est simpliciter accipiendum: nihil enim senatui in prouincijs regendis, uel indultrix, uel temporis defuisset, si principes uiri in officio remansissent. Sed dissimulanda est ea Iurisconsulti conuenientia, qui ueritatem historię temperando, principem sub quo uixit, offendere noluit.

Dux partium

I 4 Res enim

Monarchia Res enim publica Romana in principes non ultro, sed ut & bellis redacta est: sed ad Monarchiam res, uel diuina ordinatione respexisse creditur.

¶ (Non perinde.) Id est, non ita accurate res curari per senatū poterat. Sueto. Quare aduentus non perinde gratus fuit. Accurs. hic colligit, per unum quā per multos rem cōmodius expe-
diri. l. iij. §. apparet, infra de admin. tutor. Hoc & Philosophus. iij. Polit. asserit: qui. c. xj. & xij. decidit, uno optimo potius quā multis potestatem tribuēdam. Et Hieronymus in psalmo. CXLVI. melius esse inquit, unum timere, ut plures non timeas: quā plures timere, ut ab uno sis tutus. Dicebat Homerus, ut eum recitat Aemilius, non posse bene rempub. geri multorū imperijs. Sed & apud Herodotum, Darius pulchra oratione euincit, unius regnū præstare: siquidem ex plurium etiam optimatū gubernatione, odia, seditiones, cędes oriri: quod quisque princeps esse, sua sententia alios uincere optet, fa. c. in apibus. VII. q. j. Tiberius tamen dum per senatores ad imperium uocaretur, consuluisse eis traditur, ut non ad unū omnia deferrent, quod arduum esset munus cuncta regendi: & plures facilius Reipub. munia sociatis laboribus exequerentur, autor Cor. Tacitus lib. j. Sed uersutus imperator, tam non ex animo consuluit, quā in primori uoto ei erat regnādi cupiditas: quæ res, ut supra diximus, statum Reipub. à senatoribus in unū principem traduxit. Alibi Cor. Tacitus lib. XVII. in prin. pacis interfuisse dicit, omnia in unum conferri.

Statuta quo condantur.

¶ (Datum.) Quæ causatiue intelligimus, non præcise: nam cū nulla esset libertatis spes, populus Romanus iam iugum seruitutis ferre assuetus, lege regia omnem potestatem in principem transfudit: ut quod necesse erat pati, legis regię titulo contegeretur. fa. ad tex. l. j. infra de constitut. prin. Est porro hic argumentum, statuendi facultatem his qui Remp. moderantur, à populo permissam censeri. Quapropter statuta ciuitatum consensu populi, saltem uirtualiter, imò uelut conuentione aliqua condi putandum est: quod & Hermogenes satis docet in l. sed ea, infra de legi. fa. c. recolentes. ij. rñs. de sta. mo. Vt cunq; tamē iste consensus populi sit, probabilis tamen est doctorum assertio, eum qui uigore statuti compromittat & iuret, si non seruauerit, non incidere in pœnas. l. si quis maior. C. de transact. cum non omnino libere compromittat, qui uirtute statuti promittere cogitur, licet in statutum in genere consenserit.

Rom. regis potestas.

¶ (Ratum esset.) Ex quo colligitur principis Romani potestatem esse immēsam: est enim lex animata in terris. autem, de consulib. in fi. & recitat Decius in consuljs. Et quicquid statuerit, aut sententiā dando decreuerit, cæteris paribus pro lege seruatur. Instit. de iur. nat. gen. & ci. ui. §. sed & quod principi. Ipse enim sicut est legibus solutus, ita solus legem cōdere potest. l. princeps, infra de legi. & hic in textu. Item & pro dispensatione habetur, quod comprobabitur principē uoluisse. c. cum nostris §. nos uero, de concess. præben. Sanctio enim principis nil habet imperfectum. l. si. C. qui mil. non poss. lib. XII. l. si. C. de his quib. ut indig. Porro principis uerbo, eiusq; narrationi super rebus per se, uel in sua præsentia gestis creditur, etiā si solus testificetur. per. c. cum à nobis, de test. quod & in his quoq; quæ ante principatū se præsentate gesta sunt, locum habet gloss. sing. in. c. j. in uerb. statuit, de renunc. lib. VI. gloss. in c. ad apostolicæ. in uerb. promississent, de re iud. eo. lib. Vult tñ And. de Iser. quod princeps in re propria testificari non possit, in usib. feud. tit. quo tēpore milcs. c. fi. quod Præpos. ibi latius examinat: Item princeps nulla iuris solennitate adstringitur. l. apud eum, in fi. infra de manu missi. Imò sola præsentia principis solennitates iuris supplet, actumq; qui defectu solennium nullus est, instaurat & reponit. l. adoptio, infra de adop. l. ij. infra de reb. eorū. gloss. post tex. in autem. ut nō fiant pign. fa. l. sancimus. §. exceptis, cū autem. ibi posita. C. de don. Bal. in uulg. l. omnium. C. de testa. Ad hoc princeps, iudiciorū ordinem obseruare non tenetur: sola enim ueritatis inuestigatio corā eo fit, qua cognita, definit, etiā si iudicialis ordo uel sit peruersus, uel prorsus obmissus: causæ tamen cognitio exigitur, ita Bal. l. si. C. de leg. idem. c. j. §. si. de noua for. fid. ad fi. & est tex. in. c. ad petitionem, in fi. de accusa. Quod autē Paul. de Cast. in l. si testamen. C. de test. principem sine causæ cognitione concedere posse scribit, nō est intelligēdū in ijs, in quibus litis definitio expectatur: ut ex præmissis patet. Præterea crimē princeps nō solū indulget, sed etiā abolet. And. de Iser. in usib. feud. in tit. q. sit prima causa §. præterea. Remittit infamiā, & ad honores pristinos omnino restituit. l. j. §. an aut. uers. pro qua sententia est infra de postul. l. j. C. de senten. pass. remanet tamē cicatrix, arg. c. uentum. j. q. e. illud. so. di-

90. distin. arg. in l. omnes iudices. C. de decur. lib. X. Largiendo magistratū, dignitatē donādo, imò & tolerando in honoribus, in capacitatis maculam abstergit, remouet impedimentū l. imperialis §. nam omni macula. C. de nuptijs l. Barbarius, infra de offi. præt. l. quidā con-
 sulebant, in fi. infra de re iud. Deniq; princeps poenā etiā meritā sola uolūtate remittit l. j. C. de desert. lib. XII. quod tamen cū tēperamēto recipitur. Itē principes uel seruos, uel liberos natalibus restituit: non tamen facile, nisi cū consensu dñi. l. ij. l. fi. infra de natal. restit. posset tamen sine consensu, per d. leges, dum causa subesset, ut postea deducetur. Item de innocētia damnati cognoscit sine appellatione. l. j. in fi. infra de quæst. Et ut semel finitā, à principe tanq̄ à capite, in omnes inferiores, honorū & potestatū munera diffunduntur. XIX. distin. c. ita dominus. c. fundamenta. §. l. de elect. lib. VI. Contractus tamē si quos princeps Romanus, etiā cum priuatis personis perfecerit, eum obligant, ut fidem conuentionis seruare cogatur. Licet enim deus principi subiecerit leges, nō tamen subiecit contractuum uincula, quæ iuris gentium sunt, naturaliq; ratione consistunt, & præcipue in principe bonā fidem requirunt, quæ est cōmunis iurisperitorū doctrina. Bald. l. princeps, infra de legi. Cyn. Bald. Doct. in l. digna uox. C. eo. tit. fa. c. j. de pbat. Aluar. præpos. in c. uno. in tit. de nat. feud. in usib. feud. pro quo sunt uaria Doctorum cōsilia: Vnde nimis improuide, ne quid durius dicam, nuper quidam ex Doctoribus aulicis contrarium responderat. Nec porro tutum mihi uidetur, quod Iacobinus de sancto Geor. in practica feudorū, in prin. asseruit, principē Romanū auferre uasallo feudum posse. Cum enim uim contractus feuda habeant, stare contractui princeps tenebitur: ut iam diximus. Et licet Bal. allegetur in §. ad hæc. de allod. in usi. feu. is tamē hoc non dicit. Deniq; princeps absentem non citatum sua sententia condemnare nō possit, cū defensio sit iuris naturalis, cui (ut diximus) subiectus est princeps. Bald. d. l. fi. C. de legi. Egid. bellamere, consilio. XVI. nisi forte talis esset negocij natura, ut inuito eo, cuius res uertitur, princeps definirer, & de hoc cōstaret: qđ uoluit doctissimus uir Sozinus consil. clxiij. Et in uniuersum, princeps nihil admittet, quod rationi obuiet & æquitati: ut est elegantissimus tex. in l. digna uox. C. de legi: licet enim absoluta potestate legibus non ligetur, ut supra diximus, ea tamen potestate abuti non debet: quanto enim est sua potestas immensior, tanto magis æquitatē exigit & iustitiam, quam in primis colere, & colendam præscribere debet: hoc est quod Bald. consilio XVI. secunda parte scribit, tam in principe summam iustitiā requiri, q̄ summa ipsi potestas resederit, quando à capite sit exigenda ratio: Adde quod cū princeps, ea quæ facit ut deus facere censeatur. Bald. d. c. j. de no. for. fid. §. fi. à uia iustitiæ, quæ deus est, perperam non declinabit. Et cum principis nedum iussus, sed uel nutus attendi soleat, uidendum est ei magna diligentia quid iubeat: ne sub eius prætextu (quod Cor. Tacitus lib. XIII. præmonet) honesti conatus prohibeātur. Graue enim esse præiudicium, Publius Mimus, teste Erasmo, dicebat, quod non haberet iudicium, quasi diceret, principis iussum esse grauē, si ita præiudicet, ut iudicare super eo nemo possit. Insignis extat diui Traiani sententia: qui dum præfectum prætorio ense cingeret: Hunc, inquit, ense, si iuste imperaero, pro me: sin autem male, contra me utaris: testis Dion in uita eius. Deniq; optimus rex Agesilaus, non aliter promissa præstare uoluit, quàm si iusta essent: quod & Imperator Anastasius salubriter sanciuuit, in l. fi. C. si quid contra ius, quem textum utinam Doctores pro suo quisq; uel cōmodo, uel ingenio non ita distorquerent. Sicut enim per principem, cum bene facit, plurimorum uitæ & saluti consulitur: ita & error principis, pro Nazianzeni sentētia, ad multorum perniciem pertinet. quam totam rem Claudianus ad Honorium, elegantissimo, imò aureo carmine complexus est: Sic enim inter alia imperatorem hortatur:

Vim contra
 etus feuda
 habere.

Mimus Pub-
 lianus.

Claudianus
 Poetæ aurei
 epigramma

Tu licet extremos late dominere per Indos,
 Te Medus, te mollis Arabs, te Seres adorent,
 Si metuis, si praua cupis, si duceris ira,
 Seruitij patiere iugum, tolerabis iniquas,
 Interius leges: tunc omnia iure tenebis,
 Quum poteris rex esse tui.
 Et paulò post.
 Nec tibi, quid liceat, sed quid fecisse decebit,
 Occurrat, mentemq; domet respectus honesti.

Tu diuem

Tu ciuem, patremq; geras: tu consule cunctis,
 Nec tibi: nec tua te moueant, sed publica uota.
 In commune iubes si quid, censue tenendum,
 Primus iussa subi: tunc obseruantior æqui
 Fir populus, nec ferre uetat, quum uiderit ipsum
 Autorem parere sibi: componitur orbis
 Regis ad exemplum: nec sic inflectere sensus
 Humanos edicta ualent, quàm uita regentis.

Et quæ sequuntur. Quàm se bene haberet, si celeberrima huiusmodi carmina diuino scri-
 pta ingenio, principibus Romanis, tam operose ingererentur, quàm solet frequenter eius po-
 testas (laxatis aliquando modestiæ habenis) per blandimenta fortasse, uel supra immanissimum
 efferi & extolli. Supremam enim esse quis nesciat, sed intra fines iustitiæ conclusam? Per præ-
 dicta facile euincitur, quod princeps nec rem alterius propriam auferre, nec testamentum ri-
 te factum rescindere, aut causas transactiõe finitas resuscitare: quinetiã nec spurius post mor-
 tem patris, in necem, in damnum hæredum, quibus iam ius quæsitum esset, legitimare, parti-
 ceps uel aut capaces hæreditatis facere possit: nisi ea in re uel publicæ utilitatis commodum,
 uel alia iusta causa euidenter obuerfaretur: quam nec præsumendam in dubio puto, quod for-
 tasse suo loco latius tractabitur.

Ita * in ciuitate nostra, aut iure, id est b lege constituitur: aut est c proprium ius
 ciuile, quod sine scripto, in sola d prudentum interpretatione consistit: aut sunt les
 gis actiones, quæ formam agendi continent: aut plebiscitum, quod sine autoritas
 te e patrum constitutum est: aut est f magistratuum edictum, unde ius Honor
 rarium nascitur: aut Senatusconsultum, quod solum senatu constituyente induc
 citur § sine lege: aut est principalis constitutio, id est, quod ipse princeps cõstituit,
 pro lege seruetur.

Roma. * ¶ In ciuitate nostra.) Imperij Romani fines intelligo. Cicero lib. III. epistolarum, in pu-
 blico orbis terrarum consilio fieri, quæ Romæ in senatu fierent. & in oratione pro P. Sylla,
 urbem Romanam, statum orbis terræ, arcem regum & nationum, exterarum lumen gen-
 tium, domicilium imperij nominabat.

b ¶ Lege.) Scilicet XII. tabularum: ut Accurs. hic bene exponit.

c ¶ Proprium ius ciuile.) De hoc supra diximus, ἀνόνομος, id est sine nomine, sub determi-
 natione relictum.

d ¶ Prudentum interpretatione.) Non intelligas responsa prudentum, de quibus Instit. de
 iur. nat. gen. & ciui. §. responsa. Hæc enim à iurisconsultis dabantur, quibus potestas à Cæsa-
 re erat de iure respondendi: quæ in scriptis redigebantur, ut postea dicit, Illa autem interpre-
 tatio prudentum, mox post decemuiros, multa ætate ante Cæsares sine scripto emerfit: error
 ergo est, sub alteris alteros intelligere.

Lex Hor-
 tensia.

e ¶ Patrum.) Senatorum, quorum autoritas effectiue non interuenerat: nec enim plebiscitis
 præsentibus erant, sed permisisse censentur plebiscita, eo quod lege Hortensia factum fuit, ut hu-
 iusmodi scita omne ligarent: nisi quando Tribunitij conatus per patricos bono publico im-
 pedirentur. Arg. quod non dicitur autoritate mea fieri, cui non interfui, licet statuto generali
 potestatem faciendi concesserim.

f ¶ Magistratuum.) Per antonomasiam prætores intelligit. Sic alibi per excellentiam dici-
 tur iurisdicctio, ubi prætoris tribunalia intelliguntur. I. stipulationum, II. §. prætoris. infra de
 uerb. oblig.

§ ¶ Sine lege.) Sine rogatione, quæ ad populum fit pro lege ferenda: ut Accurs. bene sensit.
 Nam & senatusconsultum lex erat, sed quia in eo non interrogabatur populus, unde hic sine
 lege factum dicitur. Instit. de iur. nat. gen. & ciui. §. lex. Et est tota hæc series epilogus eorum
 quæ ante tradita sunt.

Post originem iuris, & processum cognitum, consequens est, ut de magistras-
 tuum nominibus & origine cognoscamus: quia, ut exposuimus, per eos qui iuri
 dicen

dicendo præsumunt, effectus rei accipitur: parum enim est, ius in ciuitate esse, nisi sint qui iura reddere possint. Post hæc deinde de autorum successione dicemus quod constare non possit ius, nisi sit aliquis iuris peritus, per quem possit quotidie in melius produci.

a ¶ Effectus.) Nota rem politicam non alio uigere effectu, quam præsentibus, qui iura se quætur: hoc est quod dicitur, legis uirtutem esse, imperare, uetare, &c. legis, infra tit. j. Et quod tex. dicit parum esse, si sint iura in ciuitate, nisi existant, qui reddant: concordat Philosophus VI. Polit. qui dicit nihil prodesse de rebus iustis iudicia dare aut sententias, nisi essent qui eas executioni mandarent. Arg. quod ad reipublicæ regentes maxime pertinet, iura & priuilegia adserere. Quò enim cum priuilegijs & iuribus, in quibus reipub. medulla refidet, si magistratus ea subterere patiatur?

b ¶ Iuris peritus.) Quæ peritia ex multarum rerum inuestigatione producitur. siquidem iuris peritus non solum uniuersum ius ciuile (hoc enim necesse in primis est) uerum etiam philosophiam, præsertim moralem, artes dialecticas, Oratoriam, & uel maxime latinæ linguæ proprietatem, perspecta habere debet & cognita: quod cum in plurimis, & pristina & nostræ ætate uiris, alioqui non indoctis desideretur: uiderint ipsi, si forte parum ex iusto, Iuris periti sint appellati.

Iuris periti quibus constat disciplina.

c ¶ In melius.) Arg. est contra uerbosos quorundam commentarios, in quibus plurima inuenias, per quæ tantum abest ut iura in melius producantur, ut etiam periculum sit, ne purissima iuris ciuilis sanctitas plerisque in locis perniciosè proteratur. Siquidem dum suos quisque doctores defendere pergit, elegantes iuris textus uel relinquuntur, uel non probe intelliguntur. Sæpe enim fit, ut non tam satagatur, quæ uis textibus insideat, quam quid crebrior senserit opinio. In melius ergo iura producit, qui plurima rerum cognitione diues, ex textuum ueritate, scita legalia ad actus humanos accommodat, securus eorum quæ nulla utilitate per commentariorum syluas disceptantur.

Sanior textuum intelligentia unde petenda.

Quod ad magistratus attinet: In initio ciuitatis huius constat reges omnem potestatem habuisse, isdem temporibus & tribunum Celerum fuisse constat: is autem erat, qui equitibus præerat, & ueluti secundum locum à regibus obtinebat: quo in numero fuit Iunius Brutus, qui autor fuit regis eiciendi.

a ¶ Omnem potestatem.) Quod uerum est autoritate. Nam & reipublicæ cura apud patres erat, ut testatur Liuius, Dionysius, Eutropius, & alij: quod & supra attigimus.

b ¶ Tribunum Celerum.) Trecentos equites Romulum ad custodiam corporis elegisse factis constat ex supradictis, alijsque autoribus, qui à celeritate, quia prompti erant, & pro belli necessitate (ut dicit Halicar.) iam equites, nunc pedites pugnarēt, celeres dicti sunt. Valerius tamen Antias à Celere primo eorum duce, qui Remum occidisse dicitur, ita appellatos esse autumat. Numa Pompilius secundus rex, Celerum custodiam deposuit.

Celeres.

c ¶ A regibus.) Id est, post reges: est enim signata loquendi figura, ut ea propositio pro post usurpetur. Plin lib. XXVIII. Equarum uirus à coitu in lychnis accensum, id est, post coitum.

d ¶ Iunius Brutus.) Ex Tarquinij Superbi cognatione fuisse, Liuius lib. j. & Halicar. lib. III. tradunt. qui Tarquinius, cum patrem Bruti Iunium, fratremque interfecisset, Brutum (quod stultitiâ simularer) uita donauit, eique ut fatuo (quod ipse idem Brutus apud Halicar. de se enarrat) magistratum dedit, ut præfectus Celerum esset, forte ne nullo diceretur honore à cognato rege affectus. Hic Brutus cum & ingenio excelleret & prudentia, autor erat regis tyrannidis eiciendæ: & cum supra à principio §. exactis deinde, tribunicia lege, regias leges exoleuisse scribatur, hunc Brutum tribunum celerum ibidem intelleximus.

Exactis deinde regibus, consules constituti sunt duo: penes quos summum ius uti esset, lege rogatum est. Dicti sunt autem ab eo, quod plurimum reipublicæ consularent.

a ¶ Consules.) Mutatam ait Florus regiam dominationem in consularem potestatem, eamque pro perpetua annuam, pro singulari duplicem constitui placuisse, ne potestas solitudine uel mora corrumpetur. Consulesque pro regibus appellatos, ut consulere seciuis debere meminissent.

Consules de dictis.

minissent. Hic magistratus à Iunio Bruto & Valerio Publicola in Panfam & Hirrium, per annos. CCCCLXVII. (ut Sextus Ruffus docet) productus est: post quos licet non cessauerit prorsus, sub Imperatorum tamen manum subiectus, uix umbram pristinae autoritatis retinuit. Consulūq; tum insigne, insulae fuerant, ut ex Hieronymo in epistola ad Praesidium colligitur. Aemilius Probus scribit, sicuti Romae consules, ita Carthagine quotannis binos reges creati solitos.

f ¶ (Vti,) Vt. Nam lege rogabatur, ut summum ius apud consules resideret.

Rogatio.

g ¶ (Rogatum.) Rogatio, ut ait Pompeius, est cum populus consultitur de rebus discernendis. Siquidem in lege ferenda populum à magistratu rogari, id est, interrogari, necesse erat, an id placeret, quod statuissent. Leges enim quae magistratui utiles uiderentur, trinis nundinis populo proponebatur: quod promulgari dicitur. Tertio foro rogabatur populus, ut scisceret: unde trinundino ferri leges dicebantur, id est tribus nundinis. Et minus erat promulgare, quam rogare. Illic enim intercedere licuit, hic non licuit: quod Cicero in prima Philippica pulchre significat. Parum igitur latine rogationes pro litanijs usurpari uideas, quae latini supplicationes appellarentur. Sed nec uis uerbi promulgare, uulgo satis est cognita. Io ue tonante nulla lex ferebatur, nec comitia haberi phas erat: testis Appianus.

Qui tamen, a ne per omnia regiam potestatem sibi uendicarent, b lege lata factum est, ut ab eis prouocatio esset, ne ue possent c in caput ciuis Romani animaduertere in iussu populi: solum relictum est eis, ut coercere possent, & in uincula publica duci iuberent.

a ¶ (Ne per omnia) Liuius lib. ij. in principio ait, Primos consules omnia iura, omnia insignia ex regia potestate retinuisse: nisi quod annuum ex perpetuo imperium haberet, & fasces ipsis non utriusq; simul, sed alteri per uices praerferrentur.

Leges Vale
rii Publicolae.

b ¶ (Lege lata.) Hanc legem à Valerio Publicola altero ex primis consulibus, collega suo Bruto mortuo, latam esse, Liuius lib. II. Halicar. lib. II. testantur: qui Valerius cum in suspitionem regni, quod altam domum in Velia haberet, peruenisset, amolitus suspitionem, domum diruit, & non solum hanc legem de prouocatione, sed & caeteras tulit: ut scilicet is qui occupandi regni consilium inisset, aut aliter quam à populo magistratum acciperet, facer, id est, execratus & capitalis esset. Neue interficere, aut uerberibus caedere, seu multare magistratui quempiam ciuem liceret, qui ad populi suffragia confugisset, nisi ex sententia populi: quibus legibus regia potestas (ut tex, noster docet) imminuta fuit.

c ¶ (In caput.) Consulibus à principio plenam fuisse animaduertendi potestatem, quae regibus, ex historijs liquet: nam & secures ante eos praerferbantur. Sed & uulgo cognitum est, alterum ex consulibus Brutum, filios proprios, aliosq; nobiles adolescentes securi cœdidi fecisse, quod de regibus Tarquinij reducendis cœspirassent. Valerius cum prouocationem ad populum indulisset, secures consulibus ademit: ut autor est Dionysius lib. X. ad finem, quas tamen postea largius dictator restituisse dicitur: hoc prouiso, ut in caput Romani ciuis, iniussu populi non adhiberentur: uerum si senatus consulibus mandasset, ut prouiderent ne quid detrimenti Respub. pateretur, omnem eis animaduersionem capitalem etiam licuisse, Plutarchus in uita Ciceronis significat. Sic enim Cicero ipse cum consul esset, ea potestate fretus, Lentulum, Cethegum, & alios Catilinae socios necare in carcere iussit: quamuis ea animaduersio factione Clodiana ei non impune cesserit. Praeterea & C. Graccus, M. Fuluius, L. Saturninus per consules, iniussu populi caesi sunt. Sed sua eos ratio excusauit: quod ex oratione Ciceronis contra Catilinam discas. Caeterum consuli plenior potestatem fuisse Liuius lib. III. scribit, si ad mille passus extra urbem profectus fuisset, quod Dionysius lib. X. ad finem latius prosequitur.

Post a deinde, cum b census iam maiori tempore c agendus esset, & consules non sufficerent, huic quoq; officio censores constituti sunt.

a ¶ (Deinde.) Superfluit, sed textum ornat.

Census.

b ¶ (Census.) Aestimatio rerum & bonorum census dicitur: ut infra de censibus, per discursum. Et quoties census ageretur, numerus ciuium recognoscebatur. Seruius Tullius sextus post Romulum

Romulum rex Romanorum (ut testes sunt Liuius, Dionysius, & cæteri) Romanos omnes describere & æstimare rem suam iuratos iussit, primusq; censum egit: & inuenti sunt (ut Ha-licar. lib. iij. scribit) octogintaquatuor millia, septingentiq; Romani ciues. Secundus census sub Valerio Publicola, & T. Lucretio: & ita deinceps ad plures annos, per consules census acti sunt. Postea cum ob multa & uaria bella (ut Fenestella ait) obq; ciuiles seditiones, populus incensus remansisset, id est capita & patrimonia ciuium non essent professa uel descripta, agendusq; (ut hic Iuriscons. dicit) census esset, nec tamen definiri per consules bellis implicitos posset, circiter annum trecentimum decimum, post urbem conditam, censores constituti sunt: ideo ita nominati, quod arbitratores erant rerum & bonorum, prout quisque ciuis profiteretur. Primiq; censores Papirius & Sempronius deputati leguntur: adiecta lege, ut quinto quoque anno noui recrearentur: in annum tamen tempus hic magistratus postea mutatus, à Fenestella scribitur. Censores ingresso magistratu, primum omnium sacris anseribus alimenta locabant (ut Plutarchus in problematis) quod bello Gallico, uigilibus capitolij anserum clāgore excitatis, arx ea seruata esset. Defuncto uitam censore, superstes se abdicare magistratu cogebatur: utpote quod alium substitui non liceret. Is magistratus & ultimus est, & perfectus, teste Plutarcho in uita Titi Flammini. Sub eius potestate morum & disciplinæ cēsurā, decoris & dedecoris discrimen positum est, ut à senatu mouere indignos: Equites ignominia uel ob leuissimas causas notare, eis ius esset: qua propter Cicero in oratione pro Cluentio, censores dicit esse præfectos moribus, magistrōs ueteris disciplinæ & serueritatis. Asconius magistratum pudoris censuram nominat. de qua re apud Gellium, Fenestellam, & alios authores compluria pulchra traduntur. Negat tamen Cicero in dicta oratione, censoria decreta uel rei iudicatæ uim habere, uel infamiam irrogare, reprehensionis notam putat: quæ tamen ultra ignominiam non procedat. Pœni præfectum morum nominabant, qui pudoris disciplinam moderaretur: author Aemilius Probus. Credimus censorū uestigia, quoad morum castigationem, uel à remotis relucere in his, quos uulgus Heroldos nominat, si tamen uere utantur suo munere: qui & Fœcialium officio funguntur, dum bella solennibus uerbis indicunt. Vocabulo census, parum latine multitudo utitur pro redditibus annuis, cum patrimonia nomine census ueniant, ut infra de censibus per totum. Inde census equestris.

Censores.
Primi census
res.

¶ Additio. (Agendus legi debet non augendus, nā sic Archetypus habet. Et est peculiare uerbum historijs, censum agere, id est recensere uel capita uel patrimonia profiteri. Titus Liuius lib. iij. scribit, Papirium & Sempronium censui agendo à populo præfectos.)

¶ Additio. (Censere Budæus in l. j. ante fi. de iust. & iur. pro æstimari, in precio esse, laudari, eleganter interpretatur. Sicq; intelligendum putat Iurisconsul. cum dicit feras bestias, istius iuris peritia cēseri, id est, admirationi nobis sunt. Nam & Cicero pro Archia poëta (ut eū Budæus uir doctissimus allegat) dicendi facultatem ex poëtarū lectione censeri dicebat.)

Populo deinde aucto, cum crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, interdum re exigente, placuit maioris potestatis magistratum constitui. Itaq; dictatores proditi sunt, à quibus nec prouocandi ius fuit, & quibus etiam capitis animaduersio data est. Hunc magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas ultra sextum mensem retineri. Et his dictatoribus magistrī equitum iungebantur sic, quomodo regibus & tribunū celerū: quod officium ferè tale erat, quale hodie præfectorum prætorio. Magistratus enim habebantur.

¶ Crebra.) Nota nō facile fieri, ut sine bellis regna crescant: siue quia fines noui cum dāno uicinarum propagari consueuerunt (Sicuti enim sua retinere ad priuatos pertinet, ita de alienis certare, regia laus dicitur apud Cor. Tacitum lib. XV. in prin.) siue quia alioqui inuisa est, quæ in molem surgit, regni nouitas: quod & Dido Vergiliana prouiderat, dum ad Ilioneum dixit: Et regni nouitas me talia cogunt Moliri, & late fines custode tueri. Addimus usuuenire, ut nouitatis gloriam sequatur inuidia comes, ut dicit Probus.

Regni sine
bellis nō fa-
cile augeri

¶ Acriora.) Semper enim quæ à uicinis bella emergunt, plus habent periculi. arg. l. cum oportet

K

oportet. §. si. in autem. in fi. C. de bo. quæ lib. fa. l. si cui. in fi. infra de leg. ij. Quapropter dicebat Hesiodus damnum esse, malos uicinos. & apud Verg. Vicini pecoris contagia lædunt. Deniq; uel mali uel boni uicini rationem haberi non tacuit glos. c. super specula, de priuil. Card. cle. j. in uer. terra. de pœ. qui allegat c. clerici, de exceſ. prælat. c. sed & cōtinuo. de pœ. ni. dist. j. Sed & iurisconsultus contra uicinos agris nostris adhibēdam iussit esse custodiam. l. si ita. §. si. infra de fund. instru.

Primi dictatores.

a ¶ Dictatores.) Hic magistratus non aliter creari consuevit, ut Fenestella docet, quàm cum uis aliqua maior de improviso oborta ingētem urbi cladem minaretur. Titus Li. lib. ij. cum quadraginta Latinorum populi contra Romanos coniurassent, T. Largium dictatorem primum, & Cassium magistrum equitum, creatos scribit: incertum quo anno, quibus cōsulibus quod & Fenestella subsequitur. A dictando autem dictatorem appellari, M. Varro testis est, quod potestate sua finita, futuros solus ipse dictaret magistratus. Mos uetustus habuit dictatorem nocte sub silenti dici, id est, eligi: ut autor est Liuius. Dictatorem porrò aliquando clauis figendi causa electum fuisse annales tradunt: qui alienatis discordia mentibus, si clauum postibus fixisset, mederi ei morbo credebatur: de quo Liuius lib. VII. pulchra scribit post principium.

b ¶ Nec prouocandi.) Terribilis is magistratus fuit, & proximus regiæ dominationi: quapropter Cicero dictatorium gladium, eundem magistratum nominabat, cui parēre, quicquid iuberet necesse erat.

c ¶ Non erat fas.) Dicebat apud Titum Li. Mamercus, maximam libertatis custodiam esse, si magna imperia diuturna non essent, ut quibus pro magistratus magnitudine modus lege imponi non posset, tempore imponeretur. Apud Thebanos morte mulctabatur, si quis imperium diutius tenuisset, quàm in lege præfinitum erat, autor Aemilius Probus. Plato lib. iij. de legibus, negabat magnos, merosq; principatus oportere constitui: nam quæ supra modum elata essent, lasciuere dicebat. Sic & Philosophus V. Politico. consulit maximos magistratus aut non dari, aut si dentur, paruo durare tempore. Tiberius tamen imperator officia data continuabat, & plerosq; ad finem uitæ in eorum præfecturis relinquebat, ut scribit Cor. Tacitus lib. j. in fi.

Fasces.

d ¶ Ultra sextum.) Hoc uulgo scribunt autores, semestrē hunc fuisse magistratū: licet Camillo dictaturā in annum prorogatam fuisse, Liuius lib. VI. doceat: & ad hunc textum facit l. j. in prin. infra de offi. præf. prætor. Accursius hic imperitius labitur, quàm ut aliquo colore possit excusari: qui pro concordia allegat l. antepe. infra de offi. procon. ubi dicitur, proconules non amplius quàm sex fascibus uti: quasi fasciū appellatione menses intelligerentur: qd & in ea l. pari errore posuit. Fasces enim magistratū fuere insignia, cū eis secures uirgis alligatæ præferrentur: cuius rei uestigiū in eo ense, qui principi prægeritur, fortē reluxerit.

e ¶ Additio. (Minutius prætor, cum à triumuiris proscriptus esset, in tabernā fugerat, clientes suos cum fascibus abigeys: qui tamen misericordia moti, perstitissent, fasciū insignijs proditus interfectus est: autor Appianus lib. iij. bellorum ciuiliū.

f ¶ Tribuni celerum.) De quibus supra diximus. Sed & Fenestella scribit, Magistris equitū in milites & Accensos ita summum ius fuisse, sicut dictatori in populum. Hunc magistratum Seruilius Hala insignem fecit cæde Sp. Melij, regiam dominationem affectantis.

a Iisdem tēporibus **b** cum plebs à patribus secessisset, anno ferè septimodecimo post reges exactos, **c** tribunos sibi in monte sacro creauit, qui essent plebei magistratus: **d** dicti tribuni, quod olim in tres partes populus diuisus erat, & ex singulis singuli creabantur: uel quia tribuum **e** suffragio creabantur.

f Iisdem temporibus.) Intellige quibus Roma sub consulibus erat: ut non ad proxima, sed ad superiora relatio fiat.

Plebem bis secessisse.

b ¶ Cum plebs secessisset.) Seccessiones plebis duas fuisse ex historijs discitur, Prior illa decimo septimo anno post exactos reges, ut tex. uoluit: uel (ut Eutropius docet) decimo octauo facta est, urgente plebem creditorum crudelitate, qui corpora debitorum libera ob æs alienū pro seruis necebant: quod plebs sæpe & sæpe conquesta, sed à nobilibus uana spe delusa, cū amplius pati nequiret, in sacrum montē trans Anienem (Sicinio autore) secessit: quapropter
ut ad re-

ut ad reditū ciues permouerentur, suus plebi magistratus concessus est, ut tribunos haberent: legeq; sancitum, ut ea potestas sacrosancta esset. De hac secessione tex. noster loquitur: de posteriori secessione mox dicemus. Accursius hic conflictatur, quod textus decimumseptimū annum, superius uicesimū nominauit. Sed nihil refert: in istis enim rebus gestis non sunt ad punctum (ut etiā supra diximus) anni redigendi: & utrobique textus sub incerto loquitur: adde quod excessus modicis non attenditur, glos. c. reuera. de consecra. dist. ij. ad prin. Quod autem Accursius plebem expulsam esse putat, error est: cū non solum ex historijs omnibus, sed etiam ex textu nostro plebem ultro secessisse cognitum sit.

¶ (Tribunos.) De tribunis celerum à principio urbis Romæ per reges electis, supra diximus. Cæterum hic de tribunis plebis loquitur, qui in tutelam plebis creati sunt: neq; enim aliter ciues à sacro monte discedere, aut domum reuerti uoluere, nisi hoc magistratu eis concessio, ut haberent quos nobilitati obicerent.

¶ (Dicti tribuni.) Bene à tribubus Romanis tribunos appellari dicit: In tres enim partes populum Romanum diuisum fuisse, supra ostensum est. Fenestella duos à principio tribunos creatos fuisse, & deinde tres additos, & tandem quinq; ut decē Romæ tribuni essent plebei, quorum potestas quæ fuerit, Aul. Gellius lib. XIII. Fenestella & alij ampliter docuere. Negat tamen Plutarchus tribunos magistratū gerere, ut qui nec lictores habeant, nec sella curuli sedentes ius dicant, nec purpura induant, ut alij magistratus: cōparatos em̄ à plebe, ut magistratibus obsisterent: quapropter fores tribunitias, & interdium & noctu paruissē, ut eorū adeundi copia semper exhiberetur. Itaq; eorū potestas intercedendo plus ualuit, q̄ imperando, ut Labeo docuit. Nec enim quod senatus decreuerat, aliter ratum fuerat, nisi tribuni, qui in uestibulo curiæ Hostiliæ expectabant, id adprobauissent. Summi fastigij uocabulum erat, cū sub imperatoribus princeps Romanus tribuniciam potestatem resumeret; id quod diuus Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen usurparetur: testis Cornelius Tacitus lib. ij.

¶ (Suffragio.) Suffragia Romæ in rebus gerendis dabantur, aut curiatis, aut centuriatis comitijs. Curciata comitia per tribus & curias sine delectu per populum ferebantur. Centuriata autem per eos, qui censu & autoritate præualebant. Erant ergo curiata comitia, populariū: cēturiata, optimatiū. Et signate Iurisconsultus suffragia dixit. cum enim uel populi, uel optimatiū interuentu eligendus erat magistratus, suffragia in tabellis scripta singuli dabant, quibus uoluntatem suā declararent: & erat moribus receptum, ut qui eligi cuperent, candidati, id est, cādidis & perspicuis uestibus induti circuirent tribus & curias, manus singulorū prehensarēt, uulnera corporis ex uestibus traluentia, ostenderent: cunctis em̄ ciuiū, si bonis artibus fiderent (ut Cor. Tacitus lib. XI. scribit) licitū erat petere magistratus, quod uirtutis id præmium esset, dum nihil corruptelæ miscerēt. Cæterū si competitores seu candidati, suffragia muneribus corrupissent, uel per se ipsi, uel per diuifores, qui pecuniā distribuissent, n̄ lege ambitus rei tenebantur. Scipio Nasica cū ædilitatē adulescens peteret, & candidatorū exēplo cuiusdam Romani hominis agricolæ manū rustico opere duratā prehensasset, per iocū eum interrogauit, an manibus ambularet (callosæ em̄ & duræ erant) quæ res repulsam ei dedit: ut scribit Valerius lib. VII. Crassus cū consulatū peteret, & forte cū Scæuola focero per uias urbis incederet, nec blandiri populo, palpare obuios, & artes petitorias præfente grauissimo & feuerissimo uiro auderet exercere, Quæso, inquit, Muti paulisper abcedas, impedis honorē meum, te spectante ineptus esse non possum: auctor Mamertinus ad Iulianum: adeo uel ipsis candidatis ea ambitio parum honesta putabatur. Morē uero & modum suffragiorum ferendorum, Beatus Rhenanus uir Græce Latineq; impense doctus, quin & raræ eruditionis gloria polleus, epistola quadam ad me scripta, diffuse & eleganter declarauit. Postea uero quàm magistratū, officiorum uel electio in principē tralata est, lex ambitus in urbe Roma cessauit. l. j. in fra ad. l. Iuliā de ambitu. Deniq; quo tēpore res in manum principis uenerat, contigit ut iudices erogata principi & alijs pecunia eligerentur: quæ abusum diuus Iustinianus in autē. ut iudi. sine quoquo suffrag. tam utili q̄ eleganti sanctione sustulit. In alijs uero honoribus & dignitatibus consequendis, apud principes suffragia, id est, suffragationes semper suo loco ualuere. Nam si qui à principe, uel officium aliquod, uel rem aliam petitori essent, n̄ primores & amicos Romani principis (ut etiā hodie usuuenit) ad intercedēdum muneribus promissis sollicitabāt: quæ & soluere tenebantur, si uoti essent compotes facti. l. j. C. de suffragio. enumerantur

Suffragia.

Candidati.

Beatus Rhenanus.

K 2 rantur

rantur tamen in l. j. C. ad l. Iul. de ambitu. officia, quæ si semel concessa muneribus promissis repeterentur, pœna imminabat: debito, quod promissum erat, nihilominus exoluendo. Hic uidere licet quod inexcusabili errore labantur Accursius, & omnes certatim Doctores, qui d. l. j. C. de suffrag. tam inepte quam impertinenter, & cum textus grauissima uiolatione, ad aduocatorum mercedulas distorserunt: cum quibus eadem lex nihil magis commune habet, quam cornix cum pauone. Verus enim intellectus, ex prædictis tam nouiter quam uere, omnibus studiosis ueritate amantibus, relucere poterit. Qua una re euinci potest, quanto exponat periculo, quis quis iura ciuilia nudus rei latinæ profiteri pergat. Hoc non obmittimus, honores in munici prijs, id est dignitates cum administratiõe quadam, etiam hodie citra notam obtineri posse, promissa uel pecunia, uel alia re, dum tamen non sit iuris dicendi manus admixtum. l. j. §. j. infra de pollicitat. iunctis quæ docet Bart. in l. j. infra ad l. Iul. de ambit. Et per hoc temperabis ea quæ dixi in rub. infra de uerb. oblig. circa pollicitationem. Olim aulici qui principum uel fauorem, uel beneuolentiam, uel etiam officia, simulatis commendationis uerbis accepta pecunia pollicerentur, nec præstabant, fumos uendere dicebantur. Quod magnus ille Erasmus in suis Adagijs, & fufe & elegantissime, ex Lampridio, & cæteris profecutus est: ubi inter alia, insignis pœna Turini, nequissimi uiri denarratur, quem Alexander imperator, quia fumum uendiderat, fumo enecuit.

Fumos uendere.

Itemque ut essent, qui a ædibus præessent, b in quibus c omnia scita sua plebs deferbat, duos ex plebe constituerunt: qui etiam d Aediles appellati sunt.

a ¶ Aedibus præessent.) Scilicet sacris: licet & priuatorum ad eos pertineret, ut infra dicitur. Vide hic Vallam, ædem non in singulari tantum, sed in plurali etiam numero de templis usurpari.

b ¶ In quibus.) Sacris ædibus: ædem Cereris intelligit.

c ¶ Omnia scita.) Scribit lib. iij. Liuius, institutum inter alia esse à L. Valerio, & M. Horatio consulibus, ut senatusconsulta in æde Cereris ad Aediles plebis deferrentur, quæ ante arbitrio consulum supprimebantur. Pomponius hic omnia scita, id est, ea quæ plebi pro legibus haberentur, reposita esse docet.

d ¶ Aediles.) Satis ex historijs patet, ædiles à principio ex plebe creatos fuisse: dubitat tamen Fenestella an ante tribunos is magistratus, an uero postea incœperit: antiquissimum fuisse satis compertum est. Aristoteles sexto Politicorum, ubi de magistratibus scribit, Aedilitatem in secunda specie magistratuum necessariorum ponit, sine quibus ciuitas esse non possit: Romæ tamē inter minores erat, & adulescentibus per hunc ad amplioris honoris gradum erat accessus: ut testatur Cicero. ij. de legibus. Proinde in ius uocari Aediles poterant. l. lectos, cū l. seq. infra de peric. & commod. rei uend. Nec continebantur eorum magistratuum numero, de quibus loquitur l. ij. infra de in ius uoc. Scribit tamen Liuius lib. iij. quo tempore scæda pestis urbem inuaserat, summam rerum, maiestatemque consularis imperij ad ædiles recidisse. Duo erant Aedilium ordines, ut docet Plutarchus in uita Marij: alter iuri dicendo præerat, & à sella, cui infidebat Curulis nominatus: alter plebeius. Dionysius lib. VI. scribit, prima plebis secessione, Tribunos cum creati essent, à senatu impetrasse, ut binos uiros quotannis crearent, tribuniciæ potestati subministrantes ea, quorum indigerent: iudicarent causas, quas ipsis permitterent. Eorum officium erat, ut ex Aristotele loco prædicto, ex Fenestella & Asconio colligitur, sacrorum publicorumque locorum & effluentiarum forensis curam habere, ludos curare publicos, prouidere ut cloacæ publicæ, aquæ ductus, cæteraque ædificia, lauta, munda, & integra adseruarentur. Porro ad ædiles pertinebat, mensuras corrigere: ut colligitur ex Persio in prima satyra in fine, cum dicit: Sese aliquem credens, Italo quod honore supernus Fregerit heminas Areti ædilis iniquas. Iuuen. ædilem de mensura ius dicere, uasa minuta frangere, scribit: ut sic intelligatur l. item quæritur. §. si quis mēsuras, infra locati. quam Accursius parum assecutus est. De ædiliū officio fufius disserit, l. j. infra de ædil. & facit. d. l. lectos, infra de peric. & commod. rei uendi.

Aedilium officium.

Deinde cum a ærarium populi auctius esse cœpisset, ut essent qui illi præessent, constituti sunt b quæstores, qui pecuniæ præessent: dicti sunt ab eo, quod inquitrendæ & conseruandæ pecuniæ causa creati erant.

¶ Aera

• ¶ **Aerarium.**) Repositorium pecuniae populi Romani. Sicut enim *fiscus principis est*, ita populi *aerarium*: licet *Asconius* aliter. *Plutarchus* in *problematis* & *Macrobius*, *aerarium* in *aede Saturni* fuisse prodidere: quod *Saturni* tempore nec *avaritia*, nec *improbitas*, nec ullum fuerit *furtum commissum*. *Valerius Publicola* primus *aerarium* in *aede Saturni* esse decrevit, quod locus ab *insidijs* tutus & *munitus* foret. *Augustus* curam *aerarii*, à *quaestoribus* ad *uiros praetorios*, *praetores*q; *transtulit*, *autor Suetonio*. Hoc est quod postea *Suetonius* in *Claudij uita*, dicit *Claudij bona*, antequam esset *imperator*, *uenalia* pepēdisse sub *edicto praefectorum*, *praepositos aerarii* denotans.

Aerarium.
Fiscus.

• ¶ **Quaestores.**) *Quaestoribus* creandis *originem esse uetustissimam Fenestella* docet: cuius uerba cū in *l. j. infra de offi. quaest. recitentur*, hic *superfedemus*. & *Cor. Tacit. lib. XI. regib. Romae imperantibus*, *quaestores institutos tradidit*: qd & *lege curiata* *conuincit*: post *consulibus* *introducitis*, *eligendi quaestoris potestate* apud eos *remāsisse*, donec cū *honore* *populus mā-* *daret*: principio *duos*, deinde *quatuor*, mox *Italia iam stipendiaria facta*, *octo* *creatos esse*, de *mū lege Syllana* ad *uiginti* *excreuisse*. *Gratuitam* principio fuisse *quaesturam*, *Tacitus* loco *praedicto* docet: donec *sententia Dolobellae*, *spectaculo gladiatorum impetrato* uelut *ueni-* *daretur*. *Quaestores* *quaerendae* & *conseruandae pecuniae causa* *creatos esse*, etiā *Iurisconsultus* *declarauit*: nam & *uestigialia exigebant*, & *propterea* *prouincias* *fortiebantur*. *Iulius Caesar* *quaestor Hispaniam* *sortitus est*: ubi cū *mandato reip. iuri* *dicendo* *conuentus* *circuuiuit*: *au-* *tor Suetonio*. Denique *quaestorum cura* *erat*, *legatos*, *reges* *ue Romam uenientes*, *pro dignitate* *populi Rom.* *excipere*, *obuiam* *proficisci*, & *praecipue* *legatos* in *aede Saturni* *inscriptos*, *donis* *prosequi*, *aeptos* *curare*, & *si* *quando* *uitam* *defungerentur*, *sumptu* *publico* *sepelire*: *au-* *tor Valerius*, *Plutarchus*. *Primus honoris gradus quaestoris* *erat*. ut *docuit Cice.* in *orationi-* *bus*: qui & *ipsi* in *ius uocari* *poterant*, ut *tradit Au. Gell. lib. XIII.*

Et quia ut diximus, ^a de capite ciuis Romani iniussu populi Romani non erat permissum lege consulibus ius dicere: propterea quaestores constituebantur à populo, qui capitalibus rebus praesent: hi appellabantur ^b quaestores paricidij, quorum etiam meminit lex. XII. tab.

• ¶ **De capite.**) *Supra* in *§. exactis* deinde, *fatis diximus*, *qualiter* *consulibus* *in caput* *ciuis Romani* *nihil* *permitteretur*.

• ¶ **Quaestores paricidij.**) *Quos* *Asconius* *lib. j. Verrinarum*, *quaestores* *nominat*: hi *causas* *capitales* *inquirebant*, & *ut* *punirentur*, *operam* *dabant*. *Paricidij* *enim* *uocabulo*, *omne* *ho-* *mucidium* *apud* *ueteres* *intelligebatur*, *licet* *hodie* *ad* *certas* *species* *hoc* *crimē* *coerceatur*, ut *ut* *infra* *ad* *l. Pomp. de* *paricid.* *Hos* *quaestores* *à* *triumuiris* *capitalibus* *distare* *eatenus* *puto*, quod *ipsi* *maleficia* *inquirebant*, & *manifesta* *ex* *officio* *puniri* *fecerunt*, *Triumuiris* *exeque-* *bantur*: de *quibus* *postea* *suo* *ordine* *dicemus*. *Ceterum* *hic* *totus* *locus* *à* *Fenestella* (*dissimu-* *lato* *tamen* *autore*) *sumptus* *est*, *id* *quod* & *alibi* *Iurisconsultus* *saepe* *usurpat*. *Proinde* *argu-* *mentum* *est*, *non* *semper* *autorem* *allegari* *oportere*. *Plinius* *tamen* *in* *praefatione* *ad* *Vespa-* *sianum*: *Benignum* *esse* *inquit*, & *pleni* *ingenui* *pudoris*, *fateri* *per* *quos* *profeceris*: *è* *diuer-* *so* *obnoxij* *animi*, *infelicisq;* *ingenij* *esse*, *deprehēdi* *in* *furto* *malle*, *quam* *mutuum* *reddere*, *cum* *saepe* *numero* *fors* *fiat* *ex* *usura*. *Quod* *nos* *tunc* *putamus* *procedere*, *si* *doctrina* *quae* *do-* *cetur*, *uel* *laudem* *inventionis* *mereatur*, *uel* *autoritatem* *exigat*: *ceterum* *ubi* *aliorū* *dicta* *tra-* *duntur*, *non* *quia* *illi* *ita* *senferunt*, *sed* *quia* *uel* *in* *se* *uera* *sunt*, *uel* *semoto* *etiam* *autore*, *pro-* *dijsent*, *aut* *deniq;* *tractandi* *summa* *negat* *effundi*: *hic* *autorū* *nomina* *obmitti* *posse* *credo*. *Quod* *tamen* *totum* *ad* *rectae* *rationis* *arbitriū*, *ad* *modestiae* *regulam*, *dum* *desit* *ambitio*, *desit* *ostentatio* *sui*, *non* *ad* *legis* *praecipuum* *reducimus*.

Parricidij.

Pliniana
sententia

Et cū placuisset ^a leges quoq; fieri, ^b latum est ad populum, uti oēs magistratus se ^c abdicarent, quod decemuiris constituti anno uno cū magistratū ^d prorogarent sibi: & cum ^e iniuriose tractarent, nec uellent deinceps ^f sufficere Magistratus, ut ipsi & ^g factio sua perpetuo rempub. occupatam retinerent, nimia atque aspera dominatione eo rempub. perduxerunt, ut exercitus à repub. ^b secederet.

K 3 ¶ Leges

ostenderetur.

* ¶ (Leges.) C. Terentillus tribunus plebis, ut est apud Liuium lib. iij. in inuidiam nobilitatis, leges ferre contenderat: ut consul eo iure * uteretur, quod populus daret: quæ cum à nobilitate anxie impedirètur, & alioqui multæ inter patres & plebem cõtrouersis instarent, ut etiam supra. §. postea, attigimus: tandem sine certaminum facto, ut ex utroq; eligerentur, qui utrisq; utilia ferrent, quæ æquandæ libertati cõuenirent: tres itaq; uiri Athenas missi, Solonis leges retulerunt: de quibus in d. §. postea, satis diximus.

b ¶ (Latum.) Cum enim ex lege phas nõ fuerit sese ante diem exoluere magistratu, ut ex Fenestella colligitur, & Accursius hic attigit, per l. pe. infra de offi. præsid. necessariũ fuerat contrariã ferre legẽ. Et facit hic tex. ad elegantẽ doctrinã Bartoli in l. cõtinuus. §. cum quis infra de uerb. oblig. ubi si locũ publicum ciuitas uendere destinarit, docuit primo legem fieri, quæ is locus esset priuatus, ut sic postea uenderetur: cui doctrinæ hic noster tex. eleganter calculũ addit, licet à nemine ad hoc ponderetur. Vide tamen quæ in d. §. diximus.

c ¶ (Abdicarent.) Quamuis magistratus sese imperio exoluere lata lege cogerentur, ea conditione, ut nullus eo anno, exceptis decemuiris, esset magistratus: obtinere tamen tribuni, ne sacratæ leges abrogarentur, quæ ad tribuniciam potestatem, & ad plebis defensionem in Auentino essent positæ: autor Liuius lib. iij. Dionysius de legibus in Auentino positis lib. X. ad finem tractat.

d ¶ (Prorogarent.) Eam totam rem Liuius eleganter complectitur: qui scribit, decem tabulis primo anno absolutis, cum duæ adhuc deessent: tractareturq; de magistratu decemuirali iterum creando, Appium Claudium desiderio continuandi magistratus captum, comitia uelut pro arbitrio habuisse: & reiectis quos placuit, alijsq; suppletis, sibi & cæteris quos non reiecerat, magistratum etiam in tertium annum prorogasse. Prima reip. pestis est, fouere eos qui dominari cupiunt. Ea enim dominationis libido non cogitat quid honestum, quid utile sit reipub. sed quomodo prima nominis autoritas, etiam cum reipub. interitu, apud eam resideat. Magistratus qui longo tempore durant, in tyrannidem incidere, Aristoteles V. Politicorum docuit.

e ¶ (Iniuriose.) Liuius, Dio. & Fenestel. prædictos decemuiros per spem & libidinem dominandi, multa iniuriose fecisse scribunt: Siquidem duodenis singulos fascibus, hoc est, centum & uiginti lictoribus fora compleisse, crudelitatem in humiliores exercuisse, uirgis alios, alios securi subiecisse, quorundam bona direpta, iniquas dedisse sententias, perpetuum decemuiratus imperium seruare destinasse: & in summa, terrorum tenebras toti urbi superfudisse: quæ & alia mali exempli facinora apud suprædictos & alios scriptores inuenias. Operæ precium est hoc loco aduertere, fontem publici & priuati iuris (sic enim Liuius legem XII. tab. nominat) iniquis & pestilentibus autoribus non caruisse. Sic & Tribunianum, qui pædestarum architectus nominatur, Suidas Græcus, ut eum Budæus allegauit, uir doctiss. omnis religionis contemptorem, tum uero in primis à Christiana fide abhorrentem fuisse scribit: & qui Iustiano persuaserit mortem eum non oppetiturum, sed cum carne in cœlum assumptum iri. Quæ an uera sint, in medio relinquimus.

Pandectarũ
architectus.

• Additio.
Et ita legendum est ut ex archetypis Norico constat. Præterea latini sermonis ratio exigit. Olden.

f ¶ (Sufficere magistratibus.) substituere, ut hic Accursius bene interpretatur. Itaq; magistratus * libentius legerim, quàm magistratibus. Sufficio enim cum pro substituere ponitur, accusandi casum exigit. Verg. in Geor. Atq; aliam ex alia generando suffice prolem. Nisi exponas, sufficere scilicet alios suis magistratibus, quos ipsi detinere. Qui autem sunt sufficenti consules, post dicitur.

g ¶ (Factio.) Cum inter optimates conuenticulis & factionibus coitur, factio est: licet & alia significet.

h ¶ (Secederet.) Quod mox latius explicabitur: nec enim in parua pericula iniquissimi isti decemuiro reipub. perduxerunt.

Initium fuisse a secessionis dicitur b Virginius quidam: qui cum animaduertisset c Appium Claudium d contra ius, quod e ipse ex ueteri iure: XII. tabularum transtulerat, f uindicias filia suæ g à se abduxisse, & h scdm eũ qui ab eo suppositus in seruitutẽ petierat, dixisse: captumq; amore uirginis i omne phas & nephas miscuisse, k indignatus quod uetustissima iuris obseruantia in persona filia suæ defecisset

esset (utpote cum^l Brutus qui primus Romæ consul fuit, uindicias secundum libertatem dēxisset, in persona^m Vindicias Vitelliorum serui, qui proditiōis confurationem iudicio suo detexerat) & castitatem filiæ, uitæ quoq; eius præferendam putaret, arrepto^m cultro de^o tabernæ Ianionis, filiã interfecit: in hoc scilicet ut morte uirginis contumeliã stupri arceret: ac protinus recens q̄ à cæde, madensq; adhuc filiæ cruore, ad^r commilitones confugit, qui uniuersi de Algido monte, ubi tunc belligerandi causa legiones erant, relictis ducibus, protinus signa in Auentinum montē transtulerunt, omnisq; plebs urbana mox eodem se contulit. Ita populi consensu^f partim Decemuiris in carcere necatis, partim in exiliũ actis, rursus respub. suum statum recepit.

a ¶ Secessionis.) Hæc altera secessio plebis Romanæ à partibus, quã circiter quadragesimũ annũ post priorẽ secessionem, de qua supra in. §. iisdem temporibus, diximus, factam esse, ex Liuiο, Eusebio, Eutropio colligimus. Historia sic se habet: Cum decēuiri, & in primis Appius eorum princeps, multa impotenter & inique egissent, ad cumulum accessit Virginij militis casus: eius enim filiã formosissimã iam nubilem, & Icilio uiro tribunicio desponsatã, cum efflictũ Appius adamasset, & nec precio, nec spe aliqua profecisset (omnia enim pudore septa erant) quendam ex clientibus suis Claudium plebeium hominẽ supposuit, qui puellã in seruitutem assereret, quam unã eius potiundæ uiam esse uidebat (se enim iudice disceptandum fuerat) uocatur per amicos ex castris pater Virginius: in Algido contra hostes pugnabatur: qui cũ nihil proficeret (rem enim nephandã Appius meditatus, puellã Claudij seruã esse pronunciauit) seductã paululum filiã, Ianij cultro interfecit: quod factinus ad milites in castris relatum, causã præbuit secedendi in Auentinum, & euertēdi magistratus decemuiralis. Quã historiam Liuius, Dionysius, & alij eleganter prosequuntur. Accur. eam ne uerbo quidem attigit: quã & ignorasse uerisimile est, ut qui elegantem textũ uel indiscussum reliquerit, uel modica quædam adiecerit.

b ¶ Virginius.) Is Lucius Virginius uir plebeius (ut ait Dionysius lib. XI.) nemine in rebus bellicis inferior, honestum in exercitu ordinem ductabat, uir exẽpli recti (ut docet Liuius) militiæ & domi. L. Virginius.

c ¶ Appium Claudium.) Is erat ex decemuiris, Princeps à principio optimus, sed dominandi cupiditate in tyrannum uersus. Dicebat apud Platonem in Protagora Simonides, uirum bonum fieri difficile esse, perseverare impossibile. Platonis dictum.

d ¶ Contra ius.) scilicet legis. XII. tab. quã legem ipse Claudius Appius cũ cæteris ex omni ueteri iure, & ex legibus Græcis, in XII. tabulas transtulerat. Erat autẽ lege cautum, ut si ex libertate in seruitutem accerferetur aliquis, non auferri ei libertatis commodũ, sed sub uadibus ad finẽ adseruari: autor Dionysius. Sed & iure nostro receptũ est, ut qui in quasi possessione libertatis est, si super statu ei negociũ fiat, libertate gaudere, donec res sententiã terminetur. l. ordinata, in prin. §. sed si quas. ibi, nam ordinato. de lib. causa. cum similibus.

e ¶ Ipse.) Claudius decemuir. Nephã fuit subuertere legem, quã sua ipse persona tulerat. Verum cum talia ei à cognatis puellæ obijcerentur, legẽ calumniatus est, quasi ad hunc casum non pertineret: quæ certe calumnia hodie iniquis non est insueta, uel iudices dixerō, uel cauidicos. Negabat Ambrosius iudicem dici posse, qui ad pronuntiandum ullo modo, ulla libidine, ulla offensione, ulla uel lenitate moueretur.

f ¶ Vindicias.) Id est, assertionẽ possessionis. Cum enim uetusto iure corã prætore lis agita ra est, uter debeat esse rei controuersæ possessor: & qui eam tenebat, prædem, id est, fideiussorem dedisset, se nihilo possessionẽ deteriorẽ facturum: iam uindiciæ secundum eã dabantur, id est, uindicabatur^a & asserabatur ei possessio: testis Asconius lib. iij. Verrinarum ad finem. à qua uetustate traxisse radicem putauerim, quod scribitur in l. * postquam. §. imperator, infra, ut in poss. lega. quamuis eandem legem Bart. in l. à diuo. §. si super rebus, infra de re iud. ad possessionem (ut ipse putabat) pignoris iudicialis impertinenter traduxerit: ut ibidem docuimus. Sensus ergo est, per sententiã Appij decēuiri, uindicias filiæ, id est, defensionẽ possessionis in filiã, à Virginio patre contra ius esse abdicatã & ademptã: & aduersario, qui à iu-

dice isto iniquissimo ad hanc litem suppositus erat, esse adiudicatam: ita ut possessio puellæ non apud patrem, sed apud aduersarium esse deberet: hoc est quod apud Liuiū lib. iij. instan- te acrius Icilio sponso puellæ, concessum est cognatis, ut eam uindicarent, id est, in libertatē asserent, donec pater ueniret: quo adueniente, Appius fons iniquitatis, contra ius & phas, uindicias secundum seruitutem decreuit, id est, iussit, ut aduersarius puellam pro serua possi- deret. Gell. li. XX. tradit olim ex lege. XII. tab. inter ueteres obseruatū, ut si de agro, uel qua alia re disceptaretur in re præsentī, utrisq; partibus uindicare rem, id est quadam uindicia, & correptione manus asserere licuisse. Putamus hinc originem traxisse, quod uel hodie res uin- dicari dicitur, dum citra obligationem personalem rei incumbitur. Accurs. uindiciarum ele- gantiam assequi non potuit, ut ex suis glossis facile cognoscitur: ubi super ducenda uxore, impertinentia quædam comminiscitur.

a ¶ Additio. (Vindicare eñ pro asserere & uendicare ponitur, ut est elegans tex. in l. recusa re. §. si fisco. ad Trebell. dum dicit, ac si fisco uindicauerit, intelligendus est, uēdicauerit, ac- ceperit bona uacantia, quem tex. cum Doct. non intelligerent, mirum quæ figmēta circa hæ redem indignū, in materia substitutionū congesserint, dum putant bona defuncti, etiam hæ- reditate non adita, à fisco auferri, ac si is necem defuncti uindicasset, cum longe alia significa- tione illic ponatur; quod & Politus attigit in tractatu substitutionum, uers. LXXII.)

b ¶ A se.) Virginio patre; à quo per sententiā Appij, possessio filię abdicabatur. Hæc enim reciprocatio pronominis Se, personā Virginij à principio positam respicit. Vel dic à se, scilicet filia: utpote quod filiam cōmodo libertatis, in cuius possessione erat, priuauit. Apud eru- ditos cognitum est, pronomina reciproca, si duo nomina sub tertia persona præcesserint, ad hoc uel illud reuolui posse: licet Valla contra præcepisse uisus sit, sed male: quod innumeris exemplis constitit, quod & nos alio loco contra Vallam tractauimus.

c ¶ Secundum eñ.) M. Claudium, qui cliens erat suprascripti Appij Claudij decemuirī. De clientibus supra à principio in materia Curia diximus: quorū reliquæ hodie in uasallis con- spiciuntur. Sensus est, Appium sententiā dixisse secundū suum clientē, qui ab Appio dño sup- positus, & uelut substitutus, puellam in seruitutē petierat, ut sic iniquus cliens, iniquissimo pa- trono supparasitaretur. Cæterū prætereundum non est, uetustiora quædam exemplaria in eñ qui sequitur habere modum: initium fuisse secessionis dicitur Virginus quidam, qui cū ani- maduertisset Appium Claudij cōtra ius, quod ipse ex uetere iure in XII. tab. transfulerat, uin- dicias filię suæ à se abiudicasse, & ei * qui in seruitute ab eo suppositā petierat, addixisse, &c. Quæ lectio, ut prima fronte sese elegantiore exhibet: ita & uerior nobis eo potissimum no- mine uidetur, quod à Bonifacio Amerbachio, LL. Doctore & amico haud uulgari, incom- parab. Iurecos. D. And. Alciatum præceptorem suum, in elegantiss. tit. de uerb. & re. signifi- glossis, propediem, uti speramus, diuulgandis, in l. pecuniæ. §. actionis. præsentem locum ex pandectis Pisani ita restituisse accepimus.

• Additio.
Aliter ha-
bet textus
Noricus ut
suprapater.

Neahas mi-
scere.

d ¶ Omne nephas.) Miscuit omne nephas, quæ nulla modestia terret, Optati compos dum studet esse sui, Non decus auertit, non lex, diuum' ue potestas. Egit præcipitem cæcus ad om- ne furor. Hanc ei licentiam immensus magistratus attulit: ut recte apud Macrobiū Sy- rus dixerit: Eum cui plus liceat quàm par sit, plus uelle quàm liceat. Erat sanè uir ingenio & prudentia perspectissimus, & cui (ut cum Lucano loquar) leges multum debuissent recta fe- quenti. Sed pro Platonis sententiā: In magna peccandi licentia seipsum continere, arduum & difficile est. Denique præclara ingenia, ut Plutarchus in Demetrio tradit, sicuti uirtutes maximas, ita uitia maxima producant. Porrò ex Chrysostomo super Matthæum discimus, animā semel malignitate captam omnes insanix numeros explicare cōsueuisse. Quid enim homo semel malitiæ deditus non inueniat?

e ¶ Indignatus.) Virginus miles pater puellæ merito indignabatur, q; non solum leges nu- per lata, sed etiam uetustissima iuris obseruantia in eo defecerat: quæ tamen moribus, non iu- re scripto antiquitus obseruata fuit: ut statim declarabitur.

Brutus pri-
mus Cos.

f ¶ Brutus.) Hic est ille Brutus, qui (ut supra diximus) post Lucretiā stupratam, autor erat re- gū urbe exigendorū: sub eius enim consulatu, qui primus Romæ erat, populo Romano iam à regum tyrannide liberato, iuuentus nobilitatis insueta iusti, cui innocenter sub senatorijs le- gibus uiuere graue erat, de rege Tarquinio reducēdo conspirarūt: eius cōiurationis Aquiliū & Vitel-

& Vitellij principes erant, in qua & ipsius Bruti consulis liberi participabant: qua tamen con iuratione per Vindicium Vitelliorum seruus detecta, consilium reges reducendi fractum est, uocati in iudicium capitis conspiratores (ut autor est Plutarchus in uita Bruti) cum petissent, ut seruus eorum Vindicus eis dederetur, Brutus negabat: sed pro libertate eius iudicauit, quod coniurationem indicio suo detexerat, quæ hic dicitur uetusti iuris obseruatiã: similitudo tamen utrobique multum claudicat.

¶ (Vindicis.) Vindicij nomen erat, nõ Vindicis, ut apud omnes historicos comperi. quapropter textũ corrigendum putamus, nisi legas indicis, scilicet serui: is em̄ index erat cõiurationis, & propter indicium, libertate & ciuitate Ro. donatus fuit à consulib. Ab hoc Vindicio seruo, uindictæ manumissionẽ nonnulli tractam autumant: ut autor est Lilius, ut qui libertate & ciuitate Rom. donarentur, uindicta manumissos dicerent. Aliud itaq; est uindicta manumitti, aliud si simpliciter quis per epistolam, aut inter amicos manumittatur. Illi em̄ iure uetusto mox ciues Romani fiebant: hi iura ciuitatis non ita consequabantur: quod & ex glossatoribus quosdam tenuisse dicit Accurs. in l. qui Romæ. §. Flauius. infra de uer. oblig. licet titubando subiungat, eam differentiam lege non inueniri. Mihi uidetur huiusmodi differẽtia satis significari per. §. libertinorũ, Instit. de libert. licet succincte, & uelut suspenso pede imperator uetustate attingat: Apertius tamẽ Cornelius Tacitus lib. XIII. scribit, eos qui uindicta manumissi non essent, aliquo adhuc uelut seruitutis uinculo detineri: ut per hoc clare appareat, magnum olim inter utraq; discrimen fuisse: quod tamẽ Alex. de Imol. in d. §. Flauius male, negauerat. Nos in lib. Instit. Caij iurisconsulti, & deniq; in libris sententiarum Iulij Pauli, qui hodie extant, & à clarissimo iurisperito Hieronymo Baldugno, in Monasterio Morbacensi inuenti sunt, libertinorum differentiam satis eleganter explicatam inuenimus. Et ne locus calumniandi relinquatur, uerba subiecimus: Ingenuorum (inquit Caius) omnium unus status est: Libertorum uero ideo non unus, quia tria sunt genera libertatum. quia liberi aut ciues Romani sunt, aut Latini, aut dedititij. Ciues Romani sunt, qui his tribus modis, id est testamento, aut in æde sacra, aut ante consulem fuerunt manumissi. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut conuiuij adhibitione, manumittuntur. Dedititij uero sunt, qui post admissa crimina supplicij subditi, & publice pro criminibus cæsi: aut in quorũ facie uel corpore quæcunq; indicia aut igne, aut ferro impressa sunt, & ita impressa, ut deleri non possint: hi si manumissi fuerint, dedititij appellantur. Sed inter hæc tria genera libertatum, ideo ciues Romani meliorem statum habent, quia & testameta facere possunt, & ex testamento quibuscunq; personis succedere. Nam Latini & dedititij nec testameta condere, nec sibi ex testamento aliorũ aliquid dimissum possunt ullatenus uendicare: tamẽ Latini certis rebus priuilegia ciuium Romanorum libertorum consequi possunt. Dedititij uero nulla ratione possunt ad ciuium Romanorum libertorum priuilegia peruenire. Nam Latini patronorum beneficio, id est, si iterum ab ipsis aut testamento, aut in æde sacra, aut ante consulem manumittantur, ciuium Rom. priuilegia consequuntur. Hactenus Caius. Ex quibus uerbis imperatorẽ Instit. de success. liber. §. si recte intelligas, temperabisq; gloss. in tit. de liberti. eo. lib. differentiam inter dediticios & Latinos non ex ueritate tradentem. Et licet is Caius expresse non meminerit eorum qui uindicta sunt liberati, sub eo tamen manumissionis modo, qui ante consulem explicatur, etiam is qui ante prætorem uindicta fit, intelligendus est: id quod liquere poterit ex l. j. l. an manumittere. l. non est, cum l. seq. l. etiã. §. ex præterito, infra de manumiss. uindic. Erat autẽ uindicta uirga, qua licitor prætoris, præmissis solennibus uerbis, seruũ rangebat: mox dominus apprehensum dextera manu uertebar: id quod Appianus lib. iij. bellorũ ciuiliũ in fi. docet. hoc modo seruus libertatem consecutus, ciuis Romanus erat: quod & Persius significat in Satyra quinta, cũ dicit: Quibus uua Quiritẽ uertigo facit. & postea: Verterit hunc dominus. Et alio loco: Vindicta postq; meus à prætore recessi. Eum morem satis innuere Iurisconsultus uidetur in l. ego. in l. manumissio. infra de manumiss. uindic. Hoc tamen nouisse conueniet supradictos manumissionis effectus, scilicet Latinorum, dediticio rum, & cæt. quos uetustas recepit, in dubio obtinuisse, cum nihil specialiter exprimeretur: Cæterum testatoris uoluntas, uel partium conuentio disponere potuit, ut libertus Latinus esset, etiam si aut testamento, aut uindicta liberaretur: ut tradit imperator l. j. §. illo proculdubio. C. de lati. libert. tol. Poterat & contractu caueri, ut qui simpliciter manumitteretur,

In archetypo habetur Vindicis.

Genera Libertinorum tria. Romani. Latini. Dedititij.

Vindicta

Prætoris.

cuius

ciuis Romanus esset l. j. C. si mancip. ita alie. fue. ut manu. Constitutio igitur diuorum Marci & Commodi, quæ manumitti iussos in libertatem eripit, l. cum qui. infra qui sine manu. l. si. C. si mancip. ita alien. ut manu. cum similibus. omnes manumissionis modos quemlibet pro sua natura complectebatur: exceptis his qui ex conuentione, uindicta liberari debebant: illic enim, quia aliqui causæ cognitione opus erat. lege. iusta causa. §. j. cum pluribus ll. seq. l. etiam §. ex præterito. infra de manu. uindic. constitutio non operabatur: eo accedente, quod cum uindicta nemo liberari poterat, nisi ante prætorem, consulem, proconsulem, uel legatum Cæsaris. d. l. an manu. d. l. non est l. apud. infra de manu. uindic. uerisimile est eo loco constitutionem cessasse, ne tanta solemnitas uno uelut uerbo subuerteretur, arg. l. si quædo. C. de inoffi. testa. Difficiliorem enim fuisse uindictæ manumissionem, etiam ex hoc relucere potest, quod scribit Iulius Paulus libro iij. sententiarum, in tit. de manumiss. Surdus & mutus seruum uindicta manumittere non poterat: inter amicos tamen & per epistolam manumittere non prohibebantur: quod hic Latini efficiebantur, & non nocebatur domino: illic ciues Romani. quod dominis damnum attulisset: quæ omnia notatu digna existimamus: per quæ & intelligi potest d. §. Flauius. & dissolui quæ ibi fiunt obiectiones, à nullis, quos uiderim, Doctoribus iuste dissolutas. Hodie omnia isthæc sub unum iustæ manumissionis modum redacta sunt. d. l. j. C. de lati. lib. toll. Instit. de liberti. in fi. Latinæ tamen libertatis umbram quandam usurpari de facto uidemus, per patronos quosdam, siue illi seculares, siue monasteria sint, ut sacerdotibus per ipsos præsentatis succedant, nullo admissio testamento: quæ usurpationem non probamus ullo modo, cum latina libertas cum omnibus uestigijs sit reiecta: credimus enim sacerdotibus tantum permitti debere, quantum eis iura permittunt Canonica, c. relatum. ij. §. licet, de testa. cum similibus. Sed digressi in materia seruorum, ad textum reuertamur.

¶ ¶ Cultro.) Apud Suetonium olim Claudius insidijs expositis legitur, cultro uenatorio in eum parato.

Taberna. ¶ ¶ Taberna.) Hoc ipsum reliquæ historiæ concorditer tradunt. Est autem inter tabernam & officinam differentia, si Vallæ credimus: utpote quod in officinis opera fiunt, in tabernis uenduntur: tamen aliter usurpari inuenimus.*

¶ ¶ Lanionis.) quem uulgus macellarium nominat, à laniandis pecoribus dictus: sicut Iani sta, qui gladiatoribus præest. Lanienam Varro locum ubi caro uenditur, esse docet. Porro mensam carnificis, qui mutilandis damnatorum membris præficitur, lanioniam dici, apud Suet. in Claudio reperimus.

A præpositio. ¶ ¶ A cæde.) Commissa in uirginem: & habet hæc præpositio uim immeditati temporis, quasi diceret, continuo post cædem, adhuc recens, madensque, & cæt. Suetonius. Plebs statim à funere, & cæt. fa. l. pater. §. sexaginta, infra de adul. de qua loquendi figura etiam supra diximus.

¶ ¶ Commilitones.) Longum esset enarrare, quid uirgine cæsa in urbe, quid in castris actum, qui tumultus, in quas turbas decemiri impulsoribus, præcipue L. Valerio & M. Horatio cõiecti fuerunt: quæ omnia apud Dionysium, Liuium, & alios patere poterunt. Hoc certum est, exercitum, qui in Algido belligeravit, à ducibus decemiralibus defecisse, & signis euulsis in Auentinum montem, unum ex Romanæ urbis collibus secessisse, donec decemiri à magistratu abi re cogentur, & prior facies reip. restitueretur.

Locus deprauatus. ¶ ¶ Partim in carcere necati.) Hic defectum esse, & quidē insignē, imperfectio sensus ostendit, & latine puritatis regula docet. Cum enim series textus præsentis de cõmilitonibus tantum & plebe urbana meminerit, dicas mihi quos populi consensu necatos dices: an cõmilitones: an plebem: sed hoc absolum esset, & à ueritate alienum. qui ergo necati sunt? Porro cum dicitur, partim aliquos necatos esse, textus ex necessitate significat etiã alios restare, cum quibus aliquid aliud sit factitatum: qui tamen hic deficiunt. Ea enim dictio Partim, plura inter sese partitur, eiusque natura est ut repetatur: ut mox in §. deinde, infra eo. ubi dicit, partim ex plebe, partim ex patribus, &c. Sic ergo meo periculo textum leges: Populiq; consensu decemiri partim in carcere necati, partim exilium perpeffi. Historia tamen habet, ut ex Liuiio cognoscitur, Appium in carcere mortem sibi ipsi consciuisse, Sp. Oppium ante diem iudicij in uinculis obijisse: cæteros tyrãnidis socios exilio sese multasse uoluntario, ipsorumq; bo-

Partim. na tribu

Vera lectio.

na tribunos publicasse: ita honoris magnitudo, pro honoris dignitate uiuere nolentibus (teste Chrysofostomo) maior fit supplicij accessio. Hic finis est autorum legis. XII. tab. autorum inquam, à quibus omne ius nostrum uelut à radice processit: qui si iusta, si recta, quæ ipsi instituerant, secuti essent, quid poterat eis fuisse illustrius? Sed nullo ture litabis, hæreat in prae-
 nis breuis ut semuncia recti. Parentib.

Deinde cum ^a post aliquot annos XII. tab. latae sunt, & ^b plebs cõtenderet cum patribus, & uellet ex suo quoq; corpore consules creare, & patres recusarent: factu est ut tribuni militum crearentur, partim ex plebe, partim ex partibus, cõsulari potestate: hi quoq; constituti sunt uario numero: interdum uiginti fuerunt, interdum plures, nonnunquam pauciores.

^a ¶ Post aliquot annos.) Adde postquã, & sic lege: Cum post aliq̄t annos, postquã XII. tab. latae sunt, &c. Constat autem legẽ XII. tab. latã & absolutã esse anno ab urbe cõdita. CCCII. ut docet Liuius. Accur. hic eos annos non ex ueritate colligit. Lex XII. tab. quando absoluta.

^b ¶ Plebs contenderet.) Apud Liuium lib. iij. scribitur, Canuleium tribunum plebis legem ferre constituisse, ut connubia patrũ & plebis cõmiscerentur, quod lex XII. tab. de maritãdis ordinibus uetuerat: & quod consularis magistratus cum plebe communicaretur, obstinisse patricios: hoc enim conatu omnia diuina & humana misceri, perturbari auspicia publica, nihil synceri, nihil incontaminati futurum: promiscuis connubijs eũ qui nasceretur, nescire cuius sanguinis, quorũ sacrorũ sit, se millies morituros potius, q̄ id dedecoris admitti passuros. E contrario Canuleium tribunum plebis luculenta oratione ostendisse, iusta & licita esse, quæ ipse plebis nomine cõtenderet: eandem enim omnes patriam incolere, omnes ciues esse, imperium Romanum populi non patriciorum esse, non cõuenire ex una ciuitate duas facere. Cumq; ultro & citro ualide disceptaretur, tandem placuit ut deinceps non cõsules, sed tribuni militum consulari potestate, ex utroq; corpore crearentur. Itaq; anno. CCCX. ab urbe cõdita, nono uero à lege XII. tab. lata lex est, ut pro consulibus tribuni militum essent: qui principio tres, successu temporis (ut Fenestella ait) uiginti, aliquando plures, sæpe pauciores creati sunt: intermissos sæpe & interim consules creatos, apud Liuiũ lib. V. & VI. legimus: prout uel patres, uel plebs in comitijs habendis præualuissent. Fuisse & aliud genus tribunorũ militum, apud autores constat, qui nulla urbana, sed castrensi præfectura pollebãt: ad quorum officium pertinebat, militum manus continere, ne uel pullos, uel oua raperent, sua annona uiueret, prouinciales nõ premeret: & multa id genus, quæ ex epistola Aureliani Cæsaris apud Vopiscũ liquent: & nonnulla in l. officium. §. si. infra de re milit. Eos tribunos Adrianus imperator non nisi plena barba eligere solebat: ut est autor Spar. Sed & tribuni fuere ærarij, ut docet Asconius, qui militibus stipendia erogabant: quo tempore cõceptũ est publicis militare expensis: Nam Liuius lib. VI. docet sumptu quenq; suo antea militare consueuisse. Quinque igitur genera tribunorum colligas, tribunos seu præfectos celerum, tribunos plebis, tribunos militũ consulari potestate, tribunos militares, & tribunos ærarios. Quando tribuni militũ creati.

Deinde cum placuisset creari etiam ^a ex plebe consules, cõeperunt ex utroq; corpore constitui. Tunc ^b ut aliquo pluris patres haberet, placuit duos ex numero patrum constitui: & ita facti sunt Aediles curules. Tribuni ærarij.

^a ¶ Ex plebe.) Abrogato tribunorum militum magistratu, qui tamen complures annos durauit, iterum ad consularẽ reditum est: peruicitq; tandem plebs, ut ex suo etiam corpore cõsul alter crearetur: quod tradit Titus Liuius lib. VI. ad finem.

^b ¶ Ut aliquo pluris.) Ut patres & nobiles, in magistratibus plebi anteferrentur, nec in totũ plebi cessisse uideretur, ex suo corpore magistratũ constituere, qui plebi non esset cõmunis: quos hic Iurisconsultus Aediles fuisse tradit. Liuius uero lib. VI. scribit. Prætorem propter eam causam esse constitutũ: Aediles uero curules creatos, propter ludos maximos, qui pro concordia ordinum instituerentur. Habes ex supradictis, à primo rerum ciuiliũ initio, nobilitati cum plebe parum conuenisse, & fuerat in utroque corpore quod uiuio daretur. Nobilitas enim superbia & austeritate, plebs impotentia regendi, animorum ignauia, usurpata magistratuum cõmunicatione reipub. perniciem attulit. Est porro uidere quã plenũ sit periculi, po-
Aediles.
Plebs. Nobilitas.

riculi, populo impetente à iure suo concedere: quippe qui postquam uel exiguae rei sit factus compos, iam ansa præbetur noua & noua quærendi: populus enim & ultro fluctuat, & ductoribus plerumque inquietis & insolentibus, ad aliorum iura uiolanda instigatur: id quod per tribunos Romæ factitatum, historiarum omnes prodiderunt. Verum Appiorum familia tribunitijs furoribus semper egregie restitisse scribitur.

Cumque consules auocarentur bellis finitimis, neque esset qui in ciuitate^a ius reddere posset, factum est ut prætor quoque^b crearetur: qui urbanus appellatus est, eo quod in urbe ius redderet. Post aliquot deinde annos, non sufficiente eo prætoris re, quod multa turba etiam peregrinorum in ciuitatem ueniret, creatus est & alius prætor: qui^c peregrinus appellatus est, ab eo quod plerumque inter peregrinos ius reddebat.

^a ¶ Ius reddere.) Ex quo patere potest, consules prius ius reddidisse: ut sic parum fundata sint, quæ in l. j. infra de offi. consul. post glos. Doct. tenuere, consules uoluntariam tantummodo iurisdictionem habuisse: certum enim est ex historijs eos iura in inuitos quoque reddidisse: sed an solos, an cum iudicibus, res in ambiguo est: de prætore constat eum iudices adhibuisse, ut infra dicitur. Nisi forte doctorum assertio de eo intelligatur consulatu, qui sub imperatorum manum redactus est. Nam eo loci non inficiamur administratione caruisse consules: id quod ex Mamertino discimus, qui Iuliano imperatori congratulatus de consulatu, inter alia dicit: In administrationibus laborem adiungi honori, in consulatu honorem sine labore suscipi. Sed tex. noster de uetustiore consulatu loquitur, qui populo Romano adhuc libero intactus uiguit. Nec enim ignotum est Marium, Faniæ mulieri super dote: Cinnam porro alijs ex causis ius reddidisse, Plutarcho autore.

Prætor.

^b Crearetur.) Supra ex T. Liuiio diximus, cum plebi ad consulatum esset factus aditus, uicissim patribus concessum est, ut prætorem crearent, qui à præessendo (ut uoluit Fenestella) prætor dicitur. Varro à præeundo dictum putat. Eius tanta fuit potestas, ut iura condere, abrogare instituta solus posset, autor Fenestella: consularibus tamen comitijs habendis autor esse non potuit, quod maius uersaretur imperium in consulibus creandis, quam ut per prætorem explicaretur: ut Cicero scribit lib. IX. ad Atticum. Sex ei fasces cum licitoribus concessi, sella curulis, & trabea. Ferunt prætorem urbanum, cum Herculi rem diuinam faceret, laurea ornari corona solitum, testis Macrobius. Cassius cum prætor esset, ita dicitur in criminibus fuisse inexorabilis, ut tribunal suum scopulus reorum diceretur: testis Cicero.

^c ¶ Peregrinus.) Fenestella idem scribit, cuius dicta Põponius, ut alias frequenter, hic transcripsisse uidetur. Peregrinum prætorē Cælius minorem appellatum fuisse scribit, cum urbanus maior uel primus diceretur, autore Cicerone in oratione pro L. Manilia.

Deinde cum esset necessarius magistratus, qui^a hastæ præesset, ^b centumuirali iudicibus iudicandis, constituti sunt eodem tempore.

^a ¶ Hastæ.) Centumuirali iudicio. Nam ex XXXV. tribubus Romanis terni electi sunt, qui causas priuatas iudicarent: qui licet centum & quinque numero essent, ex loquendi tamen commoditate, centumuirali appellati sunt: his hasta erigebatur, ut scirent iudicandi tempus: cuius etiam hodie reliquæ in iudicijs uisuntur. Iudex enim, quem Scultetum uulgo nominat, solenni baculo uelut hastula manibus prætento, iudicij autoritatem solet asserere. Iurisconsultus igitur hic hastæ appellatione, centumuirale iudicium intelligit. sic & Martialis: Centum uis hasta uirorum, quod frequenter apud autores inuenies. Hi centumuirali non solum causas hæreditarias (ut Vitellius contra Merulam opinabatur) sed etiam usurpationum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluionum, nexorum mancipiorum, & id genus similia negotia iudicabant: ut autor est Cicero in j. lib. de Oratore. causas tamen hæreditarias frequenter apud eos uentilatas fuisse non negauerim: quod & ex Valerio lib. VII. & ex Plinio in epistolis satis est compertum. Accur. in l. penul. C. de peti. hæredi. nomine centumuiralis iudicij, Senatores male accepit: utpote qui à centumuirali iudicio prorsus distinguerentur: siquidem senatus, uelut patres Rempub. curabant. Centumuirali controuersias & crimina iudicabant: quod & hodie usuuenire uidemus ut rectores rerum publicarum à iudicibus separantur. Ve-

tur. Verūtamē apud Velleium lib. ij. inuenimus, Senatū etiam iuditijs præfuisse, donec C. Gracchus ea ad equites transfulerit: quod & Plutarchus in uita Gracchorum tradidit. Huic centumuirali iudicio unus ex prætoribus præerat, ut ex Ciceronis orationibus pro Roscio, & alijs, item ex Plinio in libris epistolarum, facile liquere potest, nisi belli cura, ut hic dicitur eos auocaret: quod certe (nisi fallor) significasse Iurisconsultus uidetur, in l. ubicūq; infra de regu. iur. ubi dicitur: In his quæ causæ cognitionem habent, prætorem desiderari: licet Accur. non ita intelligat. Cæterum si de crimine, solenni accusatione iudicandum fuerat, tunc prætor alios iudices numero incerto sortiebatur, & erat apud prætorem sententiarum discussio: quod ex uarijs locis in Ciceronis orationibus, eiusq; interprete Asconio colligitur. Quapropter apud Plinium eodem lib. V. epistolarum ad Valerianum, cum aduocatus corruptis iudicantium sententijs absolueretur: prætor in sententia permanens, eum pro condēnato habuit. Hastam autem Romanos ideo iuditijs præfixisse puto, quod familiaris eis usus hastæ, & domi & militiæ fuit: Nam & auctio bonorum sub hasta fiebat, & crinem Romanæ uirgines hasta decernebant, quæ cœlibaris dicitur apud Ouidium. Sed & dux belli, cum se deuouere pro exercitus salute uellet, hastæ insidens, uerba solennia peregit: authore Liuiο, & cæteris. Item & prouerbio, hastas abiecisse dicebatur, qui super re desperabat: ut est apud Cicero. in orat. pro L. Murena. deniq; uates Marij Marta, uittis & coronis ligatā hastam sacrificatura ferebat. Quod totum in honorem Romuli forte receptum est, qui ab hasta Quirinus, ipsiq; Quirites nominati sunt. Hastam Lacedæmonios inuenisse scribit Plinius. Veteres Germanos frameam nominasse, quæ hasta dicitur: testis est Cornelius Tacitus, in libro de moribus Germanorum: quibus armis & nuptias cum maritis uxores auspicabantur. Hodie lancea peculiaris est Germanis, qua loco hastæ utuntur, eosq; qui in exercitu delinquit, inter lanceas seu hastas extentas decurrere coactos interimunt. Quæ tamen pœna iure prohibita esse uidetur. arg. l. aut damnū. §. j. infra de pœnis. sicut nec è saxo præcipitari damnatos licet, l. si diutino, in fi. eod. tit.

Hasta cœlibaris.

Abicere hastas, prouerbialiter.

b ¶ Decemuiri.) Ex Fenestella hic locus sumptus est, qui sic ait: Alteram magistratus speciem in urbe Romana ius aliquando dixisse reperi. Nam cum bellorum munera, cæteris magistratibus non sufficientibus, ad prætores deferrentur, quorum munus administratio iuris præcipuum fuit, creati decemuiri sunt, qui ius in urbe dicerent, prætorumq; partes eo tempore gererent. Adrianus apud Spartianum, decemuir litibus iudicandis, antequam imperator esset electus, fuisse scribitur. Fuere & alij decemuiri ab Augusto cæsare electi, qui hastā iudiciorum signum crigebant: quod prius quæstores fecerant, ut iudices tempus scirent iudicandi: auctor Suet. Hodie in ciuitatibus imperialibus, fori cupedinarij explicandi causa hasta præfigit.

Archetypus ex Norica ciuitate habet centum uiros, & ceteros, quos auctores huc citati de alijs Magistratibus tractant. Olden.

Constituti sunt & ^a quatuor uiri, qui curam uiarum agerent, & ^b triumuiri monetales, æris, argenti, auri flatores.

a ¶ Quatuor uiri.) Ex Fenestella omnia hæc ad uerbum sunt transcripta. Crediderim securitatem uiarum eis commissam, quod hodie horum officium est, qui nomine principis tesseras publicæ securitatis exhibent: uulgus saluum conductum, parum latine nominat: nisi forte hos quatuor uiros, uirj uel muniendis uel sternendis præfuisse intelligas.

b ¶ Triumuiri monetales.) Hi monetæ curam habuere: eorum enim diligentia, ut adiecit Fenestella, nominata auro argentoq; fabricabantur. Nummū ex instituto factū, tradit Philosophus V. Aethico. ut pro indigentia sit, & propterea nomen hoc habere quod non natura constet, sed lege. siquidem nomos lex dicitur. Seruius Rex Romanorum æs primus omnium signauit. Signatum est nota pecudum, unde & pecunia appellata. Denarius decem assibus in stipendio militari pensus. Argenti nummus quinq; annos ante primum bellum Punicū cœpit. Aureus sexagintaduos annos post signatus. Adulterabatur aut æs, si cum argento uiuo inauraretur: quæ omnia proluxius Plinius lib. XXXIII. cap. III. & alijs, prosequitur. Quapropter æs pro auro dari non erat insuetum, ut intelligas l. quid tamen infra de contrahen. emp. & l. si id quod aurum. infra de uerb. oblig. cum similibus. His fortasse corruptionibus auertendis, hos etiam auriflatores operam nouasse credendum.

Æs d. Serui primū signatum.

Et ^a triumuiri capitales, qui carceris custodiam haberent, ut cum animaduerti oporteret, eorum interuentu fieret.

L ¶ Trium-

^a ¶ (Triumviri capitales.) Conijcere licet triumuiros capitales, sententijs capitalibus tanquam executores præfuisse, qui forte sub se ministeria carnificum habebant, per quos easdem sententias à iudicibus datas exequerentur. Credibile enim est, in tanta ciuitate, orbis terrarum domina, superiores aliquos his etiam ministerijs præfuisse: non enim credo hos triumuiros de causa capitis cognouisse, cum capitalibus causis quæstores parricidij præfuerint: quod in notorijs criminibus, quibus animæ amissio pœna erat, intelligendum est. Alioqui si solennis erat accusatio necessaria, coram prætore & iudicibus fortitis, ut supra diximus, agitabantur crimina: & sic quæstores parricidij à triumuiris capitalibus, & ab utrisque iudices criminalium causarum (quantum coniectura consequi licuit) distinguendos putauimus. Beroaldus quæstores parricidij, iudices maleficiorum nominat: quod non aliter recipimus, quam cum prædicto temperamento. In iudicijs capitalibus reum quater definitis in locis uocari, Appianus libro .i. docet. Nam & Brutus dum cædis Cæsarianæ accusaretur, à præcone sic uocatus est, ut Plutarchus docet. Hunc morem ciuitas Friburgum in huiusmodi iudicijs obseruare solet, non sine laude uetustatis: utpote quod à Romanis ea obseruatio processisse uideatur, Apud Sallustium legitur, Ciceronem triumuirorum capitalium interuentu, supplicium de Lentulo & Cethego sumpsisse. Tempore Tyberij cæsaris, cum in Seiani liberos animaduertetur, etiam puellam adductam: cæterum quia triumuirali supplicio puellam adfici inauditum ferebatur, à carnifice strangulatam: autor Cor. Tacitus lib. V. quæ historia nostram de his triumuiris coniecturam adiuuare uidetur. Per principes tamen omnia mutata sunt. Cæterum uerisimile est ea iudicia criminalia, quæ apud Sicambros exercentur (quos Vestfalos uocant) umbram aliquam quæstorum parricidij, & executores (quos Baldus Barifellos barbæ, ut alia, nominat) uulgo feimer, triumuirorum capitalium imaginem principum priuilegio obtinuisse.

Et quia ^a magistratibus ^b uespertinis temporibus ^c in publicum esse inconueniens erat, quinque uiri constituti sunt cis Tyberim & ultis Tyberim, qui possint ^d promagistratibus fungi. Capta deinde ^e Sardinia, mox Sicilia, item Hispania, deinde Narbonensi prouincia, totidem prætores, quot prouinciæ ^f in ditionem uenerant, creati sunt: partim qui ^g urbanis rebus, partim qui prouincialibus præessent. Deinde ^h Cor. Sylla ⁱ quæstiones publicas constituit: ueluti ^k de falso, ^l de parricidio, de sicarijs, de iniurijs: & prætores quatuor adiecit. Deinde C. Iulius Cæsar duos prætores & ^m duos ædiles, qui frumento præessent, & à Cerere cereales constituunt: ita XII. prætores, VI. ædiles sunt creati. ⁿ Diuus deinde Augustus XVI. constituit prætores: post deinde diuus Claudius duos prætores adiecit, qui de ^o fidei commissis ius dicerent: ex quibus unum diuus Titus detraxit, & adiecit unum diuus Nerua, qui inter Fiscum & priuatos ius diceret: ita decem & octo prætores in ciuitate ius dicunt. Et hæc omnia, quoties in Repub. magistratus sunt, ^p obseruantur: quoties autem proficiuntur, unus relinquitur qui ius dicat, isque uocatur ^q præfectus urbi, qui præfectus ^r olim constituebatur: ^s postea uero ^t feriarum Latinarum causa introductus est, & quotannis obseruatur. Nam ^u præfectus annonæ & ^v uigilum, quanquam non sunt magistratus, sed extra ordinem utilitatis causa constituti sunt, tamen hi quos cis Tyberim ^w diximus: postea ædiles senatusconsulto creabantur. Ergo ex his omnibus decem tribuni plebis, consules uero duo, decem & octo prætores, & sex ædiles in ciuitate iura reddebant.

^a Magistratibus.) Ex Fenestella tota quasi series huius textus desumpta est, ut satis plenam uindictam ex aliorum sceleribus Pomponius fecerit: quippe Fenestella cæsaris Tyberij principatu longe ante Pomponium uita defunctus est, ut scribit Plinius lib. XXXIII.

^b ¶ (Uespertinis.) Iubet imperator autem de iudicijs. §. sedebunt. colla. VI. iudices matutino, meridie, & uespere iura reddere: ubi matutinum tempus pro mane sumitur: sic & Macrobius lib. j. Matutinos omnes ad aedes Vaccij adfuisse scribit. An autem sententia de nocte lata ualeat

ualeat, Accur. hic opponit de l. more. de fer. c. cōsuluit, de offi. deleg. Sed id ipsum ex uulgaris doctrinis cognoscitur.

• ¶ (In publicum.) Latine obseruationis elegātia habet, ut indifferenter dicamus, in publicū esse, & in publico: sic in potestate esse, & in potestate, & similia: quod Aulus Gellius libro. i. late probat. In dispositionibus tamen legalibus differentiā in prædictis plerūq; aduertimus.

• ¶ (Promagistratibus.) Nec enim erant magistratus, sed locum magistratuum supplebant: ut dicimus aliquem fungi proconsule, proprætore, protutore.

• ¶ (Sardinia.) In Tyrrheno seu Ligustico mari est insula, de Sardo Herculis filio nominata, quā primo bello Punico Romani subegere: In ea, ait Solinus, nec lupū gigni, nec serpentes habitare. Herba illic nascitur, quæ neruos contrahit, ut ridenti similis moriatur, qui eam esitauerit, unde in prouerbio inuulgatur, risus Sardonijs: quod Erasmus Roterodamus unicum germanicæ lumen, eleganter (ut omnia) in suis admirandis Adagiorum operibus complexus est. Super cæteris prouincijs ad historicos me refero.

Sardonijs
risus.

Ditio.

• ¶ (In ditionem.) A dite ditio deriuatur, & potestatem significat seu facultatem.

• ¶ (Urbanis.) Dicti quatuor prætores, licet propter prouincias obtentas crearentur, attamē distributi sunt eorum magistratus, ut etiā urbanis rebus pars præesset: arg. quod effectus non regulatur ex causa impulsiva, l. i. §. sextum. infra de postul.

• ¶ (Cor. Sylla.) In historijs non inueni, an de Sylla famigeratæ crudelitatis homine, an de alio Cornelio intelligat: coniectura ducor eundem esse Syllam, qui tot cædibus capitum Romanorum insignis fuit. Sed de huiusmodi quæstionibus, de quibus textus noster loquitur, uerba in historijs, maxime apud Plutarchum non fiunt: itaq; in medio relinquimus quis ille Sylla fuerit: nam & Pomponius Lætus uir in inuestiganda uetustate diligens, super eo dubitasse uisus est.

• ¶ (Quæstiones publicas.) Iudicia criminalia intelligit: utpote quod ea inquisitionibus plerūq; conficerentur. Cicero in ij. Philip. Quid enim atinebit noua lege queri de eo quod hominem occidisset, cum esset legibus quæstio constituta? Dicebat Socrates ad Critonem, subterti ciuitatem & patriam, in qua iudicia publica uim non haberent.

Socratis sententia.

• ¶ (De falso.) ut infra ad l. Cornel. de fal. & sicar. per discursum.

• ¶ (De parricidio.) Incertum, Cor. Sylla, an alius eius legis autor fuerit. Maturantius in Philippicis Ciceronis Syllam putat: hanc tamen legem principio à Cornelio institutā, magnus Pompeius postea adiuuit, atrociori pœna in id facinus sancita, l. i. infra ad l. Pomp. de parricid. ubi mentio fit, parricidas lege Cornelia teneri: & licet ibi lex Cornelia de sicarijs narretur, puto tamen ea uerba, de sicarijs * subditicia esse, nec in textu poni debere, ut sic Accurfio in glos. mag. in eo laborandum non fuerit. Sed dubitari poterit, quomodo Cornelius super crimine parricidij publicas quæstiones introduxerit, cum ante super eo publici fuissent magistratus: ut in. §. & quia, supra ea. l. Respondeo parricidā dupliciter intelligi: uno modo pro homicida uulgato, & sic loquitur d. §. Alio modo pro occisoribus parentum, & aliorū necessariorum, de quibus in d. l. i. infra ad l. Pomp. de parricid. mentio fit, pro eo crimine publica iudicia Cor. siue ille, siue alius, instituit.

• Additio.
Quod non
est tutum, cū
ex rex. No
rico eadem
uerba ha
beantur.

• ¶ (Duos ædiles.) Hoc & Fenestella docet. Fuerat autem eorum officium, præesse frumētō, omnemq; curare rem frumentariam, ne penuria in urbe sit. de præfecto annonæ postea dicitur. Hiero. cōtra Ruffinum in Apologia, Cereales nuncios appellat, ut interpretatur Erasmus, qui quaqua uersum rumorem per orbem spargant, à Cerere, quæ Neoptolemum, ut triticum in orbem spargeret, misisse dicitur.

• ¶ (Diuus deinde Augustus.) Hoc & Fenestella (unde Iurisconsul. hoc transcripsit) dicit, deinde diuus Augustinus, &c. licet communiter legatur, Pius deinde Augustus, non recte, cum in historijs Augustus non sit nominatus Pius. Cæterum & Suetonius in uita Augusti scripsit ipsum prætores auxisse.

• ¶ (Fideicommissis.) Lego apud Suetonium, Iurisdictionem de fideicommissis, quæ quorandis, & tantum in urbe magistratibus delegaretur, in perpetuum per prouincias magistratibus demandasse Claudium: inconstantem porrò hunc imperatorem fuisse, qui paulo momento huc uel illuc impelleretur.

• ¶ (Obseruantur.) Sensus est, eos q supra sunt nominati magistratus pro se quæq; secundū

L 2 suz

suæ iurisdictionis naturam ius reddere, quoties in ciuitate Romana sint, & proficiscantur extra: at uero si bellorum causa urbem exierint, tunc quid iuris sit statim sequitur.

¶ **¶** Præfectus urbis.) Is magistratus ad custodiam urbis, & ut ius dicat, constitutus est, si cæteri fuerint absentes, ut hic dicitur: cæterum ex superioribus cognitum est, etiam decemuiros loco prætorum constitutos, qui eis absentibus, iudicijs præessent, quos tamen ab istis præfectis distinctos puto. Heliogabolus Imperator, monstrum nulla uirtute redemptum, omnes lenones præfectos urbis facere destinarat, testis Lampridius.

¶ **¶** Olim constituebatur.) Hoc & Fenestella scribit: & est sensus, hunc magistratum cæteris magistratibus absentibus constitui solitum, ita quod in eum casum pro tempore deputaretur: quod Cor. Tac. lib. V. apertius docet his uerbis: Namq; antea profectis demum regibus, ac mox magistratibus, ne urbs sine imperio foret, in tempus deligebatur qui ius redderet ac subitis mederetur. Sic & Fenestella. cum reges proficiscerentur, electos esse scribit, ad quos urbis custodia pertineret. Cæterum successu temporis hunc magistratum continuum fuisse, Cornel. lib. prædicto testatur, dum Pisonem præfecturæ urbis uiginti annos præfuisse tradit. Eorum officium explicatur, l. j. infra de offi. præfe. urb.

¶ **¶** Postea uero.) Fenestella scribit, Cum multo tempore præfectus urbis creatus foret, demum illius ditioe deleta, & ad prætorem translata, præfectum urbis Latinarum feriarum duntaxat creati ceptum esse. Hoc est quod Cor. Tacitus lib. prædicto dicit, simulacrum huius præfecturæ durare, quoties ob ferias Latinas præficiatur, qui consulare munus usurpet.

¶ **¶** Feriarum Latinarum.) Tarquinius Superbus ultimus Romanorum rex, per dolum reductus in suam manum Sabinis, & alijs etiam Latinorum populis in societatem persuasis, templum in monte Albano, Ioui Latiali constituit, ubi quotannis populi Latini cum Romanis nūdinas celebrarent: adferentesq; pars agnos, pars caseos, alij lactis mensuras Ioui sacrificaret autor Dionysius lib. iij. Eo tempore Latinis uisceratio, id est distributio carnis dabatur, ut Varro uoluit. & Liui. lib. XXXij. scribit conquestos esse Ardeates, quod eis uisceratio nō daretur: de qua uisceratione Ser. lib. j. Aeneidos uerba facit. Hæ feriæ Latinæ à populis Latinis dictæ, quæ non in tempus certum, sed ut Romanis placebat, concipiebantur: quarum causa præfectum creati solitum Fenestella docet, à quo Iurisconsultus hæc mutuatus est. Scribit ad Atticum Cic. lib. amitam suam mortuam esse, q; uerita sit ne Latinæ feriæ in officio non manerent, hostiæq; in montem Albanum adducerentur. M. Antonius philosophus præfectus Latinarum fuit, in quo honore præclarissime se ostendit: autor Capitolinus. Plin. lib. XXVII. meminit quadrigas in capitolio ferijs Latinis certare solitas, absinthiumq; bibisse qui uincerent.

Feria Latinæ.

¶ **¶** Præfectus annonæ.) Annotam anni alimentum dici, apud Cic. in lib. Diuinationum cõperitur, qui de futura in macello annonæ mentionem facit, nomine macelli forum intelligens. Olim cum dira fames urbem ita urgeret, ut multi obuolutis capitibus in Tyberim se præcipitarent, constitutum esse L. Minutium præfectum annonæ Liuius lib. iij. scribit. Fenestella eius originem aliquanto lausius repetit. Officium præfecti annonæ est (eodem Fenestella teste) populo Romano penuria laboranti cõmere frumentum, aduehereq; sed & eos qui ultra proprios usus possiderent, cõpellere ut in medium ponant, omniaq; iusto pretio uendantur. Is præfectus annonæ ab ædilibus cerealibus eo differt, quod hi iure ordinarij magistratus rem frumentariam curabant, illi extra ordinem, si necessitas instabat, creabantur: eratq; non perpetua, sed temporaria potestas. Videtur tamen hoc officium sub principibus, ut pleraque uariasse, per tex. in l. ij. C. de appar. præf. anno. lib. XII. M. Scius cum esset annonæ caritas, asse modium frumenti uendidisse traditur, qua ex re inueterata se inuidia liberauit, ut scribit Cicero. ij. Officiorum. Militarem annonam Primipilus diuisisse dicitur, ut ex Vegetio scribit Andreas Alciatus, l. ij. C. de Primipil. lib. XII.

Officium præfectori annonæ.

¶ **¶** Vigilum.) Hos duos præfectos non esse magistratus alibi nō legi: deniq; Fenestella eos ambos magistratum gerere tradit: sed & in l. j. infra de offi. præfe. uigil. per præfectum uigilum ius super effraeturis, & alijs rebus reddi scribitur. Vnde puto eos propterea hic non dici magistratus, quia inter minores fuere, eisq; senatus uocandi ius non erat, ut maioribus magistratibus: quod docet Gellius.

¶ **¶** Diximus.) Sensus horum uerborum uix cohæret: sed ita intelligendum textum putamus, quod ij qui trās Tyberim deputarent, licet nō essent magistratus (uicariam enim pro magistratu curam

curam subierunt) tamen à senatu creabantur. Sic & ædiles, cum ante hac populi suffragiis, postea tamen & ipsos senatusconsulto creatos fuisse: ut nō intelligas hos quinq; uiros trans Tyberim postea ædiles factos: sic enim quæ sequuntur aduersari prioribus uiderentur, cum colligendo numerum magistratuum, sex tantum ædiles recensent. Itaq; post uerbum, diximus, punctum faciendum puto: ut ædiles à præcedenti contextu, flexu uocis separentur: quæ expositio si tibi non respondeat, Pandectarum archetypus consule. Fuere præterea alij Romæ magistratus, qui ideo hic tacentur, quia ius nō dicebant: ut duūiri sacrorū, quinq; uiri mensarii, qui usuris moderandis præfuere: fuere & duūiri municipales in oppidis, quibus ius Latij erat, qui magistratus proxime ad Decuriones accedebat: de quibus Iurifcon, in l. iij. §. si forte, infra de dam. infect. l. si, C. de iudi. & alij nonnulli, quos apud historicos quæras.

• Iuris ciuilibus scientiam plurimi & maximi uiri professi sunt: sed qui maximæ dignationis apud populum Romanum fuerunt, eorum in præsentia mentio habenda est, ut appareat à quibus, & qualiter hæc iura orta & introducta sunt. Et quidem ex omnibus qui scientiam naucti sunt, ante Tiberium Coruncanum publice professus nemo traditur: cæteri autem adhuc uel in latenti ius ciuile retinere cogitabant, solumq; consultationibus uocare potius, quàm discere uolentibus se præstabant.

• ¶ (Ius ciuilibus scientiam.) Cuius cognitio semper summo honore habita est, teste in Officijs Cicerone: & qua nihil unquam boni optabilius, nihil præstantius mortalium generi dei munere uel fuit datum, uel dari potuit. Et proinde discedi à legibus indignissimum Cicero putat in oratione pro Cluentio, quod hoc uinculum sit ciuitatis, hoc fundamentum libertatis, hic fons æquitatis: mens & animus, & consilium, & scientia ciuitatis posita sit in legibus. Ut enim corpora nostra sine mente, sic ciuitas sine legibus, suis partibus & neruis, ac sanguine & membris uti non possit. Et in summa, legum idcirco omnes nos seruos esse, ut liberi esse possimus: quod omnia commoda nostra, iura, libertatem (ut paulo post dicit) salutem denique à legibus obtineamus. Et in oratione pro Cecinna: Nihil in ciuitate, inquit, tam diligenter retinendum, quàm ius ciuile: quo sublato, nihil cuiquam exploratum esse potest quid suum, quid alienum sit.

• ¶ (Plurimi.) Hoc & apud Ciceronē. i. lib. de Oratore, Antonius fatetur, semper clarissimos in republica ciues huic scientiæ præfuisse. Sed & Crassus eodem libro, tantam illustribus uiris diligentiam fuisse in iure constituendo, quantam in opibus imperij cooptandis. Vnde nō immerito Plato ciuilem scientiam, regiam disciplinam in libro de Regno nominabat, quod ad reges & principes ea pertineret. Et certe ciuilibus uirtus hoc in primis & agit, & appetit, ut optima ciuitas constituatur: testis Alcinous.

• ¶ (Tiberium.) Titum lege non Tiberium: ita enim Cicero in plerisq; locis, cæteri q; autores nominant: Is Tusculano municipio oriundus, ut docet Cicero in oratione pro Planco, primus à plebe pōrifex Max. creatus est: autor Liius lib. lib. XVIII. Tantam fuisse Titi Coruncani, Crassiq; ueteris, & Scipionis sapientiam, Cicero lib. iij. de Oratore tradidit, ut ad eos de omnibus diuinis & humanis referretur: in demq; & in senatu, & apud populū, & in causa amicorum, & domi & militiæ, consilium suum, fidemq; præstabant. Cæterum apud Polybium lib. ij. post principium, lego Caium & Lucium Coruncanos ad Teucam reginam Illyriorum legatos missos, alterumq; iuniorem liberius locutum, à regina iussum interfici. Seneca in epistolis lib. XXI. eos qui uetusta ex alieno seculo uerba loquerentur, ad Appios & Coruncanos redire scribit.

• ¶ (Additio. Professum neminem traditur.) Ita habet text. Noricus, & est ordo: Traditur, neminem esse professum, &c.

• ¶ (Uel in latenti.) Sic Cicero de Oratore, ueteres illos scribit, qui huic scientiæ præfuisse, obtinendæ atq; augendæ potentiæ suæ causa promulgari artem suam noluisse, quod & in oratione pro Murena satis mordaciter deduxisse uisus est: sed suos oratori temporarios motus relinquimus.

• ¶ (Discere uolentibus.) Poterat sua eos ratio defendere: putamus; tamē eum, qui se facilem Additio, Cice. li. l. præbeat

Academi.
quæst. in
prin. dicit
impeperatis
esse scribere
quod occul-
tare uelit.

præbeat discere uolentibus, omni esse honore uenerandum. Seneca ad Lucilium scribens omnia quæ sciret, in alium transfundere desiderabat, imò reiecturū se eam sapientiam, quæ uni ei inclusa seruanda cōmitteretur, quod nullius boni sine socio iucunda sit possessio. De-riuentur, inquit Sapiēs, fontes tui foras, & in plateis aquas tuas diuide. Deniq; apud Græcos, in prouerbium abiit, candidas & apertas esse Musarum ianuas. De meipso sine iactantia ue-rè hoc prædico, si exigua ea quæ sentio, una hora in meos auditores intrudere possem, omnia fideliter communicaturum: nec em̄ minus est hominē docere scientiam, q̄ alimenta uitæ sub ministrare, ut ait Bernardus. quanq̄ non ignorem, quid Sapiens alio loco doceat, A uersuto celari scientiā: Scripturā quippe multis patere ad abusum, Hieronymus queritur. Et sunt nō nulli uel hodie tenebriones, qui sanctissimā iuris ciuili sciētiam, quā ne ex uestibulo unquā salutarunt, inuulgare aggressi, nescio quibus uel ludis uel corruptelis prophanant, sanctissi-mā philosophiæ uestem, ut est apud Boëthium, dilacerantes, ut direpta uel minima particu-la, passim sese impurissimi ardeliones ostentationis uanitate circumferant. Quamobrem si ueteres prudentes, hos abusus ueriti, nobilissimā iuris scripti scientiam in latenti, bono consi-lio habuere, non putamus ullo calculo improbandos.

Fuit autem ^a in primis peritus Sextus ^b Papirius, qui leges regias in unum cons-tulit. ^c Ab hoc ^d Appius Claudius unus ex decemuiris, cuius maximum consiliū in XII. tabulis scribendis fuit.

^a ¶ In primis.) Id est, præcipue: nec ad ordinem referas, ut Accursius putauit. Ea enim no-mina, facile, præcipue, in primis, præ cæteris, &c. uim excedendi habent, & positium exis-gunt, si Vallæ credimus.

Papirius
Prætexta-
tus.

^b ¶ Papirius.) A quo Papirianum ius prodijt, ut supra à principio dictum est. Is uidetur ille fuisse Papirius (nisi me coniectura fallat) qui puer in senatum cum patre ingredi solitus, cum à matre aliquando, quid in senatu actum esset, etiam uerberibus additis, interrogaretur: scito, prudentiq; figmento matrem elusit: Consultum esse respondens, an ex usu foret, uni uiro duas uxores permitti. Conquerentibus in senatu matronis iniuriam, & ut paria uxoribus quoque licerent, postulantibus: puer rem gestam retulit, ut qui matris imperia eo cōmen-to euasisset: magna eum silentij seruandi laus secuta est, eiq; Prætextati agnomen inditum: au-tor Macrobius. Quapropter in textu nostro, Prætextatum Papirium legi nō erit absurdum: nisi forte Petum legas, quod prænomen Papirijs gentilicium fuisse, Cicero in epistolis scri-bit. L. Papirius pocillū uini Ioui uouisse scribit, si Samnites uicisset: autor Plinius lib. XIII. tanta ueterum fuit Parsimonia. Alibi lib. VII. Plinius Cneij Papirij meminit, quem & cum dentibus natum esse scribit.

^c ¶ Ab hoc.) Id est, post illum Papirium: non tamen intelligas immediate, licet ea sit natura huius præpositionis: ut in. §. initium, supra eo. diximus. magno enim tēporis interuallo post Papirium, Appius decemuir Romæ uiguit.

^d ¶ Appius.) De quo satis multa diximus in d. §. initium, supra eo. quo in legibus consti-tuendis nemo fuit præelarior, aserendis nemo deterior. Quamquam qui initia uirtutum præ-buit, etiam morum exhibere magisteria, teste Cypriano, phas fuisset.

^a Post hunc ^b Appius Claudius eiusdem generis maximam scientiam habuit: ^c hic Cæcus appellatus est, & ^d Appiam uiam strauit, & ^e Claudiam aquam indu-xit, & ^f de Pyrrho in urbem non recipiendo ^g sententiā tulit. ^b Hunc actiones etiam scripsisse traditum est: ⁱ primū de usurpationibus, qui liber nō extat. ^k. Idem ^l Appius Claudius usu qui uidetur ^m ad hoc processisse, r, literam ⁿ inuenit, ut pro Valeijs Valerij essent, & pro Fusijs Furij.

^a Post hunc.) Hic textus quasi ubiq; deprauatus est inscitia librariorum, qui ut sunt plerun-que indocti, ita cæci iudicio, ausu temerarij, aduentitia ueris immiscent, syncera fœdant, ordi-nata peruertunt. Hic enim Appius, de quo præfens textus loquitur, non fuit Centimanus ap-pellatus, sed posterior Appius, qui & literam, r, introduxisse, & de iure ciuili scripsisse tradi-tur. Et esset forte textus uerior, si ita locaretur: Post hunc Appius Claudius eiusdem generis maximam scientiam habuit: hic Cæcus appellatus est: Appiam uiam strauit, & Claudiam aquam

aquam induxit, & de Pyrrho in urbem nō recipiendo sententiā tulit. Hunc etiam actiones scripsisse traditum est, inde Appius Claudius: hic centimanus appellatus est, qui uidetur ab hoc processisse, primus de usurpationibus scripsit, qui liber non extat, & r, literā inuenit ut pro Valerij Valerij essent, pro Fufij Furij. Sed ad ueras pandectas prouoco, interim hæc mea boni consule, quo ad certiora inueneris.

b ¶ Appius Claudius.) Hic à superiori Appio decemuiro descēdens, nobilitatis egregius asseritor fuit tribunicijq; & plebeis nouationibus ualidissime restitit, iuris scientia, dicēdiq; arte clarissimus: ita ut Liuius eum iuris & eloquentiæ consultum lib. x. nominet. Hic cum censor potius sacerdotes corrupisset, ut ad sacra Herculis serui reciperentur, à numine cæcatus fertur. Sed & Potiorum genus defecit, triginta puberibus intra annum extinctis, Valerius libro. i. De huius Appij rebus gestis, Liuius lib. ix. & plerisq; locis meminit: cōplures enim annos usq; ad ultimam senectam uixit, summis functus magistratibus: quatuor filios, quinque filias, deniq; plures clientelas in ipsa cæcitate tranquille, prudenter & forti animo regens: ut scribit Cicero de Senectute, & Valerius libro VIII.

c ¶ Hic centimanus.) Supra docuimus adulterina esse illa uerba & subdititia, cū nō iste Appius, sed posterior ille, de quo sequitur, Centimalus appelletur: nam et nomen centimali in centimanum deprauatur: ut suo ordine dicam.

d ¶ Appiam uiam strauit.) Appium hanc uiam à porta Capena usq; ad urbē Capuam muniendam curasse, Iulius Frontinus author est. Strabo. lib. VI. usq; ad Brundisium strauisse scribit: quod parum refert propter modicam locorum distantiam. Apud Iurisconsultum in Luxorem. §. cōcubinæ, infra de leg. in. mentio fit fundi legati in Appia: ubi Accur. cui de uia Appia fortè nihil cognitū fuit, alternata expositione, pro Appia, mancipia legit, satis improuide. Clodium Milo in Appia occidisse traditur.

e ¶ Claudiam aquam.) Anienem fluuium significat. Appius enim prædictus cum esset censor, eam aquam Romam induxit, & propterea censuram sibi cōtra legem Aemiliam, in quinquennium prorogauit, ut eum aquæ ductum & uiam Appiam perficeret: autor Frontinus. Successu tamen temporis, cum is aquæ ductus uetustate quassaretur, M. Titio prætori eius reficiendæ negocium datum est. Appiadas deas, Venerem, Pallada, & alias à ueteribus nominatas, Ludouicus Cælius docet, quod ad Cæsar's forum, in quod dicta sit aqua deducta, earum templa erecta fuerint.

f ¶ De Pyrrho.) Is Pyrrhus Rex Epirotarū, à Tarentinis contra Romanos in auxilium uocatus: cum illatis & acceptis bello cladibus, Cyneam legatum ad senatum misisset, ut componendæ pacis causa rex in urbem reciperetur, iamq; senatus inclinare uideretur, Appius ille cæcus, re comperta, cum præ senio ambulare non posset, sella in senatum uectus, iuculenta oratione, ne pace facta Pyrrhus in urbem reciperetur, obtinuit: de quo Liuius lib. XIII. Valerius lib. VIII. Plutarchus in uita Pyrrhi, & Florus in Epitomis.

g ¶ Sententiā tulit.) oratione sua quid faciendum esset, suasisit: optabat enim & surdus quoque esse, nedum cæcus, ne id flagitij audiret, quod de recipiendo in urbem rege parabatur. Huius Appij meminit l. j. §. casum, infra de postul.

h ¶ Hunc.) Appium. Nam & in. §. postea, supra eo. patuit actiones ab eo scriptas, quas Cn. Flavius scriba suus unā cum libris factorum toto foro exposuit.

i ¶ Primum.) Lege, primus: sed & hæc uerba posteriori Appio adscribenda putauerim, ut supra diximus, adiuncto uerbo, scripsit. Appium enim tertium à Papirio in iura ciuilia scripsisse, Raphael Volateranus testatur, testimonio Iurisconsulti nostri ad hoc citato, ut credibile sit ueriores textum Raphaeli contigisse.

k ¶ Idem.) Puto legendum, inde: & ita lego. nec enim sensus aliquis idoneus eliceretur. Nam quid referat uerbum, idem: an Appium Cæcum: at tunc uerba sequentia, scilicet qui uidetur ab hoc processisse, non quadrabunt: à quo enim procedere uidetur: an à seipso: sed hoc ridiculum esset. an dices ab Appio decemuiro: at illud Latinæ rei elegantia non patitur. Præterea cum supra dixerat Appium Cæcum eiusdem fuisse generis cum Appio decemuiro, quomodo hic sub ambiguo repeteret, quod supra certum posuit: Tu ergo sine trepidatione legas, inde: ut sensus sit: Ab Appio Cæco Appium Centimalum processisse, qui r, literam, &c.

A quo r, Hæc
ra primā
inueniæ.

Appius Cæcus.

L 4 ¶ Appius

Appius
Claudius

^l ¶ Appius Claudius.) Alium hic Claudium Iurifconsultus adducit, qui inde, id est, ab Appio cæco descendisse uidetur: siquidem ex historijs cognitum est, eundem Cæcum quatuor filios reliquisse, ex quibus Claudiorum familia usq; in Tiberium Cæsarem, ut docet Suetonius, propagata est: & porro probabile, eum hic significari Claudium, qui Centimalus à Cicerone lib. iij. Officiorum nominatur: qui tēpore Catonis Censorini Romæ uixit, longo ætatum interuallo post Appium cæcum: quapropter non iniuria, ea quæ de Centimano supra à principio textus nostri scribuntur, huc referenda censui. non autem legendum Centimanū, sed Centimalum. Quid si Centonem legas? Nam & Gellius Appij cæci filium Centonē nominat, ut qui lib. XVII. L. Liuium poëtam fabulas Romæ docere cœpisse scribat, anno ferme quingentesimo post Romā conditam, Claudio Centone Appij cæci filio, & M. Sempronio Tuditano consulibus. Quod certe (si etiam de nomine parum conueniat) nostram cōiecturam, quam supra diximus, multum adiuuat.

^m ¶ Ab hoc.) intellige Appio cæco. Non autem ociose sub ambiguo loquitur Iurifconsultus, cū dicit uideri eū ab Appio cæco processisse: cū enim, ut Suetonius in uita Tiberij, & Q. Asconius prodidere, duæ fuerint Appiorum familiæ, patricia & plebeia, dubitare Iurifconsultus potuit, an hic Centimalus ab eo qui patricius erat, an à plebeio processerit.

ⁿ ¶ Inuenit.) Si Raphaeli Volaterano credendum sit, is posterior Appius, non ille cæcus, r, pro, s, introduxit: dicit enim ita in digestis scribi: ut uerisimile putem ex ueris textibus ea fundari, quæ supra scripsimus.

Fuit post eos maximæ scientiæ Sempronius, quem Pop. Rom. ^a Sophon appellauit: ^b nec quisquam ante hunc hoc nomine cognominatus est. ^c Sed & C. Scipio Nasica, qui ^d optimus à Senatu appellatus est: cui etiam ^e publice domus in ^f sacra uia data est, quo ^g facilius consulī posset.

Sophos.

^a ¶ Sophon.) Textus communiter habent sophin: sed sophon legi, etiam alijs placuit. Domitius in Martialem adnotauit, Græcos cum alicuius scripta uel legerēt, uel audirent, assentando subiecisse sophos, id est sapiens, uel doctus est: hinc mos tractus, ut qui impensius laudaretur, sophos diceretur. Martialis, Quod tam grāde sophos clamet tibi turba togata, Non tam Pomponi cœna diserta tua est. Iudæorum doctores à plebe sophi, id est sapientes, teste Hieronymo ad Algafiam, olim nominati sunt.

^b ¶ Nec quisquam.) Intelligo neminem ex Romanis ante hunc Sempronium ea laude honoratum, ut Sophos ei acclamaretur: uerum septē illa Græciæ lumina, Thales, Bias, Solon, & alij, multo ante sophi, id est sapientes, nominati sunt.

^c ¶ C. Scipio Nasica.) Credo corruptè Caium legi: nam teste Liuius, Plinius, & cæteris, prænomine P. nominatus est, quem Valerius togatæ potentiæ clarum lumen nominat, eiusq; res gestas pulchre magnificat. Scipionum autem familiam, à Scipione, id est baculo nominatam, Macrobius scribit: quod Cornelius patrem luminibus carentem pro baculo gerebat: insignis filij in parentem pietas.

Scipio Na-
sica.

^d Optimus.) Apud Liuium lib. IX. tertiæ Decadis scribitur, Romanos cum matrē Idæam aduecturi essent, ab oraculo Apollinis iussos, eam optimo uiro inter Romanos cōmitti hospitio, communiq; patrum conscriptorum sententia, P. Scipionem filium eius, qui in Hispania ceciderat, adolescentem necdum quæstorium, optimum fuisse iudicatum. Plinius in libro de uiris illustribus: P. inquit Scipio Nasica, uir optimus iudicatus, matrem deūm hospitio cepit. quod & laudis cū præconio Solinus celebrat, asserens hoc patrum iudicio luculenter ostendi, admirandam fuisse eius dexteritatem, quod in florentissima urbe inter multa nobilitū milia unus inuentus sit, qui sanctitate cæteris præmineret. Hic Nasica diē certas discreuit in horas: siquidem ante illum uix uesper erat disunctus ab ortu, ut Sabellicus cecinit. Porro Nasica, teste Augustino lib. j. de ciuitate dei, cum esset pontifex Max. theatrum constitui uentit, ne Græca luxuria obreperet ad uirtutē Romanorū labefactandam. deniq; is Tib. Gracchum Remp uarijs seditionibus euertere pergentem, auxilio bonorum interfecit, rei q; publicæ libertatem restituit: sed ab ingrata patria Pergamum sub specie legationis in exilium missus est: autor Valerius lib. V. Habet hoc insigne, hoc præcipuum iuris scientia, si iusto fine discitur, ut uirtutes uel reddat illustriores, quas inuenerit: uel non inuētas uelut manu introducat: sed

cat: sed sæpe fit, ut quæ in medium utiliter à doctis consulta sunt, parum grate recipiantur. Tu uide ne in causa sit, quod sanctitas legum, iniquissimorum corruptione aduocatorum ad quæstum proflare cernitur, apud quos aliqui pluris fiunt Speculatoris technæ, quàm elegans textuum sinceritas. Sed quæ eis cum textibus communio sit, quos sæpe non intelligunt?

¶ **Publice.** Plinius de uiris illustribus, Scipionem scribit eloquentia primum, iurifcientia consultissimum fuisse, & ingenio sapientissimum, & proinde corculum uulgo nominatum. Ex quibus facile colligi potest domum ei publice datam, ex qua commodius adiretur. Ingens olim erat honor, si cui publice domus daretur, quæ tamen honorem paucissimi consecuti sunt. Valerius domus publice ædificata fuisse traditur: sic & Cicero, & Claudio necdum imperatori, domus amissæ, publicis impensis sunt restitutæ: autores Asconius, Suetonius.

¶ **Sacra uia.** Per hanc uiam augures in arcem profecti inaugurabant, sacra Romanorum in Capitolium per eam uehebantur: sed & triumphantes in Capitolium hæc uecti sunt, ideo sacra dicta: autores Varro & alij. Festus ideo sacram dici autumat, quod in ea fœdus inirum sit inter Romulum & Tatium regem Sabinorum. Olim cæsar sacram uiam, uelut à domo sua in Cluium usque Capitolinum intexuit. Porro Vitellius deficiente suo imperio, per totum sacræ uia: spacium, inter magna rerum & uerborum ludibria, in forum tractus est: autor Suetonius.

¶ **Facilius.** Colligit hic Bald. domos Doctoribus commodas locari, ut adiri facile & consuli possint. Cicero in oratione quadam, domum suam omnibus patuisse gloriatur.

¶ **Deinde Q. Fabius qui ad Carthaginenses missus legatus, cum essent duæ b tesseræ posita: una pacis, altera belli: arbitrio sibi dato, utram uellet referre Romam: utramque sustulit, & ait: Carthaginenses petere debere, utram mallent accipere. Post hos fuit Tib. Coruncanus, ut dixi, qui primus profiteri coepit: cuius tamen scriptum nullum extat, sed responsa complura & memorabilia eius fuerunt.**

¶ **Deinde Q. Mut.** * Q. Fabius lege, non Mutius: nam de Mutijs tempora non quadrat. Aulus Gellius lib. X. à Q. Fabio imperatore Romano, epistolam ad Carthaginenses, & cum ea hastam & caduceum, belli & pacis signa missa scribit: data optione, utrum eligeret: eosque neutrum eligere uoluisse, sed Fabio arbitrium eligendi reliquisse. M. autem Varro, non hastam & caduceum: sed tesserulas, in quibus simulacra horum signorum fuerint, Carthaginem demissa tradidit: ut Gellius loco prædicto adnotauit. Hanc tamen historiam aliter tradidere, T. Liuius lib. j. tertiæ Decadis, & Florus in Epitomis. Secundi enim belli Carthaginensis initio, cum Saguntus ab Hannibale obsideretur, Q. Fabium, cum cæteris legatis, Carthaginem missum, eumque cum de fœderibus ruptis quereretur, & à Carthaginensibus alia ex alijs causis neq̄erentur, dixisse narratur, suo se sinu bellum adferre uel pacem, utrum eligant. & cum Carthaginenses ei arbitrium, uel pacem, uel bellum eligendi dedissent: excusso togæ gremio, bellum effudisse, & uelut præsentem iam classico, omnia horrore compleuisse: adeo inter se parum conuenit historicis.

¶ **Tesseræ.** Signum intellige, quo cognoscitur, bellum ne, an pax deferatur, est & symbolum bellicum, quod in aciem prodeuntibus dabatur, ne confusione distraherentur, & ut inter se ab hostibus cognoscerentur: testis Ser. super illud Verg. in septimo: It bello tessera signum. Eas Palamedes inuenisse scribitur: de quo Sabellicus: At belli signum, uigiles, & tessera magni sunt Palamedis opus, statuitque hæc pergama circum Dux ille. Denique tesseram frumentariam dicimus: quam qui ostendebat, in urbe Roma frumentum pro portione accepit. Accur. in l. mortuo boue. §. j. infra de leg. ij. intelligit per tesseram uas, quo soli ciues Romani frumentum metirentur. quæ expositio tam imperita quàm falsa, causam dedit, ut ibi glossæ parum utilis extenderetur. Pari errore labitur in l. Sed & si susceperit. §. j. de iudi. Scribit quoque Erasmus ille Roterodamus, uir doctissimus, antiqui moris fuisse hospitibus tesseram dari: quam qui attulisset, pro hospite agnoscebatur: & qui ius hospitij uiolasset, tesseram confregisse diceretur. quod & Budæus in suis elegantiss. adnotationibus late tractat. Nos supra tesseram

tesseram, publicæ securitatis pro eo nominatumus, quod vulgus saluum conductum dicit. Non ignoro apud Martialem & alios, tesseras usurpari pro taxillis lusorijs: sed ea extensius prosequi Grammaticorum fuerit.

^c ¶ Tib. Coruncanus.) Supra attigimus, quid de Corunca apud scriptores inuenerimus. ^d ¶ Scriptum.) Hic Coruncanus Socratem imitatus, qui ipse cum moralia præcepta traderet, scholamq; morali philosophiæ aperuisset, nihil post se scripti reliquisse traditur.

Deinde Sex. ^a Aelius, & frater eius P. Aelius ^b ac filius, & P. Atilius, maximam scientiam in profitendo habuerunt, & ^d duo Aelii etiam consules fuere. Atilius autem primus à populo ^c sapiens nominatus est. ^f S. Aelium etiam ^e Ennius laudauit, & extat illius liber, qui dicitur Tripartita, qui liber ueluti cunabula iuris continet. Tripartita autem dicitur, quod ^b lege. XII. tab. præposita iungitur interpretatio, deinde subtexitur legis actio: eiusdem esse tres alij libri referuntur, quos ^a men quidam negant eiusdem esse.

^a ¶ Cecilius.) corrige, Aelius: nã tota series textus nostri de Aelijs loquitur: cū & P. Aelius frater huius Sexti per Iuriconsultū adducatur, & eosdem duos Aelios consules fuisse scribitur. Deniq; Cecilius plusq; centū annos post Aelios iura professus est, ut alio loco dicam.

^b ¶ Ac filius.) Magna felicitas est si à patre claro filius non degeneret. Suauia etiã studia (ut inquit Philostratus in Sophistis) illa sunt, quæ à parentibus & maioribus insunt: meliores quoq; artes, quæ hæreditario iure comparantur: quamuis eo plerunq; infortunio prematur uiri splendidi, ut sui similes filios non relinquunt. Hoc enim Cicero, hoc Q. Hortensio, hoc Herodi Atheniensi, hoc alijs euenisse compertum est. Epaminundas dux Thebanus clarissimus uxorem ducere noluit, ne filium sustolleret: Pelopidæ exemplo deterrius, quod uir clarus infamem filium genuerit: testis Aemilius. Aelianus sophista apud Philostratum, liberorum procreandorum opera se nūquam oblectatum fuisse prædicare solebat. Augustus cum infeliciter ei filiæ cederent, Vtinam ait, sine uxore esse, & sine liberis mori liceret. Euripides felicem dicebat orbitatem, liberis caruisse. Cællius quia orbis erat, liberrime in tempora sua inuectus est: ut post dicitur. Protagoras apud Platonem Socrati prolixo sermone differit, qua nam ratione fiat, ut bonorum patrum mali sint filij. Alibi Socrates apud Platonem lib. iij. de Legibus eam labem, indulgentiæ matrum acceptam refert. Vtrosque Strozas patrem & filium, nobilissimos poetas nouimus: ita & Celsi pater & filius Iuriconsulti clarissimi fuisse scribuntur, ut in fine legis nostræ patere poterit. Heliogabalus imperator, uel potius imperij colluuius, filios se nolle dicebat, ne quis ei frugi contingeret.

Boni parentis malifilijs.

^c ¶ P. Atilius. De hoc nihil comperi. Atiliorum tamen familiam claram fuisse constat, de quibus sæpe fit mentio apud historicos. nam & Atilij Reguli, & M. Atilij Glabrionis, aliorumq; uirtus non est in obscuro.

^d ¶ Duo Aelii.) Intellige Sextum & P. fratres supra nominatos.

Nodus in difficultis.

^e ¶ Sapiens.) Sed quomodo Atilius à Po. Ro. primo sapiens appellatus est, cum supra in §. fuit post eos, Symphronium, uel Sempronium, Po. Ro. Sophon, id est sapientem appellauerit? Nodus mihi inexplicabilis uidetur, nisi dicas Symphronium ab eminentia uariarum disciplinarum Sophon, eo fine appellatum, quo septem sapientes Sophi dicebantur: hunc autem Atilium, sapientiæ ciuilibis titulū inter alias doctrinas præcipue meruisse.

¶ Additio. (Quid si dicas inter publicos iuris professores primum fuisse Aelium sapientem nominatum: At Sempronius, & si nominaretur Sophon, tamen inter iuris professores non erat numeratus.)

^f ¶ S. Aelium.) Qui supra in textu deprauato, S. Cecilius scribebatur. Aeliorum familiam nobilem & uetustam fuisse, cæterum pauperem, Valerius lib. iij. scribit, ita ut XVI. eius familiarum unam domum habitarent. Catus Aelius cum in fictilibus prædisset, legatos Etolorum uasa argentea offerentes repulit: testis Plinius lib. XXXIII. Sextum tamē Aelium, de quo textus noster, uirum fuisse legalis scientiæ peritissimum, apud omnes constat: cuius Cicero in primo Tusculan. & in primo de Oratore, alibiq; sæpe meminit.

Ennius poeta.

^g ¶ Ennius.) A Rudijs oppido Salentinorum ortus est: Eusebius Tarentinum facit. Epicus poeta

poëta primus Latinorum, ut opinatur apud Horatium Porphyrio, heroica attigit. in Auentino colle domum habuisse dicitur, tenui adeo uictu, ut unius ancillæ ministerio contentus fuerit, cum tamen amicos habuerit clarissimos urbis principes Catonem & Scipionem Africanum, in cuius etiam sepulchro tumulatus fuisse traditur, qui eum Romam duxerat, cū quæstor Sardiniam obtinisset. quod Aemilius non minoris quàm quemlibet amplissimum triūphum estimauit. Is dum uino nimio indulisset, teste Sereno in articulare morbum incidit, alioquin uir fide, modestia & probitate conspicuus: & ut ipse de se carmine scripsisse dicitur, doctus erat, fidelis, suavis, homo facundus, suoq; contentus, secunda loquens, in tempore cōmodus, & uerborum uir paucorum, multa tenens antiqua sepulta, qui & loqui & tacere posset. Virgilius cum carmina ex libro Ennii uerfaret, interrogatus quid faceret: Aurum, inquit, ex stercore colligo. ita diuite, diuinoq; ingenio Ennius fuit: sed ut ea erat ætas, latino duriusculo. Quintilianus poëtam Ennium pari ueneratione colendum statuit, qua sacros uetustate lucos, in quibus grandia & antiqua robora, non tantam habent speciem, quantam religionē. Huius Ennii de supradicto S. Aelio præconium insigne fuit, cum diceret: Egregie cordatus homo Sex. Aelius Catus, testis Cice. in primo Tuscu. & alibi.

Quintilianus.

b ¶ (Lege XII. tab.) In hac tripartita, primo legis XII. tab. textus proponebatur, deinde eius interpretatio, & post actio legis: hoc est, quomodo lege agi possit, ne formulis neglectis causa caderetur. quas tamen formulas sublatas fuisse suprascripsimus. Crassus apud Ciceronē j. lib. de Oratore, quosdam commentarios S. Aelii memorat.

Hos sectatus ad aliquid est M. Cato princeps a Portiæ familiæ, b cuius & libri extant: sed plurimi c filij eius, d ex quibus cæteri oriuntur.

a ¶ (Portiæ.) Is senior Cato primus inter Catones fuit qui Portius cognominat⁹, familiæ suæ cognomē reliquit: ortus municipio Tusculano, hortatu L. Valerij Flacci Romam demigravit, in foro esse cœpit. XVII. annos natus militauit: Ennio præceptore literas Græcas senex didicit: is Cato censor cum L. Valerio ei potestati seuerè præfuit: nam in complures nobiles animaduertit, multasq; res nouas in edictum addidit: ut luxuria quæ iam pullulare cœperat, reprimeretur: suscepit plurimas inimicitias: à multis etiam tentatus, non modo nullum detrimentum existimationis fecit, sed quoad uixit, uirtutum laude creuit: nam ab inimicis quater & quadragies capitis accusatus semper fuit absolutus. Agricola solers, peritus Iurisperitus, magnus Imperator, Orator probabilis, & cupidissimus literarum fuit. Tria detestari solebat, arcanum aliquod scæminæ credere: item naui transisse quo pedibus licuisset, & porro si qua dies ei per incuriam effluxisset. In mancipia senio debilitata rigidior fuit, quippe qui ea ut bruta animalia domo eijceret. quo nomine male audiit, parcus admodū & frugalis. Eius hæc egregia sententia ad senatum pro Rhodiensibus fuit: Aduersæ res, inquit, se domant, & docent quid opus sit factò: secundæ res lætitia transuersum trudere solent à uero consulendo & intelligendo. Hæc & plura ex Aemilio Probo, Plinio, Plutarcho, Aulo Gellio. Titus Liuius lib. XXXIX. tantam uim animi, ingenijq; Catoni fuisse scribit, ut quocunque loco natus esset, fortunam subijpse facturum uideretur: nullam artē neq; priuatæ, neq; publicæ rei ei defuisse, urbanas rusticasq; iuxta calluisse: uersatile ingenium ita ei ad iuris scientiam, ad eloquentiam, ad rem militarem fuisse, ut natum ad id unum diceres, quocunque ageret: summum Imperatorem, iuris peritissimum, eloquentissimum extitisse: & multa præclara alia de eo subsequuntur.

Cato Portius.

Tria à Cato ne detestata

Catonis sententia.

b ¶ (Cuius & libri extant.) Eius Catonis, de quo iam meminimus, aliquos iuris ciuilibus libros fuisse, Cicero testis, apud quem. j. lib. de Oratore, Antonius disserit, Catonis & Bruti libros non generalia, sed per singulas personas singula iura cōplecti: quod certe posterior ætas non est secuta, sed generaliter iura constituuntur. l. iura. infra de legi. Accur. tamen in l. mutus. §. j. infra de procur. non improbabiler opinatur edictum super procuratoribus ideo prohibitorium esse, quod certæ personæ prohibeantur, quamuis aliàs edicta generaliter, nō in personas certas proponi soleant. Et ita nuper Guiljelmo Riethemer acri & subtili ingenio adulescenti, auditori nostro amantissimo respondimus, cuius olim nomen cum primis enitebit in iure ciuili adserendo, si recta, ut cœpit, pergat.

c ¶ (Filij eius.) In genituo legas periculo meo, ut sensus sit: plures fuisse liberos filij eiusdem

Cato.

Catonis. Nam ut ex Apollinari apud Gellium lib. XIII. discimus, Cato senior duos habuit filios matribus diuersis, & ætate longe dispares: alterum maiorem, qui prætor designatus, patre uiuo mortuus est, & egregios de iuris disciplina libros reliquit. Hunc Põponius noster significauit, cum dicit filium Catonis senioris plurimos libros reliquisse: Alterum prædictus Cato Portius iam senex ex filia Salonij scribæ eius sustulit Salonianum nominatum: cuius pronepos fuisse scribitur M. Cato Stoicus, qui sese bello ciuili Vticæ interfecit. Ergo si quid iuris ciuilibus à Catonibus extiterit, nõ à M. Catone Vticæ, cui ut Stoico philosopho nihil cū iure ciuili commune fuit, sed à maiore filio M. Catonis Censorini prodijt. Proinde quod in l. ij. §. Cato. infra de uerb. oblig. uerba Catonis recitantur, non est Vticæ Cato, sed prior censorini filius intelligendus: licet Ludouicus Bologninus eundem textum non sine inuisa uerborum pompa, tanquam intempestiuus & male cautus nouator, Vticæ adscribat, tam non uere quàm imperite: sed totum eum textum Bologninus nõ intellexerat, ut late probauimus per glossas nostras, quas ad d. §. Cato. propter nouum textum, & adiecimus, & publice legimus.

Additio.
Cato Stoicus, hunc in uirtutū uia imaginē nominat Seneca in lib. de tranquillitate uitæ ant. si.

¶ Ex quibus libris Catonis: ut sit sensus, ea quæ à cæteris sunt Iurisconsultis conscripta, ortum & radicem ex dictis libris accepisse.

Post hos fuerunt ^a Publius Mutius, ^b Brutus & ^c Manilius, qui fundauerunt ius ciuile: ex his Publius Mutius etiam decem libellos reliquit, Brutus septem, Manilius tres: & extant ^d uolumina inscripta, Manilij monumenta. ^e Illi duo consules res fuerunt, Brutus prætorius. Publius autem Mutius etiam ^f pontifex maximus.

^a ¶ Publius Mutius. Cicero lib. j. de Oratore ante si. in persona Antonij, si quæreretur, inquit, quis nam Iurisconsultus uere nominaretur, Sex. Aelium, M. Manilium, P. Mutium nominarem: & alibi lib. ij. dicit Anto. Ab initio rerum Romanarum usq; ad P. Mutium Pont. Max. res omnes singulorum annorum mandasse literis Pontificem Maxi. Hij Iurisconsulti, nempe Brutus & Manilius de uetustiori iuris prudentia fuere, quo casu tunc imperfecta erat ea prudentia, ut non sit mirum, eos satis improuide errasse in l. ij. §. Neracius. de acqui. poss. opinari thesaurum in fundo usucapi cum fundo posse, etiam ignorato thesauro, ut ibi latius diximus.

^b ¶ Brutus. Decium Brutum uirum prætorium tres in iure ciuili libellos reliquisse, Crassus per facetiam memorat, apud Ciceronem secundo de Oratore: ubi de genere facetiarum agitur. Brutorum familiam Romæ claram & nobilem fuisse nemo ignorat.

^c ¶ Manilius. Huius Marci Manilij meminit Antonius apud Ciceronem in primo libro de Oratore, dum S. Aelium, Marcum Manilium, & P. Mutium in genere Iurisconsultorum adducit. Cicero porrò in libro de claris Oratoribus, hunc Manilium copiosorem fuisse P. Scæuola, nec multo minus prudẽtem scibit. Eius Manilij meminit etiam Cicero libro ij. de Oratore, ubi Crassus dicit se uidisse transuerso foro ambulantem, ut sic ciuibus omnibus cõsulendi sui copiam faceret: ad eumq; & Sext. Aeliũ, non solũ de iure ciuili, uerũ de filia colliganda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniq; negotio, aut officio, relatũ fuisse. Manilium senatorem maximum fuisse, Plinius lib. X. scribit, c. ij. togatorumq; diligentissimum, nobilem doctrinis doctore nullo.

^d ¶ Volumina inscripta. Ita habet tex. Noricus, & est sensus uolumina quæ ab hoc Iuriscõsulto extabant, inscripta fuisse sub eo. tit. Manilij monumenta: nisi intelligas uolumina inscripta extare, quæ sunt monumenta Manilij, ut sic per interpretationem, seu * epexegetim, hæc oratio ueniat.

^e Illi duo. Intelligas Brutum & Manilium, consulares, id est, fuisse aliquando consules, aut de ordine eorum, ex quibus consules legerentur. Ita & Brutum prætorium fuisse dices. Cicero in lib. de claris oratoribus, Pisonem tribunum plebis legem repetundarum primum tulisse scribit, Catone censorino. & M. Manilio Coss.

^f ¶ Pontifex Maximus. Scæuolis peculiaris hæc dignitas fuit, ut Pontifices maximi crearentur.

^a Ab his profecti sunt ^b Publius Rutilius Ruffus, qui Romæ ^c consul & Asiæ ^d procon

d proconsul fuit, e Paulus Virginius, & f Quintus Tubero g ille Stoicus h Panætæ auditor, i qui & ipse consul: etiam k Sextus Pompeius l Cneij Pompeij m patruus. Fuit & eodem tempore n Cælius Antipater, qui historias conscripsit, sed o plus eloquentiæ, quàm scientiæ iuris operam dedit: etiam p Lucius Crassus frater Publij Mutij, qui Mutianus dictus est, q hunc Cicero ait Iuriscōsultorū disertissimū.

a ¶ (Ab ijs.) A superiorum Iuriscōsultorum doctrina hos sequentes profectos esse Pomponius docet.

b ¶ (Publius Rutilius Ruffus.) Is, ut docet Cicero in lib. de claris oratoribus, in tristi quodā P. Rutilius Ruffus. & severo genere dicendi uersatus est, multaq; industria floruit: quæ ideo gratior fuit, quod idem magnam munus de iure respondendi sustinuerit. Eius orationes fuisse ieiunas, multa tamen præclara de iure scripsisse: doctum enim uirum, & Græcis literis eruditum, Panætij auditorem, & propè perfectum in Stoicis, Cicero loco prædicto tradit: quod & idem Cicero in lib. iij. Officiorum testatur. Eius Rutilij mentio fit in l. iij. ad fi. infra de pœn. leg. ubi is Iuriscōsultus, ligna & carbones, quæ non uendendi causa parata essent, penoris nomine contineri uoluit.

c ¶ (Consul.) Valerius Maximus libro. ij. Rutilium consulem cum seruis fugitiuis in Sicilia bellum gefuisse scribit, quo bello Q. Fabium, quod arcem in Sicilia amiserat expulisse traditur.

d ¶ (Proconsul.) Liuius lib. LXX. ut ex epitomis colligitur. P. Rutilium summæ innocentia, uirum, non quidem proconsulem, sed proconsulis legatum C. Marij fuisse scribit, qui cū à publicanorum iniurijs Asiæ defendisset, & propterea ab eis postea Romæ accusaretur, ab equestri ordine, qui tunc iudicabat, iniuste damnatus, in exilium abiuit: auctor Liuius loco præallegato, & Valerius lib. ij. à quo tamen exilio, cum post per Syllam reuocaretur, redire noluit: quod Seneca in Epistolis, Valerius lib. ij. & alij, egregia laude prosequuntur. Hic armorum tractandorum artem & rationem, magis quàm antea accuratam militibus tradidit, ut idem docet Valerius.

¶ (Additio.) (Is Rutilius cum accusaretur, sese humiliter submittere noluit, testatus uel exilium uel mortem esse anteponendam, Cicero lib. j. de Oratore, cuius hæc sunt propemodū uerba: Nam cum esset ille uir exemplum innocentia, cumq; illo nemo neq; integrior esset in ciuitate, neq; sanctior, non modo supplex iudicibus esse noluit, sed ne ornatus quidem, aut liberius causam dici suam quàm simplex oratio ueritatis ferebat. Is Rutilius cum damnatus in exilio esset, & ab amico consolaretur q; breui ab exilio reuerteretur. Quid tibi inquit, male feci, ut mihi peiorem reditum quàm exitum optares, Seneca libro VI. de beneficijs.)

e ¶ (Paulus Virginius.) Nihil de hoc comperi. Famium inuenio apud Ciceronem in libro de claris Oratoribus.

f ¶ (Quintus Tubero.) Is de Aeliorum familia processit, Pauli Aemilij ex filia nepos, quem Q. Tubero. Cicero in lib. de claris Oratoribus, nullo in oratorum numero, sed seuerum congruentiq; cum disciplina Stoica, quæ colebat, uira & oratione durum, cæterum constantem ciuem & fortem, in dicendo mediocre, disputando doctissimum fuisse scribit. Aelium Tuberonem de officio iudicis scripsisse, docet Aulus Gellius.

g ¶ (Ille Stoicus.) Per emphasim quandam Stoicus nominatur: eandem enim sectam ita obseruabat arcte, ut penè inciuilis redderetur. Is enim à Q. Fabio Maximo, qui epulum populo Romano daturus erat, rogatus ut triclinium sterneret, lectulos ligneos pellibus hœdinis strauit, & pro uasis argenteis terrea ex Samo exposuit: quæ res eum prætura deiecit, quasi per huiusmodi philosophicas uelut sordes, Romani nominis splendor obtereretur: auctores Cicero in oratione pro Murena, & Valerius Maximus lib. VII. Cæterum Seneca ad Lucilium, philosophicam frugalitatem magnis laudibus celebrat. Scribitur & Quintum Tuberonem, quem cognomento Catum Aelium appellant, tanta abstinentia insignem fuisse, ut uasa fictilia sua argento Aetolico sibi oblato prætulisset: ut auctor est Valerius lib. iij. & Plinius lib. XXXIII. incertum an is, an alius Tubero fuerit. Traditur Porro Cælium Tuberonē, cum crederetur mortuus, & iam cremandus igni imponderetur, à rogo re-

M uixisse,

vixisse, Plinius lib. VII. Fuit & Lucius Tubero prætor, ingenti in repub. ardore: ei enim in foro pro tribunali iura reddenti, eiusq; capiti cum Pico Martius infedisset, & ab auguribus prædiceretur, eam auem, si seruaretur, populo Romano interitum: at si necaretur, prætoris uitæ periculum allaturam: auem discerpfit, autor Plinius lib. X.

D Panfæ auditor.) Quem Panfam Iurisconsultus nominet, non satis accipio: de Panfa enim qui cum Hircio consul erat, quo tēpore bellum ciuile cū Antonio uiguit, sentire non potuit: utpote, quod is multo annorū interuallo post hunc Q. Tuberonē Romæ floruit, quē & bello q̄ literis clariorē fuisse constat. Non igitur Panfæ, sed ^a Panætij legendum puto: ut intelligatur, Tuberonem Panætij fuisse auditorem. Quo enim tēpore Rutilius Panætium Stoicū philosophum audiuit, ut supra diximus, etiam Tubero ille noster Stoticæ disciplinæ operā dedit, ut uerisimile sit utrosq; eodem præceptore usos. Nam & auunculus Tuberonis Scipio Africanus Panætio operam dedisse legitur.

I Qui & ipse cōsul.) Intellige Q. Tuberonem: licet de suo consulatu nihil compererim.

K Sextus Pompeius.) Defectu premi textum nostrum non dubites. sic enim scribitur, etiam Sextus Pompeius Cneij Pōpeij patricius. nihil ex his uerbis nisi portenta elicias, quod quisque uel mediocri ingenio nouerit. Ego autem fretus Ciceronis auctoritate in libro de Claris oratoribus, sic lego: Sextus ^a Pompeius Cneij Pompeij frater, M. Drusus patricius: ut sic tribus repositis uerbis, candor & claritas adsit textui. Sextum enim Pompeium Cneij fratrem fuisse Cicero scribit, qui eum præstantissimo claruisse ingenio, ad summamq; iuris ciuilis, perfectam Geometriæ rerumq; Stoicarum scientiam contulisse docet: Marci autem Drusi in eodem libro, cum Curione & Fusio meminit.

L Cneij Pompeij frater.) ut ego lego. Cneios alios inuenio, patrem & filium. Ille de Picentibus triumphauit: hic partibus Syllæ adhærens, & successu temporis per multa præclara facinora illustratus, nomen magni accepit: quem tandem famigerata illa Pharfalica pugna à Cæsare uictum, satelles Aegyptij regis interfecit.

M Patricius.) Ociose hic nomē patricij ponit, nisi suppleas de Druso, ut supra notauimus.

N Cælius Antipater.) Cicero in lib. de claris Oratoribus, Lucium Cælium Antipatrum scriptorem pro ea ætate luculentum, iuris ualde peritum, multorum etiam, ut Lucij Crassi, magistrum fuisse narrat. Fuit & Antipater Tyrius Stoicus, Catonis Vticensis præceptor, ut Plutarchus autor est.

O Plus eloquentiæ.) Quorum non parum multos hodie inuenias: in quibus cum legalia studia sint solida ad unguem, & ornata ad eminentiam, eloquentiæ tamen ornamentis uidentur concedere. Bonifacius Amerbachius deliciæ nostræ, philosophia, alijsq; elegantioribus doctrinis Græce & Latine spectatus, olim auditor noster, nunc insignis Doctor, eloquentiam cum iuribus pulchre coniunxit. Accursus hic nescio quem Vaccæpedem, ad cuius nomen inhorrescimus, hominem (ut credo) barbarum, Antipatro parum accommodate contulit.

P Lucius Crassus.) filius erat Publij Licinij Crassi, qui Licinius cum ex P. Mutio natus esset, ut docet Cicero, forte hic iunioris Mutij frater dicitur. hunc Cicero & per ornatū & breuem, eiq; in disserendo summam grauitatem, miram explicationem, argumentorumq; & similitudinum, si quando de iure ciuili, de æquo & bono disceptaretur, insignem fuisse scribit. Erat autem auditor Cælij Antipatri, ut supra meminimus.

Q Hunc.) L. Crassum. Cicero enim in lib. de claris Oratoribus, cum Crassum, Antonio illi magno Oratori comparasset, postea de eodem & Q. Scæuola loquens, ipsum Crassum eloquentium iuris peritissimum, Scæuolam uero iuris peritorum eloquentissimum nominabat: qd tamē hic Iurisconsultus alio ordine recensuit. Plinius lib. XXXIII. scribit L. Crassum oratorem, duos scyphos Mentoris artificis manu celatos, festertijs centum habuisse, eistamen propter uerecundiam usum non fuisse.

¶ Additio. (Hi L. Crassus, tantæ fuit reſtitudinis, ut cum prouinciam Galliam obtineret, eiusq; inimicus Cn. Carbo, cuius patrem damnauerat, ad speculanda & disquirenda eius acta, in prouinciam uenisset, Crassus eū nō solum nō summouit, sed insuper locum ei in tribunali assignauit, nec ulla de re, nisi eo in consilium adhibito cognouit, ut ita integerrimum uirum experiretur; autor Valerius lib. iij. de fiducia sui.

Post hos

^a Et ita habet rex. No rixus.

Tex. manus.

^a Tex. Noricus ira habet: etiam Sex. Pompeius Cn. Pompeij patricius.

Post hos Quintus ^a Mutius Publij filius, pontifex maximus, ius civile primum constituit, ^b generatim in libros decem & octo redigendo. Mutij auditores fuerunt complures, sed præcipue autoritatis ^c Aquilius Gallus, ^d Balbus Lucilius, ^e Sextus Papirius, ^f Caius Iuuentius, ex quibus ^g Gallum maximæ autoritatis apud populū fuisse Seruius dicit. Omnes tamen hi à ^b Seruio Sulpitio nominantur, alioqui per se eorum scripta non talia ⁱ extant, ut ea omnes adpetant: denique nec uersantur omnino scripta eorum inter manus hominum: sed ^h Seruius libros suos compleuit, per cuius scripta, ipsorum quoque memoria haberetur. Seruius autem Sulpitius, cum in causis orandis primum locum, aut pro certo post M. Tullium obtineret, traditur ad consulendum Q. Mutium de re amici sui peruenisse cumq; sibi ^l respondisset de iure, & Seruius ^m parū intellexisset, iterū Q. Mutium interrogasse & à Q. Mutio respōsum esse, nec tamē percepisse: & ita obiurgatum à Q. Mutio: namque eum dixisse, ⁿ turpe esse patricio & nobili uiro, & causas oranti, ius in quo uersaretur ignorare: ea uelut contumelia Seruius tractus ^o operam dedit iuri civili, & plurimum eos, de quibus locuti sumus, audiuit, ^p institutus à Balbo Lucilio: instructus autem maxime à Gallo Aquilio, qui fuit ^q Cercinnæ. Itaq; libri complures eius extant Cercinnæ confecti: ^r hic cum in legatione perijisset, statuam ei populus Romanus pro Rostris posuit, & Hostiæ extat ^s pro rostris Augusti. Huius uolumina complura extant, reliquit autem propè centum & octoginta libros.

^a ¶ (Quintus.) Tametsi Mutiorum & Scæuolarum familia late pateat, quantum tamen ad præsentia satis est, duos comperi, Q. Mutium Scæuolam, augurem, generum C. Lælij: & Q. Scæuolam, Pont. Max. Priori illi Cicero sumpta uirili toga, studij nomine, operam eatenus dedit, ut à latere senis nunquam discederet: quē & in libro de claris Oratoribus, peritissimum iuris & percomem habitum fuisse scribit. Quo mortuo ad posteriorem Scæuolam sese contulit: id quod eleganter Cicero testatur in libro de amicitia in principio, hunc Scæuolā Crassus apud Ciceronem in lib. i. de Oratore, disciplinæ iuris ciuiliis disertissimū esse dicebat. Et erat sanè ciuiliis sapientiæ tanta in eo eminentia, ut Crassus loco præallegato, eius ianuam & uestibulum, ciuitatis oraculum prædicaret. Traditur fuisse arctissimus iuris obseruator, qui ita uerbis scriptæ legis hæsit, ut aliquando æquitatem oppugnare uideretur, ut est Cicero testis in Oratione pro Cecinna. Denique cum Gracchiana seditione, penè ad reip. interitum gliscente, decreuisset Senatus, ut Mutius tum consul, armis rempub. tueretur, negauit se quicquam ui esse acturum: Quo tempore pulcherrimam rem Scipio Nasica, etiam priuatus ausus est: ueritus enim ne, dum consul iuris ordinem sequi pergeret, imperium cum legibus corrueret, sublata dextera proclamans, qui rempub. saluam uellent se sequerentur: Gracchum cum scelerata factione ui oppressit, Valerius libro iij. de forti. Quæ uerba & imperator usurpauit in l. Cum quidam, ad fi. C. de uer. sig. ubi fauore pupillorum disiunctam pro coniuncta accipit, dicens. Ne dum dubitatur apud quem debeat esse tutela, in medio res pupillorum pereant. Hic porro, is Scæuola esse creditur, qui factione Mariana, aras Vestæ complexus, interfectus est: de cuius interitu Florus in Epitomis: Cicero in d. lib. de claris Oratoribus ad fi. item in oratione pro Sexto Roscio: & deniq; in tertio lib. de Oratore ad prin. meminerit. Appianus eum in senatu interfectum cum Domitio, amborumq; corpora edicto Marij fluuio immensa, lib. i. scriptum reliquit. Fuisse autem hunc Publij Mutij filium Cicero in lib. i. Officiorum testatur.

^b ¶ (Generatim.) id est, per genera quædam. Verg. in Georgicis: Quare agite, & proprios generatim discite cultus. Dion in uita Adriani, generatim pro generaliter usurpat dicens Nunc quæ generatim fecerit, quatenus eorum meminisse licet, &c. Intelligas igitur in proposito Q. Mutium primum ius civile generatim constituisse, ordine uidelicet quodam do-

M 2 strinali.

strinali ius ciuile digerendo, & per genera distribuendo: nam qui ante eum scripsissent, nō generales doctrinas contractauerunt: sed prout quisq; ad casum sibi propositum responderat, talia responsa in libros colligebant: quod supra docuimus ex Cicerone de claris Oratoribus. Angelus Politianus ad Iacobum Pratensem, unum tantum librum definitionum Scæuolæ ad nostra uenisse digesta scribit.

^c ¶ Aquilius Gallus.) Hic Cicerone orante iudex præcedit, ut in eius orationibus, & maxime pro L. Flacco facile perspicitur. Familiaris fuit Ciceroni: quod ipse in Topicis, & in libro iij. Officiorum, testatur. Idem etiam Cicero in lib. de claris Oratoribus, acutum fuisse hominem & exercitatum, promptamq; & paratam in agendo & respondendo celeritatem habuisse tradit. Politianus dicit, eius tantummodo responsis nostra irrigari digesta. Apud hunc Aquilius, P. Quintus Scapula cum cœnaret, repente animam efflauit: autor Plinius libro septimo.

^d ¶ Balbus Lucilius.) Huius meminit Cicero in lib. de claris Oratoribus, qui doctum & eruditum eum uocat: in quo, utraq; re considerata, fuerit tarditas.

^e ¶ Sextus Papirius.) Vereor ut legendum sit, Lucius Papirius: hoc enim prænomen peculiare fuisse Papirijs, ex Ciceronis Epistolis discitur lib. IX. ubi ad Papirium Petum scribēs, originem Papiriorum sublibat. Cicero in lib. de claris Oratoribus Lucij Papirij Fregellani meminit, disertissimum eum habitū ex Latio testatus. Sed is cum Tiberij Gracchi ætate fuerit, non uideo quomodo huc accommodetur.

^a Et ita habet text. No.

^f ¶ Caius Iuuentius.) corrige Iuuentius ^a. Cicero prædicto loco, Titum Iuuentium in forensi causarum genere multum ualuisse scribit, lentum quidem illum in dicendo, & penè frigidum: sed & callidum, & in capiendo aduersario uersutum, & præterea nec indoctum, & magna cum iuris ciuilibus intelligentia. Eius auditorem nominat P. Orbium, æqualem Ciceronis, iuris ciuilibus cognitione non inferiorē, quàm foret magister. Meminit & Plinius Marci Iuuentij, qui repentina morte, dum sacrificaret, animam expirasse traditur. Apud Velleiū Paterculum Iuuentius Latereñ. cum Lepido suadere non posset, ut se cum Antonij exercitu iungeret, gladio se transfixisse legitur.

^g ¶ Gallus.) scilicet Aquilius. Is enim præ cæteris clarissima erat & dignitate & scientia, quem & Sulpitius, quia teste Cicerone magistrum habuit, merito cæteris præfert. Valerius libro VIII. & Plinius C. Aquilij meminere, uiri magnæ autoritatis, & iuris ciuilibus scientia clari. Aedium tamen magnificentia, famam auxisse testatur Plinius. incertum an is, an alius fuerit.

Seruius Sulpitius.

^b ¶ A Seruio Sulpitio.) De hoc paulò post. Collegisse autē eum librum super claris Iuriscōsultis hic significatur: Ciceronem forte imitatus, qui prior de claris Oratoribus scripserat: qui liber tenebris, nãuis, & mendis præsentis textus pulchre suffragatur.

ⁱ ¶ Extant.) Cicero libro sæpe dicto sese excusat, si non claros omnes recenset, eo solo, quòd de ijs nulla monumenta loquantur, nec aliorum, nec ipsorum.

^k ¶ Seruius Sulpitius.) De hoc Cicero in libro de claris Oratoribus, non facile alium inueniri dicit, qui plus studij quàm illum, & ad dicendum, & ad omnes bonarum rerum disciplinas adhibuerit: quem & ab ineunte ætate paribus cum ipso doctrinis exercitatum fuisse, eumq; ueritum ne forte secundas in eloquentia partes haberet, effecisse, ut in iure primus esset, idq; adeptum esse: utpote quòd is longe omnium non eiusdem modò ætatis, sed eorum etiam qui antea fuissent, in iure ciuili princeps haberetur. Hoc est quod Iuriscōsultus hic primum locum in causis orandis, aut certe post Ciceronem Seruio contigisse tradit. Tarde ad iura ciuilia uenerat, sed tamen cito sese absoluens, eminentiæ palmam omnibus sustulit. quod quidem & Baldo contigisse ferunt. Hoc Sulpitio consule, carnem pluit, quæ teste Plinio lib. ij. non perputruit, si eam non diripuissent aues.

^l ¶ Respondentem.) Litera communis habet respondisse: nos autē respondētem legimus, quod & Egnatius & alij periti legunt: alioqui & orationis structus male coiret, & absonderet elegantia.

^m ¶ Parum intellexisset.) Ex hoc textu, argumento egregio euincitur, iuris ciuilibus scientiam & esse profundam, & paucis ex fundamento cognitam. Si enim is tantus uir, qui de gloria eruditionis, de fastigio eminentiæ, cum Cicerone certabat, Q. Mutiū semel & iterum respō-

dentem

dentem non intellexerat: quistantæ scientiæ sublimitatem, nisi doctissimis præditus præceptoribus, nisi multa ætate, nisi iugi studio uere adsequetur? Proinde Vallam reprehendendum nõ immerito putamus, qui iux professionis oratoriæ, in qua eminere poterat, oblitus, non uulpis, ut *Lysander*: sed *Leonis*, quod sibi uidebatur, pelle adsuta, illustres illos iuris ciuilibus autores impetere aggressus est: quasi & non loquerentur ex puritate latini sermonis, & insuper inter sese dissiderent. Quod ad latinæ rei elegantiam pertinet, licet feroculus iste censor calculum fecisse se iactet, hallucinatum tamen contra Iurisconsultos fuisse, imò nugæ sparsisse aliquando per ocium docebimus, si modo in tricis huiusmodi tantulum horarum malè collocare uisum fuerit. Dissidentiam uero legum, qua eleuare Iurisconsultos Valla pergit, quam & *Budæus* (quod abominor) manu adiuuat, post finem scholiorum speciãtim diluamus: hic diluturi, si non omnino impertinenter euagati diceremur. Nec quenquam moueat, quod *Cicero* in Oratione pro *Murena*, legales doctrinas tanquam cognitu non difficiles attenuare uidetur: tempori enim ut Orator inseruuisse, & non tam ex iudicio quàm ex clientis commodo locutus fuisse uidetur. Siquidem alibi in oratione pro *Cluentio*, is ipse *Cicero* ius ciuile uehementer laudauit, ut alio loco deduximus: & ad *Trebatium* scribens, eam scientiam ex libris per sese cognosci non posse, doctoremq; & lumẽ desiderare testatus est: Quo nomine meritò malè audierint, quiqui sint, qui eius scientiæ in uulgi linguam prodendæ, atq; adeò prophanandæ infumunt negocium: quæ tamen non nisi ab eminentissimis ingenijs perfectè cognoscitur.

¶ ¶ Turpe esse.) Sic *Cicero* in oratione pro *Cluentio*, leges quibus adhibentur Oratores, & in quibus uersantur, nosci debere dicit. Et est profecto res reprehensione non indigna, solos linguæ operarios tribunalia fatigare: & quam minime norunt, Iustitiæ legem iudici uelle persuadere. Olim *Publius Consa*, qui se Iurisconsultum iactabat, cum tanquam testis interrogaretur, & se nihil scire diceret: *Cicero* in eius imperitiã iocatus, Disce quæso, ait, forsitan de iure te interrogatum credis.

Scomus io
cosum.

◦ ¶ Operã dedit.) Quo labore ita *Sulpitius* inclaruisse dicitur, ut si *Ciceroni* credimus, suo ipse præceptor *Scæuolæ* uel anteponi uideri possit: certe melior, quod iuris scientiam in partes distribuebat, latentè explicabat, obscurã explanabat, distinguebat, & uelut lucẽ afferebat ad ea, quæ confuse ab alijs aut respondebantur, aut agebantur. Eos *Sulpitios* quis non desideraret nostra ætate, per quos reserctis inutilibus commentarijs, fastidiosa prolixitas detruncaretur, & Opt. Max. *Cæsare* autore, suæ ius ciuile expedito synceritati traderetur.

¶ ¶ Instructus.) Hoc & *Cicero* lib. sæpe allegato tradidit, duobus peritissimis *L. Lucilio Balbo*, & *C. Aquilio Gallo*, operam dedisse testatus.

¶ ¶ Cercinnæ.) *Cercinnam* Africæ insulam, apud *Corneliũ Tacitum* inuenio. *Strabo*. lib. iij. & lib. XVII. in principio, *Syrũ* *Cercinnã* insulam oblongam, & eius nominis ciuitatem iacere scribit. Sed parum quadrat, nec alium facile eius nominis locum qui huic textui conueniat, uel in historijs, uel alibi comperio. Proinde hic mihi locus non est cognitus, nisi forte textum corruptum emendes, & ita legas, Instructus maxime à *C. Aquilio*, cum fuit *Sicyone*, scilicet *Sulpitius*: legimus enim apud *Ciceronem* libro X. *Epistolarum*, *Seruium Sicyone* habitasse, cum præesset proconsul *Achaia*, quod oppidum omnium metallorum primam fuisse officinã, scribit *Plinius* lib. XXXVI. Sed ad ueras prouocare *Pandectas* erit securius.

¶ ¶ Hic cũ in legatione.) *Seruius Sulpitius*, licet & senio & aduersa uale tudine laboraret, amore tamen reipub. passus est se cum alijs legatum mitti, ut obsidionem *Mutinensem*, qua *A. Brutus* premebatur, solueret: qui tamen cum in itinere mortem obiisset, *Cicero* ei ob legationem uitam defuncto statuam locari, oratione egregia obtinuit, quæ inter *Philippicas* nona numeratur.

¶ ¶ Additio. (Idem *Cicero* lib. XII. *epistolarum* ad *C. Cassium* scribens, *Seruij Sulpitij* morte reipub. magnum præsidium amisisse.)

¶ ¶ Pro Rostris Augusti.) Ita textũ * coniunctim legendum puto, alias quid nomen Augusti hic faceret, non uideo: credibile autem est *Rostra Romæ* successu temporis ab *Augusto* cognomen accepisse, ut supra scripsimus.

¶ Addi. Non
est tuta hæc
glossa quæ
decipit text.
corruptus.
Nã text. No.
habet. Et
Hostia ex
tat pro Ro
stris Augu
sti.

M 3 Ab hoc

Ab hoc plurimi^b (ac præfecti profluxerunt) ferè tamen hi libros conscripserunt, ^c Alphenus Varus, ^d Caius, A. ^e Offilius, ^f Titius Cæsius, ^g Aufidius Tuca, ^b Aufidius Namusa, Flavius Priscus, Caius Atteius, Pacuuius, ⁱ Labeo Antistius Labeonis Antistij^h pater, Cinna, ^l Publius Cecilius: ^m ex his enim decem, ⁿ octo libros conscripserunt: quorum omnes qui fuerunt libri, digesti sunt ^o ab Aufidio Namusa in centum quadraginta libros. Ex his auditoribus plurimum autoritatis habuit Alphenus Varus, & Aulus Offilius: ex quibus Varus consul fuit, Offilius in equestri ordine perseverauit. Is fuit Cæsaris familiarissimus, & libros de Iure ciuili plurimos, & qui omnem partem operis fundarent, reliquit. Nam ^p de legibus uicesimæ, de Iurisdictione primus conscripsit: idem edictum prætoris primus diligenter composuit: Nam ante eum Seruius duos libros ad Brutum perquam breuissimos ad edictum ^q subscriptos reliquit. Fuit & eodem tempore ^r Trebatius qui idem ^s Cornelij Maximij auditor fuit, ^t Aulus Cassellius, ^u Quintus Mutius ^v Volusij auditor. Denique ^w in illius honorem, testamento ^x Pub. Mutium nepotem ^y eius reliquit hæredem. Fuit autem ^b quæstorius, ^c nec ultra proficere uoluit, cum Augustus illi etiam consulatum offerret. Ex his Trebatius ^d peritior Cassellio, Cassellius Trebatio ^e eloquentior fuisse dicitur: Offilius utroque doctior. Cassellij scripta non extant, nisi unus liber bene dictorum. Trebatij complures, sed minus ^f frequentantur.

Add. Nor. tex. habet: Ab hoc plurimi processerunt: unde nõ est opus ista glossa.

^a ¶ Ab hoc.) Sulpitio: uel quia illi eum audiuerunt, uel quia post eum emeruisse dicas.

^b ¶ Ac præfecti.) Male hærent hæc uerba. Porro præfecti quid hic faciant, ne Pomponius quidem ipse discussit. Aut igitur coniunctione expuncta leges, profecti: ut exponas, plurimos ab eo profectos profluxisse: aut remanente coniunctione legendum, prouecti: ut sensus sit, plurimos ac prouectos, id est, in studijs eruditos uiros bene auctos ab eo descendisse. Vide quàm inemendatus hic textus ne leuicula quidem præterire permittit.

^c ¶ Alphenus Varus.) Hunc Seruij Sulpitij auditorem fuisse, etiam Gellius libro VI. docet, quem & rerum antiquarum non incuriosum fuisse scribit. Apud Cornelium Tacitum, lego Alphenum Varum præfectum prætorio à Vitellio electum: sed alius erat multo post Iuriconsultum tempore.

^d ¶ Caius.) Raphaël Volateranus in Philologia, Caium Flauium nominat. Aulus Gellius libro XI. Caij Iuriconsulti meminit, qui de origine uocabulorum scripsisse dicitur. Porro Institutiones Caij extant, quas nuper & uidimus & legimus. Cicero in lib. Tusculanarum quæst. ad fi. Caij Drusi Iuriconsulti meminit, cuius domum, quamuis cæcus esset, consultoribus compleri solitam scribit.

^e ¶ Offilius.) Non comperi in historijs quicquam de hoc Iuriconsulto. Cæterum in l. ij. §. pœnori, infra de pœnu. leg. Offilius recitatur, qui acetum pœnoris loco uenire scripserit, nisi extinguendi ignis causa fuerit paratum.

^f ¶ Titius.) Raphaël legit Titius Celsus. Cicero lib. V. Epistol. ad quædam Titij Fabij epistolam misisse legitur, qui cum esset magno ingenio, suaque probitate & industria multas diuitias consecutus, tandem oppressus per Cæsarem, omnibus exutus fortunis, exulare iussus est. An autem is sit Titius, de quo Iuriconsultus meminit, an alius, quærant quos cura agitet.

Cicero de claris Orat. Titium Cæcium nominat

^g ¶ Aufidius Tuca.) Raphaël legit Sura, non Tuca. Cneium Aufidium uirum prætorium, Cicero prædicto Tuscul. quæst. libro adducit: quem & ipsum cæcum in senatu sententiam dixisse, amicis deliberantibus consuluisse, sed & Græcam historiam scripsisse tradit: de quo & Pliniū lib. VII. sentire credo, qui C. Aufidium cum offenso pede in comitio senatū ingrederetur, interijisse scribit. Aufidij Quietij meminit Plinius posterior in lib. VII. epistolarum: qui orator celebris præcipere solebat, suscipiendas esse causas aut amicorum, aut defutarum, aut ad exemplum pertinentes. Erat & M. Aufidius Lurco, qui saginandis pauonibus magnū quæstum fecisse narratur: testis Plinius lib. X.

¶ Aufidius

A Aufidius Namusa.) Raphaël Mamusam legit, eius non infrequens in iure nostro sit memoria.

Labeo Antistius.) De hoc Labeone paulò post disseretur.

Patercina.) Monstrosa est hæc dictio, & Plutonis familiæ adscribenda. Raphaëlis testimonio legitur, Paternus. Egnatius uero in locū eius substituit, pater Cecinna. duos enim Cecinnas fuisse satis liquet, patrem & filium: quorum patrem Cicero luculenta oratione defendit, filiū inter clientes suos in epistolis nominat. Vtra sit uerior emēdatio, Pandectarū archetypus dñudicet. Paterni mentio fit in l. officium. §. j. infra de re mili. Tu uide ne Porcina legendum sit: Nam & Priscianus lib. IX. Aemilij Porcinæ meminit in oratione quadam.

Publius Cecilius.) Eius Cecilij mētionem, apud Macrobiū lib. ij. fieri putamus, quem & urbanitatis miræ, libertatisq; habitum fuisse scribit. Cum enim Vatinius in gladiatorio ludō lapidaretur: edictum ab ædilibus extorsit, ne quis in harenam nisi pomum mitteret. Et cū eisdem diebus Cassellius fortuito quereretur, an nux pinea pomum esset: facete respondit: Si in Vatinium missurus sit, pomum esse. Fuit & alius Iurisconsultus Sex. Cecilius, Traianū imperatoris tempore, cuius Gellius libro XX. meminit, qui in l. fi. C. de com. ser. ma. & in l. iij. ad fi. infra de pœnu, leg. & sæpe alibi citatur. Nec tamen me præterit apud Aemiliū in uita Attici mentionē fieri Q. Cecilij equitis Rom. qui auunculus Attico fuisse traditur.

Ex ijs decem,) scilicet Iurisconsultis.

Octo libros conscripserunt.) Sensus est, ut ego puto, ex supra allegatis decem Iurisconsultis, octo fuisse qui post se libros reliquissent. Quod autem uulgo legitur, ex his decem & octo, coniunctione interposita, mendam putamus: Nullus enim nec intellectus ex hoc, nec orationis certitudo colligitur. Quapropter coniunctione expuncta, sola dictionum dissepāratio flexu uocis facta, lucem præbet textui: ut legas: ex ijs decem Iurisconsultis, octo eorum libris claruisse: hoc est quod in principio dicitur, ferè libros scripserunt, quod nō omnes de cem, sed octo ex eis scripsisse memorentur.

Additio.
Et hic intel-
lectus ex
tex. Nori.
fundatur, ut
supra scripsi

Ab Aufidio Namusa.) Nihil de eo comperi, nisi quod mentio fit in l. in summa. §. apud Namusam, infra de aqua plu. arcen. & sæpe alibi. Cicero de claris Oratoribus T. Namusam citat, quem uirum bonum & innocentem fuisse, & ad summam senectutem uenisse testatur. Sed is tempore Syllæ longe ante Seruium uixit.

De legibus uicesimæ.) Vicesimam partem hæreditatum fisco inferri olim constitutum fuit: de cuius legibus Ofilius scripsit. Apud Capitolinum Marcus Antonius super ea uicesima leges adiecit scribitur. Porro & uicesima pars rei, loco tributi uel certe uectigalium nomine exigebatur: quod publicanorum inuēto emeruisse, testis est Cor. Tacitus. Hæ exactiunculæ sæpe uariarunt, ut iam uicesima, iam decima, aliquando quadragesima, nunc centesima statueretur. Vetus temporibus decima seminum dabatur in locū uectigalis ex agris, qui deseri ad culturam redigerentur: testis Appianus lib. j. Tiberius Cæsar centesimam rerum uenalium in ducentesimam laxauit, quia Cappadociam morte Archelai in prouinciam redegerat: testis Cor. Tacitus lib. ij. & alibi lib. XIII. Neronē quintam & uicesimam uenalium mancipiorum remisisse, scribit, idem in eodem lib. ad fi. quadragesimam & quinquagesimā Nerone agēte, abolita esse quæ ex auctionibus illicitis nomina publicani inuenerint. Cicero in Verrinis decumanos principes, nominat publicanos. Plinius in panegyrico, Traianum laudat, quod uectigal uicesimarum sustulerit. C. Caligula principio sui principatus, ducentesimam partem rei, quam publicani ex auctionibus extorserunt, remisit: post in exitialem tyrannum uersus, quadregesimam partem summæ, de qua litigabatur, uectigalium nomine instituit: Nec impune fuit, si quis comperiretur amice composuisse litem, ne uectigal minueretur, autor Suct. Tempore Valentis & Valētiniani imperatorum, octaua pars, uectigalium nomine exigebatur: & qui exigebant, octauarij nominati, lex præstatione, cum l. seq. C. de uecti. commiss.

Addi. Sanguinolēras centesimas Seneca lib. VI. de bene ficijs nominat.

Octauarij

Subscriptos.) Inscriptos intellige: & est elegans loquendi figura. Sic Tertullianus in Apologetico, legem denarrat, quæ centum æra non amplius in cenam subscribi iuberet. Et Aulus Gellius cum de censorijs notis loqueretur, condemnato quodam scurriliter iocante: In grarios, inquit, eū reuoluit: causam q; ioci scurrilis apud se dicti subscripsit, id est, inscripsit: &

Subscribere

M 4 fuit pes

fuit peculiare Censorum, ut quæ notarent, subscriptiones nominarentur. Cicero in oratione pro Cluentio, eo uerbo in censorijs notis sæpissime utitur. Apuleius in oratione secunda Apologetica, grauius habendum ait, quod in iudicio subscribitur, quàm quod in epistola scribitur. Idem in epitome Alcinoi de Platone, subscribit (inquit) ex materia & alias res publicas. Inuenio tamen subscribere accipi pro eo quod est, liti sese obligare. Sic Curianus quidam apud Plinium lib. V. epistolarum, licet cum cæteris hæredibus centumuirale iudicium subscripsisset, cum ipso tamen Plinio non subscripsit. Hinc uulgata emerfit usurpatio, qua ad talionem se accusator subscribit, id est alligat. Asconius lib. i. Diuinationum, subscriptores caudicis adesse docet, qui accusatorem adiuuare soleant, submissius suggerentes quæ accusationi conferunt. Erat autem suscribendi munus secundarum partium, cum accusare primarum esset. Cicero in oratione pro Fonteio, in M. Fabium subscriptorem accusatoris amariuscule iocatur. Quod uero subscribere pro adprobare sumitur, plus quàm notum est.

C. Trebat. ¶ Trebatius.) Hic insigni dignitate inter optimates erat, qui tamen contra Cæsarem partes Pompeianas secutus, cum fracto Pompeio diutius in bello perseverasset, exulare iussus est. Cæterum Ciceronis ope (erat enim singularis inter eos amicitia) Cæsar ei reditum indulgit, & ita indulgit, ut eius & concilio uteretur, & tribunatum militarem offerret, sine tamen onere militandi, quod sciret inermi militia non armata Iurisconsultos nitenti consueuisse, ut qui togam castris præferrent. Trebatius reiecto tribunatus officio, maluit adesse consiliarius, quàm militare munus uel nomine ingredi. Quem certe uirum nonnulli nostra ætate Doctores non imitantur, qui milites sese ex principalibus diplomatis creare patiuntur: cum tantum absit ut militiæ opera suscipiant, ut etiam ad nudum enses cohortescerent, alienos induti titulos parum laudati, qui in proprijs titulis cum honore uiserentur. Meminit C. Trebatij tanquam uiri boni & integri Suetonius in Cæsare. Extant ad eum plurimæ Ciceronis epistolæ, toto ferè lib. VII. plene iocis, salibus, & scommatis, quibus iurisconsultum esse ludit. Iuris ciuilem enim scientiam Cicero, licet pro commodo fortè suo aliquando commendare uideatur, eleuare tamen, id est, premere, uel certe sicubi poterat, submordere consueuit. Sed tempora captare (ne quid durius dicam) Cicero nouit: quapropter Liberius mimus ei obieisse dicitur, quod duabus sellis federe consueuisset: testis Seneca lib. VII. Declamationum.

¶ Nori. tex. habet Cornelium Maximum.

¶ Cornelij Maximi.) Cicero lib. VII. Epistolarum, cum ad Trebatium scribens iocaretur, eius (ut puto) Cornelij meminit. Nam dixerat Trebatius se à Cornelio sapere didicisse, in quod Cicero capta pro re nata occasione, ibidem ludit. Quid si Cornelium* Balbum intelligeres, qui ueluti Cæsari familiarissimus erat, ut Suetonius docet, ita Trebatij reconciliationem non mediocriter adiuuasse à Cicerone scribitur. Sed refragatur textus, qui Cornelium Maximum nominat, ita enim Raphaël legit.

¶ Prædiator.

¶ Aulus Cassellius.) De hoc supra meminimus, cum de P. Cecilio uerba faceremus. Cicero in oratione pro Cornelio Balbo, Cassellij meminit, quem prædiatorem fuisse his uerbis testatur. Etenim Q. Scæuola ille augur, cum de iure prædiatorio consuleretur, homo iuris peritissimus consultores suos nonnunquam ad Furium & Cassellium prædiatores reiecit. Prædiator autem is dicitur, qui rerum prædialium peritus erat: ut Budæus uir doctus in l. Herennius, in fi. infra de euis, docet. Legum prædialium meminit Iurisconsultus in l. utimur, infra de sepul. uio. in qua tamen Accursus, cum eam non adsequeretur, quædam impertinentia comminiscitur. Raphaël Cassellium nominat. Hic Cassellius insigni fuisse constantia clarus memoratur: nullo enim permoueri beneficio poterat, ut pro triumuirorum placitis formulas æderet, quod eorum conatus à legum ordine remotos esse censeret. Nec ab inimicis cohiberi potuit, quin de Cæsaris temporibus liberius loqueretur, senectuti suæ confusus & orbitati: testis Valerius lib. VI.

¶ Quintus Mutius.) de Mutiorum forte familia, de quibus supra satis scripsimus.

¶ L. Volusius.

¶ Volusij auditor.) Horatius ad Volusium scripsisse legitur. Porro Volusium Iurisconsultum Capitolinus adducit, sed qui tempore Antonini Pij floruerit. Alterius Volusij meminit Appianus lib. iiii. qui à triumuiris proscriptus, dum ædilitatem gereret, sub ueste sacerdotis Iſidis, cane capiti imposito periculum euasit. Scribit Plinius libro VII. L. Volusium tantum fuisse senem, ut omnium consulum, quos aliquando sententiam rogauerat, superstes esset, de quo & Corn. Tacitus lib. XIII. quæ egregia fama tres & nonaginta annos exegisse, & bonis artibus

artibus plurium imperatorum inoffensam malitiam euasisse tradit. Quē ex prædictis, uel an alium Iuriconsultum hic nominet, non est compertum: ultimum puto.

¶ **In illius.** Fortè Volusij, poterat enim Mutius nepotem Volusij instituisse in præceptoris honorem. Immēsa enim gratitudo præceptoribus debetur, quibus & meliores reddimur & elegantiores, l. Aquilius. infra de donat.

¶ **P. Mutium.** nepotem Volusij. Sed quomodo cum esset Volusij nepos, nomen habuit testatoris? Dici potest, testatorem uoluisse, ut eius nomine nepos Volusij censeretur. arg. l. facto. §. quod si conditio, infra ad Trebel. nisi forte uice uersa intelligas P. Mutium, nepotem Q. Mutij à Volusio in * honorem Mutij esse institutum.

¶ **Eius.** uidelicet Volusij. Vel secundum alium intellectum, dic, eius, scilicet Mutij.

¶ **Quæstorius.** utpote quod magistratui quæsturæ uel præfuit, uel destinatus, ut ad id munus eligeretur. Nomina enim denominatiua magistratuum, ut consularis, prætorius, &c. significant uel functum fuisse magistratu, uel eius ordinis esse, ut ad eum magistratū eligatur.

¶ **Nec ultra proficere.** Quæ insignis erat eius uiri uirtus, ut mediocritati studeret, potiusq; integritate & iustitia, quàm fastuosis summorum magistratuum titulis excellere uideretur: ut qui sciret nihil esse durabilius quàm quod nec excessu superbiret, nec defectu inforduisset.

¶ **Peritior.** Cicero in quadam ad Cæsarem epistola, ueminem Trebatio meliorem esse dicebat, aut prudentiorem: quem & à familia sua laudat, ut quæ singulari in iure ciuili memoria, & summa scientia sit celebrabilis.

¶ **Eloquentior.** Quo nomine eum Trebatio non anteponimus. Quamuis enim iuris ciuili scientiam adprime deceat eloquentia, ornatricem tamen uolo, non dominam: ut subseruiat, non præcurrat: nec enim fandi, sed iudicandi præcepta uersamus. Vereor tamen cōplures nostra ætate in eloquentiæ & legalibus doctriuis doctissimos inueniri, in quibus cū Cassellio eloquentia potiores sedes obtinuerit: ad eō eloquentiæ nitore studiosos sui illicit, ut sæpenumero securi aliarum rerum, in illecebabili ea arte cum Cassellio conquiescant. Cæterum meminisse conueniet Antonianæ sententiæ: Iurisperitos magnarum rerum prudentia magis quàm dicēdi arte clarescere. Quo minus decet Accursios, Bartolos, eorumq; similes eo nomine conuellere, quod à dictionis elegantia nudi uideantur: eorum enim non ingenia, sed tempora impolito sermone degenerabant. Deniq; ciuili philosophiæ profunda inuestigatio, florent orationis non semper recipit.

¶ **Frequentantur.** Et sanè in nostris Pandectis per quam sæpe à Trebatij sententia receditur. Cicero ipsum in quadam epistola improvidentiæ arguit: Cum enim inter pocula controuerteretur, posset ne de furto ante aditā hæreditatem facto, hæres furti rectè agere: Trebatius neminem id sensisse iactitauit: & tamen Cicero, S. Aelium, M. Maniliū, & Brutum id didisse compererat. quod magnum argumentum præstat, non esse temerè, sed cum temperamento, super iure definiendū: effusus enim sermo nocet, l. si. in si. C. de dot. promiss. Sic Hieronymus. C. XII. in Ecclesiasten dicebat, quantum ipse recordari posset, passerem semper in bonam partem accipi. & Accursius noster in l. j. infra de leg. ij. dicebat se non meminisse legere arbitratorē cogi posse, sub dubio enim forte scripserunt sæpe periti.

Post hos quoq; ^a Tubero fuit, qui Offilio ^b operam dedit: fuit autem patricius, & ^c transijt à causis agendis ad ius ciuile, maxime postquam ^d Quintum Ligarium ^e accusauit ^f nec obtinuit apud C. Cæsarem. Is est Q. Ligarius, qui cum Africæ ^g oram teneret ^b infirmum Tiberonem applicare non permisit, nec aquam haurire: ⁱ quo nomine eum ^h accusauit, & ^l Cicero defendit, & eius extat oratio ^m sanè pulcherrima, quæ inscribitur pro Q. Ligario. Et Tubero doctissimus quidem habitus est iuris publici & priuati, & complures utriusq; operis libros reliquit, ⁿ sermone etiam ^o antiquo usus ^p affectauit scribere, & ideo ^q parum eius libri grati habentur.

¶ **Tubero.** Q. Tiberonem nominat Lucij filium: erant autem de Aeliorum familia Tiberones progeniti, Alium autem Tiberonem hic significat, quàm eum qui supra Stoicus fuisse scribitur.

¶ Addi. Et in est uerior intellectus.

Medicorū
ta.

In Nerico
textu nō est
(fatis) ut hæ
strenus legis,
aut igitur
expungendū
dū. aut (sa
ne) legendū
est, aurore
Bodzo. Ols
den.

¶ Operam

b ¶ Operam dedit.) studij nomine Offilio adhæsit: & est signata loquendi figura, cum operam præceptoribus dare dicimur.

c ¶ Transijt.) aptior ut profiteretur, quàm quod causas ageret. Sic Aelianus sophista ad scribendum se conuertit, cum se conspiceret declamationi minus accommodatum: testis Philostratus. Studium enim homo quod adsequi non potest, sequi desinit: ut inquit Velleius Patriculus: & uelut occupatam relinquens materiam, quærit nouam: præteritoq; eo in quo emine re non possumus, aliquid in quo nitamur, conquirimus.

¶ Additio. (Seneca in lib. de tranquillitate uitæ, scribit, eo inclinandum esse, quo te uis ingenij refert: sic & Socrates Ethorum læta manu à foro subduxit, utiliorē componendis monumentis historiarum ratus. Male enim respondent coacta ingenia: reluctantē natura irritus labor est, hæc ille.)

d ¶ Quantum Ligarium.) Cuius Romanus erat: qui cum præfectus Africæ post Confidium consulem relinqueretur, & bello ciuili inter Põpcium & Cæsarem iam gliscente domum redire (quod maxime desiderabat) non posset, magis necessitate quàm uoluntate mansit. Is Q. Tuberonem castra Pompeij secutum, ne Africam appelleret, prohibuit: quo nomine Tubero eum (uicto postmodum Pompeio) apud Cæsarem uictorem accusauit.

e ¶ Accusauit.) Tanto ardore, uehementiaq; Ligarius fuit accusatus, ut Cæsar iam decreuisset damnare reum, nisi Cicero impetrata eius defendendi facultate, impetum Cæsaris (ut statim dicitur) auertisset.

f ¶ Nec obtinuit.) Inuictæ enim Ciceronis eloquentiæ par esse non poterat. Verum enim uero si ueritati locus sit, Tubero prospere & salubriter succubuit, ut relictis causis agendis, ad ius ciuile se conuerteret: sicut olim Zeno feliciter naufragauit, ut philosopharetur. Quanto enim satius est legendo scribendoq; iuri operari, quàm pertractandis litibus iudicum contemere subfella? Indignam me Hercule Iurisperito rem putauerim ob mercedum speculam omnia circumuolitare fora, perstreperere, uociferari: forensiq; eloquentia, quàm ueteres caninam faciendā nuncuparunt, mutuis sese latratibus impetere, deos fatigare & homines, maxime in causis iniustis: quæ tamen iniquorum aduocatorum pascua sunt, quos Plato accipites pecuniæ appellauit. Hi enim Philodici non iam tondere clientes, sed deglubere, sed & totos uorare cupiunt: securi, quem litis euentum fortuna ferat, dum eloculauerint, depilarint, exofsarint, quos defendendos susceperant, eo nomine salui putandi, si modicos saluos relinquat: quem uenandi uel potius prædandi usum, quis non inhumanum infociabilemq; nominauerit? Aduocati (de quibusdam nebulonibus loquor) quæ paulò ante ut honesta defenderant, mox si lucrum suadeat, uersutis suis subuertunt, solis & iustitiæ oculos frustrantur, calūniantur, tergiuersantur, cauillantur: ut lites trahant, differant, augeant, & cum gloss. dicam in l. quod si nolit. §. si mancipium, infra de ædil. edicto, causas pessimas facile honestatis induat: quos certe quomodo nõ iuris euersores potius quàm professores nuncupaueris? Quod si Tuberoni, qui tum causas non ad turpem quæstum agebat, fori uersura displicuit, quanto magis forenses mercedulas, quas iniquitas aduocatorum aucupatur, quisquis sapiet, declinabit? Cornelius Tacitus libro XI. nihil publicæ mercis tēpore Claudij tam uenale fuisse scribit, quàm aduocatorum perfidiam. Quippe Suillius clientis sui iura nequissimus præuaricator prodidit, à quo tamen quadringenta millia nummorum accepisset: quapropter Plato causas urbe pepulit, qui nihil se indignum existimant, ut lucrentur: ut scribit Iacobus Faber in Hecatonomijs. Istam igitur nequitiam prædam, quæ ad necem alterius pro gladio fuerit & pro telo, nemo sanus non detestabitur: Vulcano enim geniti sunt, cum quicquid tangunt, adurant. Turius quantumuis clarus orator, forum tamen odisse scribitur: eius enim potentia sicuti est inuidiosa & tora fordida, ita limen securitatis fuerit, teste Seneca, abstinuisset foro. Cæterum iustos causarum patronos, qui probabili sine laborantibus subueniunt hoc loco excipimus, quos tantum abest, ut ullo modo uituperem, ut etiam omni honore dignos putem. Aduocati olim pilea infantium recens natorum ab obstetricibus emebant, iuuari sese eisdem uana superstitione rati: autor Lampridius in uita Diadumeni. Minutium causidicum Rom. Hieronymus in lib. de scriptorib. Ecclesiast. inter illustres numerat.

g ¶ Oram teneret.) Supra diximus eum discedente consule Confidio, præfectum Africæ mansisse.

¶ Insir-

Rabulæ for-
renses.

Faber Stra-
pulenſis.

b ¶ **Infirmum Tiberonem.**) Hoc ex historijs nō comperi, nec ex tota Ciceronis oratione colliges. Porro Quint. lib. XI. huius Tiberonis patrem à senatu in Africam missum ad frumentum coemendum scribit. Potest utrumq; uerum esse, & quod historici, & quod Pomponius scribit.

l ¶ **Quo nomine.**) Propter eam causam: & est elegans, tersaq; figura loquendi, qua sæpe Latini scriptores utuntur. Cicero in prima Philippica: Mihi, inquit, boni uiri gratias agebant, & tuo nomine gratulabantur. Idem alibi in secunda Philippica: Et eius uiri nomine me insectari audes. Idem in oratione pro Fonteio: Quid si hoc crimen optimis nominibus denegare possimus? Doctis nostræ ætatis is est peculiaris loquendi modus, & nos eum per sepe usurpamus.

k ¶ **Accusauit.**) Eam accusationem Trapezontius, nisi adiuuentis extrinsecus sumptis, negat consistere potuisse. Si enim Tubero simplici rectoq; ducto Ligario obiecisset, quod is in Africa contra Cæsarem fuisset, in eo & Tiberonem quoque reprehendi potuisse: ergo Tubero per subiectionem ductu usus, accusationē inscripsisse dicitur, argumentis extra sumptis: tum quod Ligarius pro Iuba rege, & Africanis, inimicissimis populo Romano, stetit: quod Quintilianus libro XI. adduxit: tum quod Tiberones Cæsari tradituri erant Africam, nisi per Ligarium repulsi fuissent. his firmamenti accusationem per se debilem, ita fuisse instructam, ut iam damnationis calculum Cæsar animo certo destinauerit. Coniecturata hæc Trapezontij diuinatio, perita quidem est, sed ex ipsa Ciceronis oratione nescio an colligatur.

l ¶ **Cicero defendit.**) Quamuis propter uehementem Tiberonum accusationem Ligarius defendi non posse uideretur (Cæsar enim omnino pro condemnato habuit) audire tamen Ciceronem tantum oratorem uoluit, quem longo tempore, ut dicit Trapezontius, non audiuerat. Vnde Cæsar ad amicos dixisse fertur, reum quidem damnare certissimum esse, nihil tamen prohiberi Ciceronē audire. Sed is fuit in Cicerone defensionis torrens, ut Cæsar uelut impetu dicentis à proposito detrusus, quem destinatione animi damnauerat, sententia sua absoluerit.

m ¶ **Sanè pulcherrima.**) Elegantem & planè artificiosam eam fuisse orationē Aretinus testatur. Sed & Quint. in iiii. diuina Ironia usum Ciceronem in principio eius orationis dicit: deniq; tanta gratia & plenitudine redundabat, ut Cæsar sæpe uultum coloremq; mutaret. Vbi uero Cicero in Tiberonem commemoratione pugnae Pharsalicæ impetit, ita Cæsare extra se positum & quasi mente alienatū ferunt, ut toto corpore excusso, libellos condemnatorios, quos manu tenebat, abijceret, reumq; absolueret. Verba Ciceronis ea fuere: Quid em̄ Tubero ille tuus districtus in acie Pharsalica gladius agebat? cuius latus ille mucro petebat? quis erat sensus armorū tuorū? quæ tua mens? oculi? manus? ardor animi? quid cupiebas? quid optabas? & quæ sequuntur. Cæterum quod Pomponius hic eam orationem satis ^a pulcherrimam nominat, parum eleganter locutus fuisse fortè Laurentio Vallæ uideri possit, cū uis superlatiui hoc uerbo, satis adiuncto attenuetur. Sed arbitramur grauitati Iurisconsulti conuenisse, ne uim superlatiui effunderet, sed cum temperamento laudaret: ad excessum em̄ Orator sese comparat, non Iurisconsultus. Sic Hieronymus in epistola ad Eustochiū (si modo Hieronymi sit) Satis, inquit, eam deuotissime angelus ueneratur. Non absimili loquendi figura Iurisconsultus in l. si alius. §. bellissime, infra quod ui aut clam, magnam & satis necessariam causam exceptionis recipiendæ nominat.

n ¶ **Sermone tamen.**) Ita nos legimus ^b licet uulgo legatur, sermone etiam: quod latine rei elegantia non recipit. Cum enim supra usus fuit dictione Quidem: dixit enim Tiberonem doctissimum quidem fuisse: recte nunc infertur aduersatiua coniunctio, tamen: ea enim dicitio quidem (ut Valla bene docuit) sermonem sub quadam exceptione qualificat, ut necesse sit aduersatiuam sequi: ut cum dicitur: doctus ille quidem fuit, sed tamen parum fidelis. Quæ obseruatio usque adeo recepta est, ut diuus Hieronymus in epistola ad Algasiā decima quæstione, Paulū apostolū notarit, qd dicitio Sed, ei orationi ubi Quidē ponat, non respōderit.

o ¶ **Antiquo.**) Loquendi sartaginē Saryricus nominat, si salebrosa ista & nimia uerborum antiquitas usurpetur, & si quem uerrucosa Accij, Pacuūq; scripta delecent. Sic Thucydidis sermonē Cicero in primo libro de Oratore ab usu remouet, quod sit obscurus: maximū in ora-

Trapezontius.

Ciceronis facundia.

^a Add. Non est opus ea parte gloriæ. Nor. nō habet hoc uerbum, satis, & bene illuditur, ut supra dixi.

^b Add. Et ita habet rex. Nor. ut non male diuinet hæc glossa.

in oratione ciuili uitium esse dicens, obscuras adferre & abditas sententias, quæ minime intelligantur: maxime si uerba, ut Quint. in primo ait, ab ultimis oblitteratisq; temporibus, & ut Seneca dicebat, à Coruncanis repetantur. Sed & Gellius lib. XI. delicto adscribit, huiusmodi uerbis uti nimium obsoletis, & (ut ipse ait) exculcatis: sicut sunt apludæ, floces, bouinatores, & similia. Iniecit enim postera ætas manum uetustati, ut Diomedes docet: & ueluti disciplinam pristini seculi, ita & sermonem fastidire cœpit. Sicuti enim syluæ folijs pronos mutantur in annos, ita uerborum uetus interit ætas. Proinde abolita & abrogata retinere insolentiæ est: ut dixit Quint. siquidem plano utendum sermone, ut nummo, cui publica sit forma. Eos qui uerborum huiusmodi sordes & uoces nimis prisca sequerentur, antiquarios literati nominant. Fastidiebatur itaq; Tubero, quod ad uetustam antiquitatem sese composuerat. Nam nec Augustus Tiberio pepercit, qui exoletas interdum & reconditas uoces aucupabatur. Imperator Adrianus adeò superstitiosus uetustatis amator fuisse dicitur, ut Ciceroni Catonem, Vergilio Ennium, Sallustio Cecilium prætulit: autor Spartianus. Laudi tamen datum est Zenoni, quod ex oraculo monitus ad legēdos antiquorum libros magno se studio contulerat: testis Diogenes. Senecam Gellius lib. XII. uituperat, quod sua eruditio nihil ex ueteribus scriptis haberet.

Antiquarij.

Affectare.

● καὶ ἰσορροπία

P ¶ (Affectauit.) Hoc uerbum uitium sonat. Tunc enim affectare dicimur, cum anxie & nimia diligentia, & uel extra modum, uerborum uel cultum, uel nouitatē quærimus, quod Græci * cacozelion, nos affectationem nominamus, ut dicit Quintilianus in VIII. docens uitium in eloquentia pessimum esse, si sit affectata oratio. Augustus, ut docet Suetonius, Mæcenatem nōnunquam exagitabat, quod nimis exquisito in uerbis cultu per affectationem lasciuiret, quo nomine & Tubero in præsentia suffricatur. Sidonium Apollinarem eo affectationis uitio insignem fuisse, satis compertum est. Sunt & nonnulli nostra ætate uiri eruditi, qui hanc notam non effugiunt.

¶ (Parum grati.) Scribere enim ut nemo intelligat, nullam gratitudini uicem parit. Aristotelem cum ab Alexandro cōquereretur, quod libros Physicos ædidisset, respondisse ferunt, æditos quidem, sed tanquam non æditos ob eorum obscuritatem fore. Heraclitus librū suum de industria obscurius scripsit, ut soli eruditi eum legerent, ne si à uulgo passim legeretur, contemptibilis fieret: autor Laërtius lib. IX. Iuste itaq; fit, ut male audiant qui legalis sapientiæ scita in uulgum prodere pergunt, meri impostores, qui & laicum seducunt, & iuris ciuilis ueritatem eis incognitam, puritatemq; contaminant.

Post hunc maximæ autoritatis fuere ^a Atteius Capito, qui Offilium secutus est, Antistius ^b Labeo qui omnes hos audiuit: institutus est autem à Trebatio. Ex his Atteius consul fuit, Labeo ^c noluit, cum ei offerretur ab Augusto consulatus, quod ^d suffectus fieret, & honorem susciperet: sed plurimum ^e studijs operam dedit, & totum annum ita diuiserat, ut Romæ sex menses cum ^f studiosis esset, & ^g secederet sex menses, & conscribendis libris operam daret. Itaq; reliquit quadraginta uolumina, ex quibus plurima inter manus uersantur. ^b Hi duo primum ⁱ uelut: ^k diuersas sectas fecerunt. Nam Atteius Capito in ijs quæ ei tradita fuerunt, ^l perseuerabat. Labeo ^m ingenij qualitate & fiducia doctrinæ, quod præ ⁿ cæteris sapientiæ operam dabat, plurima ^o innouare instituit. Et ita Atteio Capitoni ^p Masurius Sabinus successit: Labeoni Nerua: qui adhuc ^q eas dissensiones auxerunt. Hic etiam ^r Nerua ^s familiarissimus Cæsari fuit. Masurius Sabinus ^t in equestri ordine fuit, & publice ^u primus scripsit ^v posteaquàm hoc cepit beneficium à Tiberio cæsare.

● Alias. Qui etiā præ cæteris operā sapientiæ dederat.

¶ (Atteius Capito.) Is auo Centurione, & patre Syllano prætorio, in urbe Roma principem in ciuilibus studijs locū adsecutus est, ut scribit Cor. Tacitus lib. iij. in fine. Erat magni in senatu nominis, ut ei & Aruncio coërcendi fluuij Tyberis tunc exundantis, cura à Cæsare demandaretur. Qui cum consuluisent, uicina flumina & lacus, ex quibus Tyberis augeretur, uer-

tur, uertenda esse: non est recepta eorum consultatio, tanquam municipijs perniciofa: testis idem Corneli. lib. j. Is Atteius nephas esse fanciuit, deorum formas insculpi anulis, ut Macrobius docet lib. VII. Videbatur is Iurifconsultus nonnihil obsequentior in principē. Nam cum L. Ennius eques Rom. maieftatis accusaretur, quod effigiem principis ad usum argenti promiscuum uertisset, Cæsar autem crimen leuiculum ratus, eum inter reos recipi uetuisset, Capito parum constanter in gratiam principis crimen magnificauit: quo nomine Cornelius lib. iij. eum infamia onerare uidetur, quod cum diuini & humani iuris esset sciens, bonas domi artes dehonestauisset. Multa scripsit, & inter alia in libris collectaneorum, insigne tribunorum decretum de Mancino Aedili narrat: qui cum sese à meretrice lapidibus ictum conquereretur, iuste offensum esse, qui in magistratu esset, tribuni decreuere, quod fores scortu ui erupisset: quod eleganter Gellius lib. iij. tradidit, qui eius Iurifconsulti sæpe meminit. Velleius Paterculus, cum alicubi Capitonem senatorij ordinis, patruum suum fuisse scribit, coniectura temporis ducor hunc fuisse Capitonem.

b ¶ (Labeo.) Hunc Labeonem, legum atq; morum populi Romani, Iurisq; ciuilibus doctum apprime fuisse, Gellius lib. XIII. scribit. cæterum nimia quadã libertate agitatum, ut qui uel Augusti temporibus, sub cuius manu omnia erant, nihil ratum haberet, nisi quod in Romanis antiquitatibus iustum inuenisset: Atq; adeo ad tribunos plebis interpellatione mulieris uocatus, uenire non uoluit, quod diceret eis non esse potestatem in ius uocandi: quod & apud Fenestellam legas. Denique cum Augustus super eligendo Triumuiro, senatus legendi causa patres conuocasset, is Labeo M. Lepidum inimicum Cæsaris elegit. Et interrogatus, num alij digniores legi possent: respondit suum cuiq; iudicium esse: adeo libertas in eo uelut in contumaciam creuit: autor Suetonius. Hunc libertatis ardorem Labeo à patre suo habuisse uidetur, qui & ipse Labeo nominatus cum cæteris contra Cæsarem coniurauit, ut Plutarchus scribit. Deinde Bruto & Cassio bello deficientibus sese interfecit ne seruianti rei publicæ subderetur: de quo Appianus lib. iij. Labeo (inquit) sapientiæ nomine illustris, Labeonis eius parens, cuius ob legum experientiam celebre nomen est, locum in tabernaculo ad corporis sui modulum effodit, & ordinatis quæ ad domum pertinerent, seruo iugulum obtulit. Hic noster Labeo, ut autor est Augustinus lib. ij. de Ciuitate dei, numina bona à malis, cultus diuersitate distinxit: malos deos cædibus & supplicijs propitiari: bonos lætis obsequijs, qualia sunt ludi, conuiuia, lectisternia, uenerari docens.

Labeo Iurifconsultus

c ¶ (Noluit.) Pulchre is rationem constituerat, prudentiq; usus consilio comprobatur, qui magistratu abstinuit. Animi enim ornamenta, ut Hieronymus in Ecclesiaste, inquit, ex bona cõuersatione, non ex tumentis & superflua dignitate nascuntur. Denique fortuna, quo altius euehitur Agamemnon dicebat apud Senecam, hoc magis uarios casus timere conueniet. Siquidem in publica hominum ambitione, calumniatoribus recta in deterius torquentibus, hominis iusti parum tuta simplicitas est. Accedit quod lubrici sunt, ut ille inquit, humanorum gradus ascensuum, tremulus uertex, horrendum præcipitium. Aegre conscenditur ad eminentem statum, anxie ibi consistitur, grauius inde & repente descenditur: nam & sapius uentis agitatur ingens pinus, & celsæ grauiore casu decidunt turres: feriuntq; summus fulgura montes. Quanto securior aurea fuerit mediocritas, quam hic Labeo, superius Scæuola secuti sunt: intra cuius fines qui se cõtinet, uitã ille rectam & tranquillam continebit, inuidendæq; aulæ periculis non concutietur. Mediocres enim ciues, ut est testis Aristoteles libro quarto Polit. nec insidijs appetuntur, nec fraudibus succumbunt. C. Octauius iam nũm adolescens, summa cum periculo potius quàm humilia tuto proposuit, prosequiq; maluit, ut scribit Velleius Paterculus.

Mediocris
tus cõmoda.

d ¶ (Suffectus.) Consules qui ex ordine creati, magistratum principio anni inibant, ordinarij: intra uero annum uita functis, qui in locum eorum submitterentur, suffecti dicebant: testis Lapridius. Nam sufficere submittere est, ut supra diximus. Ioãnes Frãnciscus Picus in hymno ad uirginem, Tu linguæ pia uerba precor, tu suffice carmen. Claudius imperator apud Sueto. nouo circa principem exemplo in locum demortui consulis suffectus traditur.

¶ Additio. Fa. gloss. in l. ij. in fi. C. de officio eius qui uicem. & hi uicem gerentes, etiam ordinarij erant, non delegati, gloss. ut supra. Vide quæ dixi in l. moræ, de iur. om. iud. Alex. in Rubr. de officio eius, cui est man. iuris.

N ¶ Studijs

e ¶ **¶** Studijs operam dedit.) Itaq; non ex ignauia magistratus contempsit, non delegit iners ocium, ut cum Mario ab octaua biberet: ut poculis, scortis, impuritati, nequitia uacaret, ut he sternam ructaret cum Antonio crapulam: sed ut studijs operam dando, prodesset posteritati: ut rempublicam, cuius in publicum administrandæ subire honorem noluit, priuatus adiuuaret. Habet enim, pro sententia Senecæ, ubi in priuato etiam lare sese explicet magnus animus, qui etsi ocium suum absconderit singulis, tamen & uniuersus prodesse ualet, ingenio, uoce, consilio. Siquidem nec ille solus militat, qui in acie steterit, cornuq; dextrum uel læuum defendit: sed & qui portas tuetur, & statione minus periculosa, non tamen ociosa fungitur: uel an ille plus præstitit, qui inter peregrinos & ciues prætor aduentibus ius dicit, qui de pace, de bello deliberat: an is qui uirtute instruat animos quid sit iustitia, quid pietas, quid sapientia, quid fortitudo, edocet. Ergo Labeo noster, qui tempus in studia contulit, qui publicarum rerum uicem domestico labore reposuit, etiam in priuato publicum negotium egisse censebitur: & forte tum melius, quod nec ambitione, publica peste, premeretur, nec calumniatorum carnificinam metueret.

f ¶ **¶** Studiosis.) Sic Tifernus, operam ait uigilanter amicis, aut studijs, quæ sunt numerata nostra, damus. Studiosos quibus Labeo familiariter usus est, non de media plebe sumptos, sed de principibus in repub. uiris fuisse conijcimus: quamuis enim Labeo honorem non ceperet, ut magistratus esset, homo tamen ciuili, & ad publicam utilitatem natus, primarijs coniunctus uiris, doctrina, consilio, præceptis eos adiuuasse creditur. Siquidem ut est apud Plutarchum, quem magnus Erasmus Roterodamus è Græco Latinis tradidit: is ciuili Philo sophiæ fructus est, reipub. prodesse, exhibere iustitiam, condere leges: & quæ honestis conferant rationibus, eorum inscribere animis, qui rempub. administrarint. Ceterum muta quies, ut Plutarchi, uel potius Erasmi uerbis loquar, uitaq; sedentaria in ocio semota, non corporibus modo, uerum etiam animis marcorem conciliat.

¶ **¶** Additio. (Dandam esse remissionem animis Seneca docet: meliores enim atrocioresq; requieti surgent: ut enim fertilibus agris non est imperandum (cito enim exhauriet illos nunquam intermissa fecunditas) ita animorum impetus assiduus labor frangit. Siquidem ex assiduitate laborum, animorum hebetatio quædam & languor enascitur. Et paulo post, legum conditores, festos instituerunt dies, ut ad hilaritatem homines publice cogerentur, tanquam necessarium laboribus interponentes temperamentum: & magni uiri quidam, sibi menstruas certis diebus ferias dabant: quia aliquem diem inter ocium & curas diuidebant: Seneca de tranquillitate uitæ.)

¶ **¶** Secederet.) Pertinacem laboris perseverantiam, robur & animi & corporis deicere, atque ita labores leniri intermissione, & Plato & Philo docuere. Ocia enim, ut Ouidius ait, & corpus alunt & animum: Immodicus contra carpit utrunq; labor. hoc est, quod uulgo dicitur, non esse durable, quod alterna requie caruisset. Pulchro usus fuisse temperamento Labeo uidetur, qui anni curriculum ita distribuit, ut partem studiosi, partem studia uendicaret. Illic enim alterna rerum optimarum disceptatione animum eatenus remittebat, quatenus hic ad præclariora scribenda redderetur illustrior. Festos dies Iurisconsultos instituisse Seneca docet, necessarium laboris temperamentum. Drusus tamen apud eundem conqueritur, sibi uni ferias nunquam contigisse.

b ¶ **¶** Hi duo.) Capito & Antistius Labeo, quos supra recensuerunt esse discipulos Offlij & Trebatij. Fuisse illos ætate Cæsaris Tiberij duo pacis decora, Cor. Tacitus lib. iij. in fine scribit. Sed Labeo incorrupta libertate conspicuus, & ob id fama celebratior, Capitonis obsequium dominantibus principibus magis probabatur. Labeo intra præturam stetit, Capito consulum adeptus est: adeo obsequium amicos, ueritas odium parit. Sed præstat intra fines ueritatis & libertatis aduersa pati, quam cum adulabili impostura dominari.

Veluti. **i** ¶ **¶** Veluti.) Hæc dictio licet sub umbra ponatur improprietatis, ornat tamē perquam accurate, capiturq; pro eo quod uulgo dicimus, ut ita loquar. Salustius in Catilina: Inconsulto, ac uelut per dementiam cuncta agebat. Idem: Tanta uis morbi atq; ueluti tabes plerosq; militum animos inuaserat.

k ¶ **¶** Diuerfas sectas.) Ex quodam naturæ nixu fit, ut hoies facile dissentiant. I. item si unus. §. principaliter, infra de arbit. Velle enim suum cuiq; est, ut ille inquit, nec uoto uiuitur uno.

¶ **¶** Perseue

¶ **Perseuerabat.**) Argumentum quod à præceptorū doctrinis non sit facile recedendum: discipulum enim credere oportet, ait in Elenchis Philosophus. & Seneca, præceptores deorum ritu colendos existimat. Sed hic discretio habenda est: perseuerandum enim in eorum traditionibus fuerit, quoad ueritas patiat. Non enim bene inueniendis utetur, ut quidam ait, qui melius iam inuenta contempserit. Quod si declinarint à uia, eorum doctrina uel distinguenda est, uel cum temperamento accipienda, ut honor præceptori habeatur, simul & ueritas asseratur: quod Cassius noscitur fecisse in l. dicere, infra de arbitr. Et Paulus in l. j. §. adipiscimur. in fi. §. infra de acquir. poss. l. Illud quoq; in prin. infra de petit. hæred. l. si cum exceptione. §. sed & si quis, infra: Quod met. caus. cum similibus. Temeritatis enim notam esse, Parisienſis Cancellarius dixit, uiros sapientiæ gloria cōspicuos uel statim errori subdere, uel quod temperata resolutione placari poterat, uelle subuertere. At uero si intolerabilius aberrarint ij, qui nos docuere, hic ab eis sine trepidatione recedendum puto. Plato enim mihi amicus, amicior ueritas. Quapropter Cice. in lib. de finibus bonorū & malorū, leuitati & incōstantiæ adscripsit, aut fallium sentire, aut qd nō satis explore traditū sit, uelle defendere. Ciceronē nulla uincula ligarūt ullius disciplinæ, quin ex omnibus, ut ipse de se in ij. Tuscul. fatetur, libaret, quod quenq; maxime uarietatis species moueret. Sic & Horatius: Nullius ad dictus iurare in uerba magistri: quocunq; eum tempestas rapuit, eò deferbatur. Proinde instituta quorundam excusare non possum, qui Accursianas glossas, aut Bartoli scripta tā enixè defendunt, ut ab eis non esse recedendum arbitrentur, ubi etiam proprio eorum constet iudicio, diuersum in puncto iuris esse uerius. Quæ (malū) funesta res est, ruinosis maiorum traditionibus ita hæcere, ut ueritatis deseratur ratio: Quo non reatu dignos putes, qui lucem ostendant, sequendas tamen tenebras suaserint: Nos glossas & Bartolum magna ueneratione dignos quidem esse ultro fatemur, ut qui obscura quamplurima nobis peruia fecerint: sed non ita asserendos, ut errata eorum tueamur. homines enim fuere, errori & lapsui, pro Ciceronis sententia, subiecti. Equidem ex eorum doctrinis succum colligo, non totas herbas deuoro: ne dum salubria quærimus, ut Augustinus dixerat, lædentia misceamus. Hoc si Iuris nostri professores, uiri alioqui laudati & eminentes facerent, & non peruicacius glossæ, tanquam nescio cui barbaro, inepto & insipido, ne dum stultissimo carōctio adhererent, iam legis ueritas planior esset & apertior: plurimumq; isti fastidiosi quorundam & erroribus pleni cōmentarij uel tollerentur de medio, uel refecarentur, in quibus immixta ueris passim nō uera uagantur. Quàm mihi fideles uidentur interpretes, qui primorem in textibus elucidandis infumunt operam, in glossis uero, & Doct. commentarijs non ad unguem omnia, sed quæ utilia, quæ uera sunt, clare, aperte & plane exponant: ut sic fidelis lectio non ex opinio-num procellis pendeat, sed quid ueritas moribus utentium accommodata obtineat, collimato ordine coniequatur.

¶ **Ingenij qualitate.**) Sallustius dicebat integrum ingenium inter bonas artes breui adolescere: nihil enim est tam difficile, quod ingenij acumine inuestigari non possit: cuius nobilitatem etiam auro præferendam esse, Ouid. existimauit. Et certe nihil inuita dices, faciēs uel Minerua, male enim respondent coacta ingenia, ut Seneca docet.

¶ **Præ cæteris sapientiæ.**) Labeo alias etiā philosophiæ doctrinas atigit, quod & Gellius lib. XIII tradidit, qui Labeonem Antistium, Iuris quidem ciuiliſ disciplinam principali studio exercuisse scribit, & de Iure publice responsitasse, cæterarum tamen artium nō fuisse expertē. Et sanè, cū iuris prudētia ex uera philosophia pendeat: l. j. infra de iust. & iur. cū lex sit dogma sapientum, imò & commune præceptum, uirorumq; prudentum consultio. l. j. & l. ij. infra de legi. & omnino ex diuinarum constet humanarumq; rerum noticia, l. iustitia, supra de iust. & iur. quomodo qui nullas philosophiæ partes cognouit, qui nec dialecticas rationes, nec ullam elegantis latinæ rei cognitionem unquam habuit, quin etiam omniū optimarum disciplinarum ignarus, quæstuaris quædam fori uafraimenta ex Speculatore, uulgatisq; commentarijs conquisiuit, quomodo is Iurisperitus recte nominabitur? Vel quomodo illustres illos Iurisconsultos omnium propemodum doctrinarum eruditione claros tractabit? Quomodo in legibus ex ueritate colligendis uersabitur: cui si à uulgatis istis Salicetis, Curtijs & alijs id genus cōmentatoribus discesserit, cum optimis literis nihil commune fuerit? Quam putas ingenij laude utrosq; Sozinos & Iasonem prædicari conueniat, qui cum

sunt iuris cognitione illustres, in alijs tamē optimis scientijs, cum solida eruditione sunt uersati: Quibus quid esset absolutius, si in elucidanda ciuilibus scientiæ ueritate, Labeonis instituta (quod ex ingeniorum eminentia poterant) frequentius quàm Capitonis sequeretur? Sed communis opinionis ita hæsit nomen, ut qui etiam cum ueritate aliter sentiat, furere, insanire, errare dicatur. de quo tamen mox plura.

• ¶ (Innouare instituit.) Miserum est, ait Iuuenalis, aliorum incumbere famæ. Siquidem ueruti horrea cito expēduntur, nisi augumēto reponas: thesaurusq; facile profunditur, qui nō instauratur: ita pro sententia Cassiodori, humanus sensus nisi nouo sarciatur inuento, cito at tenuatur de proprio: Quapropter Labeo fiducia doctrinæ fretus, non quidem à suæ præces forum, ut Capito, pepēdit: sed sine cortice nare perrexit, ut & innouaret & dilataret, quo posteritati consuleret. Et licet aliàs in rebus gerendis noua & insolita moliri non sit sine periculo, l. si negocia, infra de nego. gest. tamen in doctrinis non est ita: quæ cum quotidie incrementum suscipiant, arg. l. legatis. §. ornatricibus, infra de leg. iij. semper laborandū est, si ac cessione aliqua studia illustrari possint: hoc est quod Iulianus Iurisconsultus dicebat, Si alterum pedem in sepulchro haberet, sese addiscere uelle, quod eā sola recta sit uiuēdi ratio, l. apud Iulianum, infra de fideicommiss. libert. Sic & Solon in extremam usq; senectam literis incumbere desiderauit. Et dicebat Augustinus ad Hieronymum, nullam sibi ætatem seram ad discendum uideri. Quæ enim mens rationibus agitandis, exquirendisq; alitur cum oblectatione solentiz, eam suauissimo literarum foueri pastu, Cicero in Tuscul. testatur. Ita tamē nouandum puto, ut utile sit quod scribatur, sit commodum, incognita reserat, ueritatis profunda aperiat. Verbosus enim quorundam commentarios non laudamus, qui aliorum scripta fastidiose repetunt, disceptant in ijs quæ obmitti poterant, inutiliumq; quæstionum syntmatis folia complent. Est porro hic argumentum non semper communibus opinionibus esse inhærendum, non semper uerba togæ sectanda: sed innouandum aliquando, dum ueritas comitetur: cum possit aliquando unius deterioris forte assertio peritiores alios ueritatis sententia superare, ut dicit Imperator in l. i. §. sed neq; ex multitudine. C. de uet. iur. enu. Fit quoq; sæpe ut cōmunes opiniones nō ex ueritate, sed uelut ex fauore cōspirato corū prodeant, quorum doctrinas etiam si textu aliquo iuris non fulciantur, tueri pergimus. Nonnunquam etiam negligentia in causa est, ut dum quæ ab alijs scripta sunt, sine altiori inquisitione alijs tradimus, & illi alijs, & ita deinceps, facile euenit, ut cōmunes opiniones oriantur. Et sicut olim in palæstris, primus cursu defatigatus lāpada sequēti dedit, & ille alijs: ita fit ut apud plerosq; Doctores, consulta eorum non tam ex animi ratione, ueriq; fundamentis, quàm ex alienis uocibus colligantur, Iafredus Passerius clarissimus Iuris utriusq; Doctor, olim Fiscalis nunc Cancellarius illustris ducis Sabaudiz, uir cum doctrina celebrabili, humanissimus nobis, nuper Raphaëlem allegabat, qui communes opiniones ouium gregi compararet: eò enim uniuersum gregem tendere, quo prima ouis cursum direxisset. Denique opinionibus communibus tantum tribuunt nonnulli, ut eas sequi oportere censeant, etiam ubi suspicentur ueritatem iuris esse in contrarium. Nos communes opiniones sequimur, cum uel textibus muniantur, uel certe nulli textus nullāue ratio iuris aperte refragetur: alioquin impune ab eis non solum recedimus, sed etiam aliquando nomen communis opinionis suspectum habemus, cum sæpenumero in re ambigua, in utranq; partem cōmunis citetur opinio: ut quod ratione non possunt, communis opinionis prætextu pergāt euincere, qd nō potest nō esse multum detestabile: utpote qd legalis sapientiæ puritas, exitiali isto abusu impuretur, sanctissimarumq; legum scita, recta alioqui, in ambiguum detrusa, pro quæstu huc & illuc ementitis fortè testimonijs figantur & refigantur, in uulgoq; tanquam fraudum aucupia euileseant. Nec tamen ignoro complures esse bonos, eruditosq; uiros, qui eo nomine communes sine alio delectu opiniones sequantur: quod in portu, quàm in alto mari nauigare putent esse securius. Quos & si nec probo, nec admodum oppugno, commonuisse tamen uelim, sæpe in portu periclitatos fuisse, qui in alto tuti fuissent. Petrum Saluator in profundum ducere nauem iussit, ad dexteram tamen, ut cum fructu piscaretur. Ita nos si ad dexteram nobis scopus dirigitur in altum, ab opinationibus recedentes, sæpenumero ueritatis rete cum fructu expandimus, ubi in opinionum portu, si modo portus est & non naufragium, mergeremur. Constat præterea esse plerosq; qui communes opiniones ideo præferunt

runt, quia iudices eisdem opinionibus facile flecti posse confidunt. Quam rem nescio an periculis, & quidem presentibus plenam putarim. Ferunt iudicem, qui à communibus opinionibus recedat, litem suam facere: qua traditione simpliciter accepta, nihil potest esse falsius. Equidem fateor communi assertioni, sed quæ textibus iuris fulciatur, aut cui nulla sit lex contraria, ut supra diximus, hærendum esse: sed in uniuersum communibus niti opinionibus, si uel textus iuris aut ratio manifesta repugnet: hic nos certam ueritatis pestem dicimus & contestamur, quas nisi iudex fugiat, & sese & animam suam damnabit, & iura partis subuertet. Vide qui sapias, qui probus es, qui iuris ueritatem amas quàm ancipiti periculo communes opiniones consistant. Si enim textibus fulciuntur, iam non quia communes sunt, sed quia iuris sunt, etiam si solus quispiam docuerit, obtinebunt: sin textibus obuiant, tanquam fyrtes sunt euitandæ. Sed plus nimio euagatur, scientes quàm in plura nos diuersa sententiarum iudicia incidimus. Communi opinioni sine delectu fidere, & ab ea ne latè quidem unquam uelle recedere, quàm sit intutum, nostri singulares Intellectus edocent.

¶ **¶** Masurius Sabinus.) Equestri ordine fuit, ut in textu sequitur, cuius sæpe Gellius meminit. Inter illustres fuisse Iurisconsultos, ex uersu Persij colligitur, cum dicit: Cur mihi non liceat iussit quæcunq; uoluntas: Excepto si quid Masuri rubrica notauit.

¶ **¶** Eas dissensiones.) Semper hic morbus literarum studia inuasit, & inuadet, quod in diuersas sectas diducimur, dum quisque suos præceptores plus æquo præferre cupit, ut alibi diximus. Est quidem reuerentia præceptorum exhibenda, sed usque ad aras, & quousque honestas patiatur.

¶ **¶** Nerua.) Cocceium Neruam significari puto, de quo in sequenti glossa dicemus.

¶ **¶** Familiarissimus.) Ex Cornelio Tacito libro. iiii. & V. comperimus Neruam Tiberio Cæsari singulari fuisse familiaritate iunctum. Nam & Cæsarem, dum in Campantâ secederet, comitatus est. Et cum is Iurisconsultus moriendi consilium inisset, à cæsare ut uitam produceret, est cohortatus. Sed uerba autoris subdere placuit. Cocceius (inquit) Nerua continuus principis omnis diuini humaniq; iuris sciens, integro statu, corpore illaeso, moriendi consilium cœpit, quod ut Tiberio cognitum, ad fidere ei, causas requirere, addere preces, fateri potestremo, graue esse conscientia suæ, graue fama suæ, si proximus amicorum Cæsaris, nullis moriendi rationibus uitam fugeret: auersatus sermonem Nerua, abstinentiam cibi cõiunxit, donec uitam efflaret. Dicebatur integerrimus ille uir mala reipub. proxime futura præuidisse, atq; adeo dum integer, dum intentatus esset, honestum finem uoluisse.

¶ **¶** In equestri ordine.) statu, serie, dignitatis eminentia. Est enim Ordo discretio status, hominum conditioni accommodatus. Gnato apud Terentium, quendam sui ordinis hominẽ, id est conditione pauperem, se conuenisse dicit. Cicero in prima Verrina contra Cecilium: Vestri, inquit ordinis reos, fures putans & seruos nequam, ut Asconius exponit. sic in l. j. §. sed & si seruus, infra de uentre inspiciendi. prouidetur, ut ordinum & dignitatum salua sit ratio. Origenes in Leuitico, duodecim ordines rationalis creaturæ esse, ex duodecim tribubus colligit. Erat & in militia ordo, qui ex certo numero militum constabat, eius ordinis ductorem Primipilum nominarunt. Apud Romanos tres præcipuos ordines fuisse, nemo est

Romanorum
ordines.

Senatoribus.

Equestris.

Plebeius.

nec tribules, id est tribubus inserti: quod cum Accursium, uirum alioquin eminentissimum

N 3 præteri-

præteriret, uidetur in l. patronus, in prin. infra de leg. ij. non nihil declinasse: cum enim ibi patronus hæredem grauasset, ut liberto tribum emeret, hoc est, ut in aliquam tribum Romanam infereretur, libertus autem ante moreretur, relicto quodam hærede clarissimo: deciditur ibidem, æstimationem ipsius tribus, non tribum deberi. Non enim necesse erat, hæredi dæsti liberti tribum emere. quam is, ut qui clarissimus esset, habuit: qui est intellectus facilimus. Accursius ibi ridicula quædam miscet. tribum, id est, progeniem seruorum exponens: & quædam uana super uerbo. deberi, adducens, quæ dum legerem, risum cohibere non potui. Sed ut ad præsentia reuertar, Sabinus medio ordine, quem equestrem diximus, continebatur, quod tamen ad dignitatem referas, non ad censum, ut mox dicetur.

¶ ¶ Primus scripsit.) Sed contra. §: deinde Sextus Aelius, cum multis. §. supra eo. ubi plures Iurisperiti recitantur, qui priores ante Sabinum plurima uolumina scripsisse comperiuntur. Sed dic Sabinum primum fuisse, qui publice, id est, ex autoritate publica principis scriberet. Nam qui ante eum scripsere, nulla autoritate, sed priuato arbitrio usi sunt. Hic Sabinus sæpe à Gellio recitatur, qui & de notis centonarijs elegantia scripsit, ut idem libro quarto & alibi.

¶ ¶ Posteaquam.) Hic textus in omnibus, quos uidimus libris, ita fuit corrupte scriptus, ut non solum nulla sermonis elegantia, sed nec ullus uel sensus, uel intellectus, quin potius mōstrosa barbaries nostro Iurisperito minime digna conspiceretur. Itaque eum periculo nostro, in hunc, quem supra uidistis tenorem correximus. Sed & Budæus hunc errorem attigit. Sensus est, Sabinum publice scripsisse, postquam hoc beneficium publice scribendi cœperat, id est, incœperat. Siquidem Tiberius Cæsar id ipsum beneficij loco tunc concesserat.

Et ut ^a obiter sciamus, ante tempora Augusti publice respondendi ius non à principibus dabatur, sed qui ^b fiduciam studiorum suorum habebant, consulenti-
bus respondebant: neque responsa utique ^c signata dabant, sed plerumq; iudicibus ipsis scribebant, aut ^d testabantur qui illos consulebant. Primus diuus Augustus, ut maior Iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex ^e autoritate eius responderent, & ex illo tempore peti hoc ^f pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Adrianus, cum ab eo uiri prætorij peterent, ut sibi liceret respondere: rescripsit eis, hoc ^g non peti, sed præstari solere: Et ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo ad respondendum se prepararet.

^a ¶ Obiter.) id est, extra propositum & uelut incidenter. Iuuenalis pro interea usurpat. Atq; obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus. Et alibi, Atq; obiter faciem liuit, audit amicos:

^b ¶ Fiduciam studiorum.) Quæ labore, uigilijs, assiduitate paritur, non poculis, uoluptatibus, illecebris: quod utinam huius ætatis scholastici perpenderent, ne non crescentibus admodum studijs, ipsi modico freti studio decreserent. Auditores nostros, quos & nobiles & alios plures habemus, diligentia nomine asseueranter commendamus: quos suorum studiorum fiducia (quibus terfiozem dictionis elegantiam quantum satis est, cum ciuili scientia cōiunxerunt) olim & consulenti-
bus utiles, & fama præclaros fore speramus.

Consilia si-
gnari debe-
re.

^c ¶ Signata.) Argumentum, quod consilia signata dari debeant, & hoc seruat cōsuetudo: pro quo facit Spec. in tit. de requis. consil. uerfic. sic porro, qui consilia iudici secreto esse præsentanda iubet. Hoc certe necesse est, ut Doctor suo cōsilio manu propria subscribat ad instar notarij. Paul. de Cast. in l. cum antiquitas, in fi. C. de testa.

^d ¶ Testabantur.) scilicet iudicibus: hoc est, testimonium iuris scripti reddebāt iudicibus, qui illos consulebant. arg. quod is qui consulit dicatur testis iuris. Proinde Spec. in tit de requis. consil. uer. item fac eos. doctores consulentes iuramento adstringendos esse admonet, cum pro teste sint, nisi aliqua iusta causa eos excuset. Quod si subscribens consilio alterius Doctoris testificari censetur, ut dicit Bald. in l. si. secundo notabili. C. si cer. pet. quomodo non qui principaliter consulit pro teste habebitur? Quod utinam n̄ perpenderent, qui partim cæci, ipsi cæca scribunt consilia, cæca iuris testimonia firmant, partim consilijs aliorum, cum nec iura allegata unquam discussierint, nec acta causæ uiderint, solo uel lucelli compendio ille-

dio illecti & intestati subscribunt, mutuam testimonium Græca fide ferentes: quos non immerito Bal. in l. fi. C. plus ualere, detestari uidetur. Siquidem ex corū cæcis testimonijs mēs iudicantis fallitur, & subuertuntur iura litigantium.

e ¶ (Autoritate.) Collige hinc doctorum creandorum emeruisse originem, ut ea facultas de iure respondendi non temere cui libet liceat, nisi principis accesserit autoritas, interueniente tamē publicorum gymnasiorum examine, ut in tit. C. de profess. & med. libro X. Qui enim præter scientiæ meritum magisterium suscepit, inaniter dici quod non est, concupiscit: ut in homelia Maximus dixerat.

f ¶ (Pro beneficio.) Non planè uideo, in quo id beneficij resideret: nec enim credo ea beneficia ex mercedum quæstu constituisse, quando sanctissima res est ciuilis sapientia, quæ pretio nummario non æstimetur, l. j. §. proinde, infra de uar. & extraord. cog. Sed conijcere licet fauorem eos populi meruisse, & per hoc ascensum ad reipub. gubernacula patuisse, si quos fortè cretata ambitio tenuisset, ut honoribus adipiscendis uelificari pergerent, argumento eorum quæ habuimus in. §. post hunc maximæ, supra eo. & in proce. Instit. in fi. Deniq; & consulentibus honoraria largita fuisse non negauerim: quæ tamen initio responsum ab alio offerentibus accipi poterant, peti in iudicio non poterant, quod forte textus in d. l. j. §. proinde, significat, si modo nomine sacramenti responsa peritorum intelligantur. Verum quamuis facultas respondendi de iure pro beneficio haberetur, non tamen caruit periculo. Nam Doctor qui consuluit in causa aliena, etiam in propria sequi id quod consuluit, tenetur: ut eleganter uoluit Ang. in l. j. infra, Quod quisq; iur. Quod & Cicero significare in oratione pro L. Murena uidetur.

Jurikonsul
torum ho
neraria.

g ¶ (Non peti sed præstari solere.) Hoc est, non solum peti, sed præstari solere: ut hæc dictio, solum, subintelligatur, per elegantem loquendi figuram, de qua infra in Antinomijs. Cæterum Accursius & omnes Accursiani hunc locum male accipiunt, uolentes quod facultas de iure respondendi, inhoneste peteretur, licet honeste cōcederetur, per d. §. proinde, cū multis similibus quæ huc aduehantur: quæ omnia tã sunt ad hunc textum impertinentia, quàm ab ipsa luce tenebræ distant. Quomodo enim inhoneste peteretur iuris respondendi facultas, quæ ab Augusto usq; ad Adrianum plus centū annis peti cosuevit: id quod iã antè textus noster dixerat, quod uidelicet ex illo tēpore peti illud pro beneficijs cœperit. Non est ergo ea res unquam inhoneste petita, quæ tot annos à tot claris uiris petita fuit. Et hodie in pompis creandorum Doctorum cū insigni solennitate peti solet. Proinde dictio Solum, subintelligēda uenit, ut supra declarauit. Verus igitur sensus est, peti quidem posse ut de iure respondeatur, Cæterum non decere, ut ad solam petitionem ea facultas cōcedatur, nisi is qui petit, præstiterit, hoc est, facto cōprobet se idoneū, ut ea autoritate præorneat. Præstare em̄ eleganter pro eo sumit, quod est facto & opere ostendere: ut cū dicimus, præsta te uirū cui credi possit. Sic Liui. lib. XI. scribit: Fabiū Max. cum filio suo legatus daretur, operā suā pollicitū fuisse & præstitisse, id est, facto ostendisse. Dicebat Lactantius loqui facile esse, præstare difficile. Rectè itaq; in præsentia Adrianus respondendi munus non peti, sed præstari solere dicebat: hoc est, non ad nudam petitionem: sed tunc concedi solere, quando petens facti euidentia idoneus uideretur: & hoc ostendunt uerba sequentia, cum infertur, si quis fiduciam sui haberet delectari se populo ad respondendum: hoc est, si quis fiducia sui delectaretur eo munere, is se præpararet, hoc est aptum ostenderet. qui intellectus uerus est, facilis & expeditus. Ex quo collige, non alium nisi iustum, honestum laborem, pro Ciceronis sententia, honoribus, præmijs, splendore decorari. Proinde euidentis est argumentum contra indoctos literatores, quorum alij extortis diplomatis, bullatos, quod uulgo dicitur, titulos circumferunt: alij cum iusto gradu iuris insignia sunt consecuti, relicto tam eleganti studio, in quo tamen cognoscēdo mirifica sit suauitas & delectatio, ad rithmos, ad fabulas, ad nugas, ad gerras, ad uernaculas ineptias conuertuntur. Cæterum dolo non carent saltem præsumpto, uel certe à lata culpa non excusantur, qui cum sint imperiti, doctorum titulos adsciscunt: quiam pullis uerborum iactantiaculi, uultuoso supercilio minabundi peritiam foris ostentant, quæ asserere tam non possent, quàm sunt ab omni legali studio alienissimi: de quo Doct. in l. j. infra quod quisq; iuris.

Præstare.

Indocti literatores.

N 4 Ergo

præteriret, uidetur in l. patronus, in prin. infra de leg. iij. nonnihil declinasse: cum enim ibi patronus hæredem grauasset, ut liberto tribum emeret, hoc est, ut in aliquam tribum Romanam infereretur, libertus autem ante moreretur, relicto quodam hærede clarissimo: deciditur ibidem, æstimationem ipsius tribus, non tribum deberi. Non enim necesse erat, hæredi dñi liberti tribum emere. quam is, ut qui clarissimus esset, habuit: qui est intellectus facilimus. Accursius ibi ridicula quædam miscet. tribum, id est, progeniem seruorum exponens: & quædam uana super uerbo. deberi, adducens, quæ dum legerem, risum cohibere non potui. Sed ut ad præsentia reuertar, Sabinus medio ordine, quem equestrem diximus, continebatur, quod tamen ad dignitatem referas, non ad censum, ut mox dicetur.

^a ¶ Primus scripsit.) Sed contra. §: deinde Sextus Aelius, cum multis. §. supra eo. ubi plures Iurisconsulti recitantur, qui priores ante Sabinum plurima uolumina scripsisse comperiuntur. Sed dic Sabinum primum fuisse, qui publice, id est, ex autoritate publica principis scriberet. Nam qui ante eum scripsere, nulla autoritate, sed priuato arbitrio usi sunt. Hic Sabinus sæpe à Gellio recitatur, qui & de notis censorijs elegantia scripsit, ut idem libro quarto & alibi.

^f ¶ Posteaquam.) Hic textus in omnibus, quos uidimus libris, ita fuit corrupte scriptus, ut non solum nulla sermonis elegantia, sed nec ullus uel sensus, uel intellectus, quin potius mōstrosa barbaries nostro Iurisconsulto minime digna conspiceretur. Itaque eum periculo nostro, in hunc, quem supra uidistis tenorem correximus. Sed & Budæus hunc errorem attigit. Sensus est, Sabinum publice scripsisse, postquam hoc beneficium publice scribendi cœperat, id est, incœperat. Siquidem Tiberius Cæsar id ipsum beneficij loco tunc concesserat.

Et ut ^a obiter sciamus, ante tempora Augusti publice respondendi ius non à principibus dabatur, sed qui ^b fiduciam studiorum suorum habebant, consulentibus respondébant: neque responsa utique ^c signata dabant, sed plerunq; iudicibus ipsis scribebant, aut ^d testabantur qui illos consulebant. Primus diuus Augustus, ut maior Iuris autoritas haberetur, constituit, ut ex ^e autoritate eius responderent, & ex illo tempore peti hoc ^f pro beneficio cœpit. Et ideo optimus princeps Adrianus, cum ab eo uiri prætorij peterent, ut sibi liceret respondere: rescripsit eis, hoc ^g non peti, sed præstari solere: Et ideo si quis fiduciam sui haberet, delectari se populo ad respondendum se præpararet.

^a ¶ Obiter.) id est, extra proposuim & uelut incidenter. Iuuenalis pro interea usurpat. Atq; obiter leget, aut scribet, aut dormiet intus. Et alibi, Atq; obiter faciem liuit, audit amicos:

^b ¶ Fiduciam studiorum.) Quæ labore, uigilijs, assiduitate paritur, non poculis, uoluptatibus, illecebris: quod utinam huius ætatis scholastici perpenderent, ne non crescentibus admodum studijs, ipsi modico freti studio decreserent. Auditores nostros, quos & nobiles & alios plures habemus, diligentia nomine asseueranter commendamus: quos suorum studiorum fiducia (quibus tersiorem dictionis elegantiam quantum satis est, cum ciuili scientia cōiunxerunt) olim & consulentibus utiles, & fama præclaros fore speramus.

Consilia signari debent.

^c ¶ Signata.) Argumentum, quòd consilia signata dari debeant, & hoc seruat cōsuetudo: pro quo facit Spec. in tit. de requis. consil. uerfic. sic porrò, qui consilia iudici secreto esse præsentanda iubet. Hoc certe necesse est, ut Doctor suo cōsilio manu propria subscribat ad instar notarij. Paul. de Cast. in l. cum antiquitas, in fi. C. de testa.

^d ¶ Testabantur.) scilicet iudicibus: hoc est, testimonium iuris scripti reddebāt iudicibus, qui illos consulebant. arg. quòd is qui consulit dicatur testis iuris. Proinde Spec. in tit. de requis. consil. uer. item fac eos. doctores consulentes iuramento adstringendos esse admonet, cum pro teste sint, nisi aliqua iusta causa eos excuset. Quod si subscribens consilio alterius Doctoris testificari censetur, ut dicit Bald. in l. si secundo notabili. C. si cer. pet. quomodo non qui principaliter consulit pro teste habebitur? Quod utinam ñ perpenderent, qui partim cæci, ipsi cæca scribunt consilia, cæca iuris testimonia firmant, partim consilijs aliorum, cum nec iura allegata unquam discussierint, nec acta cause uiderint, solo uel lucelli compendio ille-

^a Ergo Sabino concessum est à Tiberio Cæsare, ut populo responderet: qui^b in equestri ordine iam grandis natus, & ferè quinquaginta annorum receptus est: ^c huic nec amplæ facultates fuerunt, sed^d plurimum à suis auditoribus sustentatus est. Huic successit ^e C. Cassius Longinus natus ex filia Tiberonis, quæ fuit nepotis Seruij Sulpitij, & ideo^f proauum suum Seruum Sulpitium appellauit: is & consul fuit cum Quartino temporibus Tiberij, sed plurimum in ciuitate autoritatis habuit, eo usq; donec ^g Cæsar eum ciuitate^b expelleret, expulsus ab eo in Sardiniam, reuocatus à Vespasiano, diem suum obiit.

^a ¶ (Ergo Sabino.) Propter longam digressionem, quam supra Iuriconsultus fecerat, iam ad Sabinum reuersus, per epilogum colligit quod supra narrauerat. Is enim oratoribus mos est, & pro instituto seruator, ut docent Cicero & Quint. cum narratio cæpta prolixioribus parergis & digressionibus suspenditur, reuerti sub quadã recollectione ad ea solere, quæ principio sunt adducta. Glossæ nostræ sicubi talis recollectio in iure occurrit, dicunt Iuriconsultum repetere, ut addat: sed accuratiora sunt quæ iam diximus.

^b ¶ (In equestri ordine.) Quomodo ei ordini Sabinus inferebatur, cui non essent amplæ facultates: siquidem lege Roscia cautum erat, ne equestri ordini adscriberentur nisi quibus quadringenta sestertia essent. Sed credimus Sabinum à principe dignitatis nomine in hunc ordinem receptum, non quod censu equestri ualeret. Denique princeps superior est lege, ut supra docuimus.

^c ¶ (Huic nec amplæ facultates fuerunt.) Diodorus Siculus lib. ij. eas docet optimas esse leges, quibus non diuites, sed honesti prudentesq; homines fierent. Paupertas enim honesta, inuincibilem legis athletam constituit, ut ait Nilus philosophus. Peculiare aded est, ut diuitiæ bonis & probis absint ingenijs, ut Cicero in fine primi libri Officiorum rem difficilem putet, affluentibus copijs ditari sapientem. Porro Hieronymus in Ecclesiaste, magistrum quem que nobilem & prudentem paupertate premi scribit. Eius rei rationem Philosophus in problematis inuestigat, inter alia existimans ideo fieri, quod improbi per fas & nefas opes congerant. Hebræus apud Hieronymum, à facie diaboli fieri docet, ut stulti subleuentur. Proinde apud Aristophanem & Lucianum, Plutus diuitiarum deus, cæcus fingitur & claudus: ne probos & doctos, quibus cum communicet, dignoscat; quod magnus Erasmus Roterdamus lux doctrinarum in suis Adagijs eleganter prosequitur. In Sucuia imaginem lapidis uetusti Cæco diuitiarum deo sacram, repertam esse, mihi nuper quidam ex eruditis retulit. Herodis sophistæ diuitias oculares fuisse, Philostratus testatur, ut qui eis uti ex iusto nouerit. Cæterum magno caret incommodo, quem diuitiarum moles nõ presserit, utpote quod eas curæ comitentur, ut Octavius ait, & inquieta pectora. Crescentibus enim diuitijs, execranda auariciæ pestis crescit, quæ improborum corda angore, tormento, metu, cruciatu flagellet, diuidat, disperdat. Omne enim quod homini plus est quàm sit necesse, Xysto philosopho teste, inimicum est ei. Proinde solidæ felicitatis loco ponimus, bonis uiris abesse diuitias, tantum non egestate premantur. Inopiæ enim pauca desunt, auariciæ omnia, ut Publij Mimus habet. Modicitas ergo ad naturæ legem composita, sapientem trāquillat, & pro sententia Apuleij, philosophiæ est uernacula, frugi est & sobria, habitu secura, ut quæ nec fastu sustollat, nec deprimat impotentia: quæ nec uentris, nec inguinum delicias uel uelit ulla, uel possit. Quæ cum ita sint, non immerito Iuriconsultus Sabinum eo maxime nomine cõmẽdare perrexit, quod amplitudine facultatum non molestabatur. Sic olim Fabritij, Curiij, Quintij, Attilij, alijsq; clarissimi imperatores, paupertatis gloria excelluisse, sic Anatolius Theodosij imperatoris præceptor, diuitiarum sordes egregio animo suppressisse legitur. Quanto enim satius est animum probitate ornare & scientia quàm putre corpus auro, sericis, gemmis contegere, animi nuditate relicta.

^d ¶ (Plurimum à suis auditoribus.) Olim Antonius Gniphos insignis Grammaticus, quem & Cicero post forenses labores audiuit, ex discipulorum liberalitate plura cõsecutus traditur: testis Suet. de Grammaticis. Quintilianum modicum facultate, Plinius in collocanda filia adiuuit, quinquaginta milibus nimum eidẽ donatis. M. Antoninus imperator. ita in suos præceptores

Diodo. Siculus.

Plutus.

Mimus Publianus.

ptores pietate fuit, ut imagines eorum aureas in larario haberet, in quos & liberalissimus fuit. Quinetiam Apollonis domum discendi causa aduuisse dicitur, etiam dum in imperatoriam dignitatem esset adscitus, ut scribit Capitolinus. Porro & Seuerus imperator Hermocrati optionem dedit petendi quid uellet, eoq; petente tura quinquaginta talentorum ut deos coleret, paruum ratus donum qui plura meruisset: autor Philostratus in Sophistis. Thales Milesius cum de solis magnitudine & meatu, Mandraytum Prieniensem pulchra docuisset, adeoq; quantam uellet mercedem optare iussus esset, noluit mercedis quippiam, sed ne autoris nomen prateriretur expetit, quod Apuleius in Floridis scriptum reliquit. Philager tamen sophista, cum auditorum educatione non multum gauderet, nec ipse ab eis multa est comsecutus. Plutarchus in problematis, a ueteribus obseruatum tradit, ut literarum gratis doceretur, mercennarias uero doctrinas a Sp. Carbilio cepisse. Alcinous in epitome, Sophistam a Philosopho, eo disseparat, quod hic gratis doceat, ille mercedem a discipulis recipiat: tamen Damianus sophista, teste Philostrato, egenis mercedem dimiserit, ne pecuniarum inopia, bona laterent ingenia. Proclo Nancratidi, si quis centum drachmas penderet, is docentem audire semper potuit, nulla mercede repecta.

¶ Additio. (Socrati, cum multi multa, pro suis quisq; facultatibus offerret, Aeschines pauper auditor, cum nihil quod Socrate dignum esset, inueniret, seipsum donabat. Quo munere is Aeschines, Alcibiadis & omnium opulentorum munificentiam uicit, autor Seneca libro i. de beneficijs.) Staberius grammaticus temporibus Syllanis, proscriptorum filios gratis, & sine mercede ulla in disciplinam recepit, testis Suetonius.

¶ Additio. (In proscriptione triumuirali, cum puer ob diuitias proscrip- tus ad praecceptorem graderetur, insequentibus eum interfecto- ribus, a praecceptore arctius complexus amoueri non potuit, ut ita ambo interimerentur: autor Appianus lib. iiii. bellorum ciuili- um.) Ambrosius diaconus Origenis documentis imbutus, male audiit, quod cum esset uir nobilis & diues, praecceptoris sui egeni, senis & pauperis, moriens non sit recordatus, ut scribit Hiero. in lib. de scriptoribus Ecclesiasticis. Aristippus in exaggerata mercede reci- pienda imparabilis fuisse, primusq; Socraticorum quaestu philosophatus esse dicitur. Ceterum Iurisconsultus tutores iubet mercedes, non quas minimas poterint: sed habita patrimonij & dignitatum ratione, praecceptori exolui, in l. cum plures. §. cum tutor, infra de admin. tutor. Et est me Hercule celebranda in discipulis pietas, qui uitae honestioris altorem ipsi mu- tua uice alerent: quod Aquilius ille optimus, de quo meminit Iurisconsultus in l. Aquilius, in- fra de donat. egregie perpenderit. Artem artium nominabat Nazianzenus, hominem uel re- gere posse, uel imbueri: Vt non immerito Poeta, umbris maiorum optet tenuem & sine po- dere terram, Spirantesq; crocos, & in urna perpetuum uer: qui praecceptorem sancti uoluere parentis esse loco. Admonebat Quint. lib. ij. discipulos, ut praecceptorem non minus quam ipsa studia amarent, crederentq; eos parentes non quidem corporum, sed mentium: sic enim libenter & audient & dictis assentientur.

¶ Caius Cassius Longinus.) sub Tiberio in honore habitus, sub Claudio Caesare praefectus Syriae, legum peritia caeteris praeminuisse legitur, & qui militarem disciplinam ad pris- cum morem reuocabat, exercebat legiones ac si hostis ingrueret, dignum id maioribus & familia Cassia ratus, ut est autor Cor. Tacitus libro XII. ad prin. Huic tamen Nero cum in- sensus esset, quod opibus uetustis & grauitate morum praecellebat, missa ad senatum oratio- ne, crimini obiecit, quod is Cassius inter imagines maiorum, etiam C. Cassij interfectoris Caesaris Iulij coluisset, ita inscriptam, Duci partium: quasi per hoc semina belli ciuilis medi- taretur. Itaque senatusconsulto exilio missus, in Sardiniam deportatus, autor Corn. Tacitus libro quinto & decimosexto post prin. Suetonius in uita Neronis, paria de hoc Longino Iu- risconsulto tradit, quae & luminibus orbatu scribit: quae tamen poena ei decreta sit, non aperit, licet ipsum inter eos enumeret, qui a Nerone mortem sustinuerint. Plinius libro VII. episto- larum, Cassium Cassianae scholae principem & parentem fuisse scribit, cuius domum ideo commendat, quod eam Quadratus habitaret, qui non minor foret orator, quam fuerit ille Cassius Iurisconsultus. Meminit item Suetonius, Lucij Cassij Longini consularis, cui cum C. Caligula sororem suam matrimonio collocasset, mox eam abduxit. Is quoque Caligula, cum uaticinio admonitus esset ut a Cassio caueret, dictum Lucium Cassium Asiae tum pro- consulē occidendū mandauit, atq; ita Cassiorum fata in aetatem imperatorum satis infaustam incide-

inciderunt. Beroaldus circa Cassios sibi ipsi parum constat.

^f ¶ Proauum suum Seruium Sulpitiū.) Gloriabatur eo nomine Cassius, quod à duobus clarissimis Iurisconsultis Tuberone & Sulpitiō descenderat. Deniq; Pomponius noster in nullo ante loco seriem natalium tam operose collegit, ut hic in Cassio. Quod certe non est mediocre argumentum splendidis eos ornari maioribus, qui à Iurisconsultis nasceretur, ut non iniuria Doctorum liberi (si modo parentes & doctrina & integritate sunt mōstrabiles) sanguinis seriem cum gloria recensere possint. Colligi porrò euidentis argumentum potest contra nobiles, qui cum frequenter legali scientiæ operam dederint, nomen tamen Doctoris fastidiunt, cum legalis doctrinæ lumen, nobilitati magno interuallo præluceat.

^g ¶ Cæsar.) Neronem intelligas: Cornelio Tacito autore. Extant tamen commentarij cuiusdam uiri non indocti, qui textum præsentem ita accipit, quasi Iurisconsultus Cæsarem Tiberium uelit, eoq; nomine textum improbare pergit: quod certe nō erat necesse, cū nihil hic urgeat cur Tiberius potius quàm alius includatur.

^b ¶ Expelleret.) Hæc est magistratuū merces, hic finis: sic olim Papinianus cum plus in aula potens esset, quàm uellet, ab Antonio Caracalla militū gladijs obiectus, securi percussus est. Sabinusq; ille posterior similia passus legitur, ut postea docebimus. Sed & Martianum Iurisconsultum honorum fastigia enecuerunt, ut scribit Politianus. Itaq; magistratuū cauere præcipitia, & est ingentis prudentiæ, & fortunati propositi.

Neruz successit ^a Proculus. Fuit & eo tēpore Nerua filius: Fuit & alius ^b Longinus ex equestri quidem ordine, qui postea ad præturam usque peruenit. Sed Proculi autoritas maior fuit, nam & ipse plurimum potuit, appellatq; sunt partim Cassiani, partim Proculiani, ^c quæ origo à Capitone & Labeone cœperat. Cassio, ^d Cælius Sabinus successit, qui plurimū temporibus Vespasiani potuit. Proculo, Pegasus: qui temporibus Vespasiani præfectus urbis fuit. Cælio Sabino, ^e Priscus Labolenus: Pegaso, ^f Celsus pater: patri Celso, Celsus filius, & ^g Priscus Neracius, qui utriq; consules fuere: Celso quidem ^b & iterū Laboleno Prisco, Eburnius ⁱ Valens, & Tuscianus, item ^k Saluius Iulianus.

^a ¶ Proculus.) Multos in historijs Proculos inuenimus, sed de Iurisconsultis non meminime quicquam præcipuum legere, nisi quod Vlpianus Proculum non leuem Iuris autorem nominat in l. diui, infra de iure patro. Alibi duorum Proculorum testimonio patris & filij Celsus utitur, in l. & Proculo, infra de leg. ij. Apud Lampridium Iulius Proculus à Commodo interfectus esse legitur.

^b ¶ Longinus.) De Longinis supra satis diximus.

^c ¶ Quæ origo.) Hoc natura comparatum est, ut exempla non ibi consistant ubi cœperint: sed quamlibet in tenuem reiecta tramitem, latissime euagandi sibi uiam, teste Velleio Paterculo, faciant. Nec enim quisquam putat turpe sibi, quod alijs fuit fructuosum. Quapropter recte Cicero, eb exemplo præiudicia sumi uoluit: nam ab istis Capitonum, Proculorumq; principijs, etiam hodie factiones uigent: ut in hereses, id est, sectas, à Doctoribus plus iusto abeat. Dicebat tamen Quint. Iurisconsultis concessum esse diuersas tueri opiniones. Verum tanto felicius Cassianis & Proculianis contigit, quod uiros in omni doctrina clarissimos sunt secuti: nos comparatione ad ueteres illos facta, & uolutamur barbarie, & uix umbras sequimur.

^d ¶ Cælius Sabinus.) Huius Cælij meminit Aulus Gell. lib. VII. qui scriptū reliquit seruos uenales, quorum nomine uenditor nihil euictionis præstaret, pileis indutos uendi solere, tunc enim emptor de serui industria securus erat: recte, sicut ediuerso fugitiui serui, catenis uincti uenerunt. l. Si tamen, infra de ædil. edict. hunc Cælium super seruorum uēditione diligenter perscripsisse, ex l. quis sit fugitiuus, eo. tit. facile apparere poterit.

^e ¶ Priscus Labolenus.) Is Antonini Pij imperatoris temporibus fuit: Multa enim imperator de iure sancierat, atq; ita Laboleni, aliorūq; Iurisconsultorū cōsilio utebat, autor Iulius Capito

Capitolinus. Plinius lib. VI. epistolarum, ad Voconium Romanum, huius Laboleni meminit non cum laude: scribit enim, dubiæ sanitatis fuisse hominem, adhiberi tamen consilij, interesse officij, atq; etiam ius ciuile publice respondere. Sed oratoribus prioris seculi non semper cum Iurisconsultis conuenerat.

¶ **¶ Celsus.** Julium Celsum, magno in precio apud Traianum fuisse, Spartianus scribit: incertum pater, an filius.

¶ **¶ Priscus Neracius.** Tanti nominis apud Traianum imperatorē is fuisse legitur, ut idem Traianus ipsum imperij successorem relinquere destinaret: consilio tamen mutato Hadrianum adoptauit: autor Spartianus.

¶ **¶ Et iterum.** Morem ueterum sequitur: qui enim secundo consules creabantur, dicebantur non secundo, sed iterum creati.

¶ **¶ Valens.** Hic tempore Antonini Pij in precio fuisse, eiusq; consilij imperatorem iura sanxisse, testis est Iulius Capitolinus. Extat epistola Plinij libro iij. ad Fabium Valentē scripta: qui dicitur fuisse consul cum Vero.

¶ **¶ Saluius Iulianus.** Insigni fuisse eminentia hunc uirum ex hoc apparet, quod ab eo progenitus est Didius Iulianus Romanorū imperator, ut testis est Spartianus, cuius uerba subicimus. Didio, inquit, Iuliano, qui post Pertinacem, imperium adeptus est, proauus fuit Saluius Iulianus bis consul, præfectus urbis, & Iurisconsultus, quod magis eum nobilem fecit. Politianus dicit auunculum Didij Iuliani fuisse, & ab Hadriano imperatore in consilij habitum. Seuerus eius decreta abolete uoluit, sed nō obtinuit: autor Spartia. Fuere & alij Iurisconsulti, qui à Iulio Capitolino in uita Antonini & Marci nominantur: ut est Vindius, item Verus, Lucius Volusius Metianus, quem Vlpianus in l. diui, infra de iur. patro. iuris ciuilis, præter ueterem & fundatam peritiam, anxie diligentem nominat. Item Marcellus, sed & Serbidius Scæuola, quo Iurisperito præcipue usus est Marcus imperator. Denique & Papinianus, qui cum Seuero nondum imperatore dictum Scæuolam audisse scribitur: huic tamen et si Seuerus imperator filios suos Antoninos commendasset, alter tamen ex eis Caracalla post mortem patris, cum fratrem suum interemisset, etiam Papinianum iussit interfici, quod uir iustus fratris necem apud senatum excusare nollet, dicens non tam facile paricidium excusari posse quàm fieri, autor Spartianus. Bonum enim uirum, ut Nazianzeni uerba usurpē, nec tempus immutat, nec mutilat potentia, nec rumpit necessitas, nec insolentia exulcerat, nec malorum hominum defatigat improbitas. Huius Papiniani assessores fuere Iulius Paulus, quem Lampridius nominat Iurisperitissimum: & Domitius Vlpianus, qui ambo cum Papiniano uerticem legitimæ disciplinæ tenuisse dicuntur, quod & ex l. lecta, infra si certum pet. colligas, in cuius legis principio Doct. in uerb. auditorij, declinare uidentur, quia historias nesciuerunt. Vlpianus tutor Alexandri optimi imperatoris fuit, quem quia uir iustus erat, sæpe milites impetiuerunt, sed Alexander cum obiectu purpuræ suæ defendit. Eutropius Vlpianum Alexandri scriuū magistrum fuisse lib. VIII. ad fi. scribit: quod hodie cancellarium & secretariorum est, ut supra diximus. Fuere & alij Iurisconsulti in Alexandri consilij habiti: Fabius Sabinus, Sabini insignis uiri filius, sui tēporis Cato dictus: qui senior Sabinus cōsularis & præfectus tempore Maximini imperatoris, per tumultum fuste percussus, & in publico relictus est. Item & Aelius Gordianus, Claudius Venatius orator amplissimus, Pomponius legum peritissimus, Alphenus, Africanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Tryphonius, Metianus, Celsus, Proculus, Modestinus, qui & filium Maximini imperatoris erudisse dicitur: qui omnes iuris professores, discipuli fuere splendissimi Papiniani, & Alexandri imperatoris familiares & focij: autores Herodianus, & uel maxime Lampridius. Hactenus uiri in re literaria, omniq; philosophia principes iura ciuilia illustrarunt, hactenus sua iuri ciuili gloria, sua eminentia stetit: quæ deinceps secula secuta sunt, cum Gothicis sordibus scēdarentur, legalis scientiæ splendorem, salebroso (ut ita loquar) sermone nonnihil attenuasse uidentur: de qua tamen re parcus, ne inde uel præiudicio arma fumant homines nihili, qui saluberrimi iuris scientiam uel oppugnare pergunt, uel proterere.

Additio.
Imperator noster in .l. pe. C. de com di. indeb. Saluum Iulianum sublimissimū testē, summaq; autoritatis hominē & prætoriam edicti ordinatorem fuisse scribit, & in .l. inter antiquam. C. de usufr. summo iuris scientiæ authorē nominat, quē & Eutropij libro 8. celebrat.

HABES

HABES candide lector, in hanc l.ij. de orig. iur. exigua planè scholia: quæ certe non eo congestimus consilio, ut uel rara aliqua scriberemus, uel prægnantia: peritis enim in re latina uiris omnia esse notissima quis non uiderit: sed insuetis historiæ iuris ciuilibus sectatoribus commodare uolui: ne uestibula iuris aduentus, rerum ignoratione mox primo in limine caderent: maxime quod Accursius utcunq; doctus, uel modica, uel parum cohærentia, uel omnino nulla, super hoc toto textu, quamuis pulcherrimo, scripserit. Denique quia summam. ff. ueteris, quam non sine labore, cæterum cum fructu maximo elaborauimus, nouum fortasse opus, & à nullo unquam antè ea serie tentatum, in lucem ædere meditamur, scholia hæc prætermittere nolimus: quæ & iusto operi uiam sternerent, & si quæ osorum terricula obuiarent, præterito pectore amolirentur. Tu quisquis es, boni consule: si enim industriam nolis, fidem certe suscepti laboris, modo æqua mens sit, speramus te non uituperatum.

Vale.

Vdalricus Zasius.

F I N I S.

REVERENDISSIMO

ET ILLUSTRISSIMO PRINCIPI AC DOMINO, D. HERMANNO, ARCHIEPISCOPO COLONIENSI, SACROSANCTI ROMANI IMPERII PER ITALIAM ARCHICANCELLARIO, PRINCIPIS ELECTORI, DUCI VESTPHALIZ & ENGARIZ, ADMINISTRATORI PADEBORNENSI, DOMINO MEO CLEMENTISSIMO S.



NULLA RES est quæ maiorem uirtutis contemptum & confusionem pariat, Reuerendissime atque Illustrissime Princeps Elector, quàm si modus excedatur. Adeo quicquid extra modum est, in pessimã degenerat speciẽ, quantumuis præclarum fuerit. Et hoc quidem cum de multis rebus in dies experiamur, tum de disciplina Iuris Ciuilis, exemplum certè poenitendum nobis ob oculos posuit stultorum magister, exitus. Nam quis hoc seculo non uideat, imò quis non deploret, Romanas Leges quæ tanto quondam in pretio fuerunt, plenas humanitatis æquitatisq; ab omnibus iam sic contemni, ut uulgus indoctum putet eas non solum inutiles, uerumetiam ad calūniandum inuẽtas esse. Olim magno sese gaudebant adfici beneficio & liberalitate, quibus tandẽ concedebatur Romano Jure, uiuere. Nunc quisq; populus, durissimas mauult ferre Leges, quàm Romanas. O calamitosam rerum humanarum uicissitudinem. Et huius quidem pestilentissimi mali, plerique hanc causam adferunt: quod à multis annis præceptores Iuris nullum scribendi modum, multò minus ullam grauitatem huic tam magnæ rei adhibuerunt: tantum curiosi in recensendis atq; mox refellendis aliorum opinionibus, tum deinde nouas ex his retexendis: donec res in immensum prodiret, ut nunc tandem quot penè sunt autores, tot uideamus esse sententias interpretandanũ Legũ. Porro, ex his immodicis disputationibus, putat pleriq; utiq; nõ indocti uiri, tandem populos ad contemptum Romani Iuris prouocatos, ac in primis floridam iuuentutem ab hoc studio, diffidentia quadam (ut Iustinianus dicit) auersos esse. Præsertim, quod ex diutina huiusmodi commetarijorum lectione, nihilò facti sumus certiores, quàm Demipho ille Terentianus, qui consultis tribus amicis, cum unus suasisset, alter negasset, tertius deliberandum censuisset: Fecistis (inquit) probe, incertior nunc sum multò quàm dudum. Imò, cū nimium altercando, ueritas amitti soleat, factum fuit, ut illi ipsi professores non intelligerent quis esset Ciuilis rei scopus, quorsum pertineret tam immensus scribendi labor, quæ uem subibant, quidũ accessionis inde futurum esset posteris. Nam si uerum inficiari non debeamus, obscurata planè fuit hæc disciplina innumeris Doctorum commentarijs, ut intueri non liceat mirificam Romani Iuris elegantiam, quæ uel cum primis ad discendum & obtemperandum, homines inuitare debebat. Quis enim rogo amet amplectaturq; quod non intelligit? quis intelligat autem, quod ob scriptorum diuersitatem immensum est factum? Et medijsfidius rectissimè Isocrates: Atqui ciuitates (inquit) recta Reipublicæ ratione constitutas, haudquaquam porticus scriptorum plenas habere, sed in animis potius condita Iura tenere, expedit. Neque uero Decretorum redundanti copia, sed compositione morum præclaræ urbes habitantur. Cui subscribens Cicero: omnia enim (ait) posita sunt ante oculos, collocata in usu quotidiano, in congressione hominum, atq; in foro, neque ita multis literis aut uoluminibus magnis continentur. Imitati sanè uidentur superiores Iuris professores, Atheniensium morem, qui in describendis semper, quàm in obseruandis Legibus curiosiores fuerunt, donec nimia rerum multitudine obruti, amitterent omnia. Et hæc quidem communis est nec iniusta bonorum uirorum querela de abusu Iurisprudentiæ. Verum si rem longius atq; (ut dicitur) ab ouo repetamus, exemplo quorundam eruditissimorum uirorum apparebit certè, culpam recentiorum Iurisperitorum tametsi non prorsus excusandam, leuiorem tamen uideri ob iniuriam superioris seculi: quam Diuus quoq; Carolus Imperator noster Augustus maximusq; Princeps, rectissimè arguit in Diplomate priuilegij quod Typographo Nurenbergenſi, magno totius orbis commodo pro restituẽdis Pandectis indulsit. Primum enim, cum illi ipsi Legum interpretes animaduertent, ex optimis autoribus, nihil

○ præter

Huiusmodi tractatus non pertinent ad Iuris Interpretationem.

præter sententias quasdam breuissimas atq; nudas ex media Iuriconsultorum oratione abreptas in Digestis, ac illas quidem extra germanâ lectionem librorum inscitia deprauatas, extare: quid facerent? Quò se uerterent, cum nusquam essent fontes Romani Iuris? Abolita enim grauissima autorum monumenta prorsus perierant, ut iam diuinâdi magis quàm profitendi occasionem arripere cogerentur. Proinde hoc modo Doctores ad incredibilem in tractando Iure altercationem & opinandi licentiam perducti sunt, quibus quancunq; obijcias culpam, eam certè pro magna parte diluit manifesta rerum necessitas. Est ne enim tam felix ingenium cui liceat ex una aut altera etiam priuatæ epistolæ particula, certū aliquē sensum statuere, cum neq; præcedentia, neq; sequentia uiderit? Credo neminē id dicturū. Quid igitur de tā immenso Iure sentiamus? Quanto aut̄ utilius Christianæ Reip. esset, si uel selecta Iuriconsultorū monumenta pari cura qua archetypus, posteritati conseruata fuissent in bibliothecis? Qui nā enim Rom. Legum meliores esse poterant interpretes, cū aut uerborum, aut rerū anceps sententia incideret, quàm autores ipsi? Contrā qui perniciosiores, q̄ Romani sermonis & totius antiquitatis ignari? Porro, quod Tribonianus ubiq; gloriatur de tā absoluta minimeq; contraria Legū compositione, adijciens Edicta prohibitoria ne quis uerbo sos rursus ederet Iuris interpretandi gratia cōmentarios, nisi quatenus ad breuissimam Legum, summamue sententiam atineret. In hoc sanè totius posteritatis conditionē, ex suo ingenio metitus est. Nam ipsi quidem omnium Iuriconsultorum scripta, Legū ac morū fontes, ob oculos uersanti, nihil nō planum ac certū uidebatur: sed interim perpendendum fuerat prudenter, quid succedentibus seculis, antiquarū obseruationū ignaris futurum esset sub latis fontibus. Siquidē nullum in orbe tā felix extitit humanitus scriptū, quod non interpretationē aliquā desideraret. Quocirca uel exemplo legis XII. tab. perpendendū erat, q̄ abolita semel tota Romanorū procerum bibliotheca, successuri essent & plures multo, & iniquiores interpretes Pandectarū, quæ tam uarijs sententiarum centonibus confarcinatæ ex omnī parte dubitationē essent adlaturæ lectoribus. Et nisi me omnia fallunt, pro duobus librorū milibus qui Triboniano tantopere displicuerūt, habemus hodie uiginti milia, adeoq; plures, si iustam scriptorū collationē faciamus. Et quanq̄ sunt qui hanc iacturā adscribant Gothorū insultibus, qui Italiam olim uastarūt: certum tamen est, Gothos homines barbaros diripiendæ prædæ magis q̄ librorum, fuisse curiosos. Et eadem diligētia qua archetypus iam nūc seruetur, Iuriconsultorū quoq; præcipua monumenta: uidelicet Leges XII. tab. quas Cicero omnium philosophorum bibliothecis præfert: Institutiōes & libros rerū quotidianarum Cæj: Actiones in ordinem ab Appio Claudio compositz: Edicta Prætorū à Saluio Iuliano in ordinem descripta: & reliqua id genus: quare non potuissent conseruari, sicut alia pleraq; multo uetustiora ad nos peruenerunt? Sed interim nos iniuriam damnumq; sentimus omnes, Quis autem in tanta clade existimandus sit primus autor, non est operæpretium disputare, quoniam nulla spes est resarciendæ iacturæ. Sunt tamen qui multis scriptorum & rerum argumentis, Tribonianum illum gloriæ nimis ambitiosum, uehementer suspectum postulent. Et sanè horrendum nobis in hoc exemplum Deus proposuit, ut admoneremur, quantum orbi noceat philautia. Quandoquidem nulla adhuc omnium bellorū crudelitas tantum Reipublicæ damnum dedit, quantum in hoc amisso librorum thesauro passi sumus. Quanto autē melius de nobis meritus est optimus ille Princeps, qui uel inuito Vergilio uoluit libros eius ad posteritatem transmitti, priuatasq; testamētī tabulas, publicæ utilitati cedere. Verum cum rerum irrecuperabilium summa felicitas sit obliuio: non est cur latius hanc optimarum lucubrationum iacturam commemorem, contentus indicasse perniciem, quæ posthac euitanda sit in Rep. Christiana. Hoc unum autē ab omnibus bonis uiris rectissimè nunc intendi, omnesq; lapides moueri uideo: ut Iuris Ciuilis disciplina paulatim pristinae puritati reddatur. Sic enim (Deo autore) sperare licebit, omnes populos ad suscipiendas obseruandasq; Romanas Leges ex æquo & bono, alacriores futuros. Legum autem obseruationem subinde maior tranquillitas sequetur. Qua in re illud omnium maximè cauendum existimo, ut ociosas illas opinionum altercationes (sobriam enim disputandi collationem, ut ueritas clarius appareat, non impugno) diligenter euitemus. Etenim Iurisprudētia, cum sit ars boni & æqui, censuram requirens grauem minimeq; impeditā, statim atq; miscentur argutiz, & animus huc illucq; distrahitur, nī certè uelut uinū infusa lympha, naturā suā amittit, adeoq; uertitur in

titur in pestem Reip. ut rectissime dictum sit: Solam simplicitatem esse amicam Legum. Hoc itaque consilio communissimos actionum locos & diuisiones tum Iustiniani, tum Iuriconsultorum, methodico quodam cōpendio explicare tentavi, ut re ipsa probarem, quam commodum sit in tractando Iure simplicitatem retinere, præsertim in his persequendi formulis, quæ nisi certæ sint, distrahunt animum Magistratus, differunt lites, pariunt discordiam, & totam Rempub. conturbant. Tuæ autem Celsitudini proprio quodam iure nuncunpandū duxi hoc quicquid sit operis, ut statuas, num profuturum aliquo modo sit studiosis, an potius, totum (ut dixit ille) una prorsus litura abolendum. Nam quicquid tātus Princeps è publica utilitate iudicauerit, mea nihil refert, cui satis superque fuerit, uoluisse prodesse. Verum non hoc solum nomine tibi istud iudicium debetur, quod haud ita pridem quarundam uexationum pertæsus, in tuam Coloniensem ditionem ueniens, amplissimi huius Senatus humanitate Leges Romanas profiteor: sed etiam quod unus sis ex Imperij proceribus, in quos summa Senatus Populiq; Rom. autoritas eligendi Cæsaris Augusti, maximo Dei beneficio, translata sit. Præsertim autem quæ Archicancellarij dignitate per Italiam (ex qua totum Ius Ciuile, uelut per manus traditum nobis est) rectissime fungeris, sisq; in hoc oculus (ut sic dicam) emississimus Diuorum fratrum Caroli. V. & Ferdinandi CC. AA. Vides pro tua prudentia haud dubie, in quanta calamitate ab aliquot annis fuerit Ciuilis philosophia, quæ rarum eius studium, quam nulla obseruantia. Nec dubito quin tu his faueas, qui huic rei consultum esse cupiant, sisq; maximus bonarum literarum patronus & Meccenas. Proinde, si communem Reip. salutem expendamus, nullum fuerit summa atq; Cæsarea consultatione dignius negotium, quam hoc literarium. Adeo totius honestatis conseruatio ad transigendam rectè hanc mortalem uitam, ex bonis literis dependet. Quamobrem Serenissimi fratres, Optimi maximiq; Principes, quorum iam memini, quanquam omni uirtutum genere sint inclyti, siue religionem æquitatis, siue bellicos sudores, siue clementiam, siue genealogiæ celsitudinem spectemus: hanc tamen immortalem nominis gloriam Maieitati suæ accessuram, & simul omnibus Imperij Proceribus ominor, quod Iuris Ciuilis disciplina tandem Deo autore, multo felicitius pristinæ puritati sub eorū imperio restituta, posteritati tradetur, quæ à Iustiniani tempore per Tribonianum ad nos transmissa fuerat. Interim quo animo tu sis Optime Princeps Elector hac in re, Colonienfis tua ditio, uel me tacente satis indicat: quippe quam tot iam annis & tranquillam, & purgatam iudiciorum grauaminibus, honestissime gubernasti. Accedunt argumenta tuæ uirtutis euidentissima, quæ doctissimorum uirorum cōsilio & opera prudenter, nunquam non sis usus. Et haud scio, an Principis bonitas aliunde rectius, quæ ex consiliarijs probari possit: ex quorum numero Celsitudinis tuæ Cancellarius est D. Bernardus ab Hagen, Iuris Doctor, uir erudita atq; prudenti eloquentia præstantissimus: qui cum nuper colloquio me & mensa, pro sua humanitate dignaretur, statim uelut leonem ex unguibus, certo cognoui omnium horarum hominem dexterrimum. Sed ut hæc omnia in fascem colligam: tu Optime Princeps Elector, hunc qualemcumque libellum accipe: argumentum in primis obsequiosi erga te animi mei clementer amplectere. Deinde totam doctrinæ formam ex publica utilitate iudica, & tibi pro arbitrio statue. Neque uerò quicquam dubitare possum, quin grauissimum omnibusque profuturum sit quod ex tanti Principis promanarit hac in re literaria præiudiciū. Interim Christum orabimus omnes, ut qui te suo beneficio Reipublicæ donauit, idem multos in annos superstitem conseruet ac felicem.

Reuerendissimæ ac illustrissimæ Celsitudinis tuæ

Obsequiosus

Ioannes Oldendorpius.

A D L E C T O R E M.

Quò magis interpretatiuncula nostra, Candide lector, ex bono & æquo tibi deferuiat, ideo ad usum fore eam (quoad fieri potuit) accommodauimus, hoc est, in regulas quasdam & theses totam huius libelli actionumque materiam breuiter cōplexi sumus. Primum, ut

○ 2 in tam

in tam uario docendi genere, rei summam memoria facilliter teneres. Deinde, ut in scholis quoque exercendi studij gratia, cum uolueris aliquem iuris locum in utranque sententiam conferre, habebas exempla quae sequaris. Nam tale Legum collationem sobriam, scilicet ut earum uis atque potestas excutiat, non possum non uehementer probare: nimirum, quod ueram illam fori disputationem contineat, cuius Pomponius meminit in explicanda origine Iuris. Sicut autem immodice illae ac argutae recentiorum Leguleiorum altercationes, quas paulo ante deplorauimus offundunt nobis tenebras: Ita contra: moderatae ac certis Legibus ex usu rerum productae collationes, mirum dictum quod illustrent auctoritatem Ciuili disciplinae, quamque excitent naturalis Iuris notitiam, uelut igniculum in mentibus nostris reconditum. Quo consilio Iurisconsulti quoque Legibus omnium rerum & negotiorum diligenter perscriptis, subiecerunt regulas & theses Iuris, uelut summarias quasdam siue generales positiones ex tota Ciuili disciplina collectas, quibus quasi in fascem contraxerunt ea, quae per singulas rerum circumstantias diffuse tractantur: ut est uidere ex. l. j. ff. De reg. Iur. reiecto Accursij commento: quod & Zasius recte confutat. Hic enim est usus illius elegantissimi Tituli, quem iam ferè nemo uersat in manibus. Et utinam aliquis eruditè nobis redigat locos eius in ordinem (quoad licet) pristinae puritatis. Tum enim uideres quam magnificos habeat fructus in omni negotio rectè diffiniendo. Interim, ut & Reipublicae & tibi rectè consulas: accipe hanc qualemcumque operam nostram, & boni consule.

ARGUMENTVM LIBRI ADEOQVE TOTIVS IURIS CIVILIS.

OMNE IUS, scriptum & non scriptum, quo utimur, uel ad personas pertinet, uel ad res, uel ad actiones. §. ulti. Instit. De Iur. nat. gen. & Ci. l. j. ff. De stat. homin. Ecce communissimi mos locos Iuris.

In personis considerantur.

Status, Ordines, Officia. Instit. De Iur. persona. Et. ff. De. stat. homi. & toto lib. j.

In rebus uersantur

Acquisitio, Conseruatio, Alienatio. l. ulti. ff. de Legi.

In actionibus perpenduntur

Autoritas, Materia, Forma, Exitus, ad quas causas omnes loci referunt, de quibus infra dicendum erit. Iam experiamur quomodo totum actiones, tum totius Iuris cognitionem ex arte quadam facillime adsequi possimus, & quid sit quod Vlpianus in. l. j. ff. De Iustit. & Iur. dicit: Ius esse artem boni & aequi.

Et quidem Cicero lib. De Orato. j. Si enim (inquit) aut mihi facere licuerit, quod iam diu cogito, aut alius quispiam, aut me impedito occuparit, aut mortuo effecerit, ut primum omne Ius Ciuile in genera digerat, quae per pauca sunt: Deinde, eorum generum quasi quaedam membra dispertiat: tum propriam cuiusque uim diffinitione declaret: perfectam artem Iuris Ciuilis habebitis, magis magnam atque uberem, quam difficilem & obscuram.

Itaque secuti hanc praecipionem, digessimus actiones in genera secundum diuisiones quatuordecim, quas partim ex Iustiniano. Titulo De actionibus: partim ex Iurisconsulorum responsis collegimus, adiectis earum differentijs & peculiaribus officijs, quae omnibus actionibus eiusdem generis deseruiant.

Vnde, si eorundem generum omnia membra, hoc est, actionum species methodica circumstantiarum ratione in classes redigas: Et tum cuiuslibet speciei uim & naturam ex Legibus, respectu semper horum communium locorum ordine, declares: perfectam earum cognitionem ex arte habebis.

Exemplum de una specie: Videamus quae sit uis & natura Reuendicationis.

Primus diuisionis locus generalis ostendit ad hoc inquirendum esse, utrum sit Ciuile, an praetoria: id autem petendum est ex aliquo speciali loco qui diffiniat autorem, ut est. §. Sed iste. Instit. De actioni.

Secundus locus communis indicat uidendum esse, utrum nominatim, an per interpretationem sit introducta Iure Ciuili: Hoc docemur in. d. §. Sed iste: quoniam summum Iuris & princeps est actio directe constituta Lege Ciuili, quamque & multis casibus sit utilis per interpretationem, sicut est uidere in. l. Sin autem eum. §. Sed & is qui. ff. de Reuendica.

Tertius locus infra descriptarum diuisionum demonstrat inuestigandum esse, utrum sit in rem, an in personam: Et hoc diffinitur in. l. j. Et. l. Si in rem aliquis. ff. De Reuendica. uidelicet, quod omnibus modis actio specialis in rem sit.

Sic & per omnes alios generales locos exigenda, & ad praescripta singularum Legum diligenter diffinienda est tum haec actio, tum reliquae omnes. Qua inuestigatione perfecta, absolutam habebis tertiam, eamque maximam totius Iuris Ciuilis partem sine ulla difficultate.

ACTIO

ACTIONVM IV RIS CIVILIS LOCI COMMVNES

AD VSVM FORENSEM SECVNDVM AEQVIT-

simas Legislatorum sententias bona fide accommodati.

QVID SIT ACTIO.



VE MADMODVM in omnibus rebus feliciter tradendis, oportet obseruare methodum, hoc est, iustum docendi ordinem: Ita sanè actionum forensium cognitionem nemo rectè adsequetur, nisi primū generaliter intelligat, quid sit, & quare introducta fuerit actio: Deinde quæ sunt species eius, & quæ specierum officia.

Celsus itaq; sic definit actionem in. l. Nihil aliud. ff. De actioni. & obligatio. quem secutus est Iustinianus. Instit. De actioni. ACTIO, EST IVS PERSEQVENDI IN IVDICIO, QVOD SIBI DEBETVR. Horum uerborum uis, est sigillatim excutienda.

ACTIONIS primum significatio latissimè patet, comprehēdens generaliter omnem uiuentis operationem, quæ passioni opponitur, adeò ut ipsam quoq; uitam agere dicamur. Vnde illud dici solet: actiones humanæ, infinitis rerum circumstantijs uariantur. Quæ significatione frequenter utuntur Iurisconsulti.

Verum hoc loco, actionis significatio restringitur ad usum forensem. Quas enim Græci dicas uocabant, eas Romani Latinè actiones, causas, seu iudicia dixerunt. Terentius: Si tu illam attigeris secus quàm dignum est, dicam tibi impingam grandem. Vnde Paulus in. l. Nō distinguemus. §. Illud in prima. ff. De recept. arbit. dictare actionem, eodem sensu quo Terent. impingere dicam, appellauit. Idem in. l. Si seruus depositus, in fi. ff. De noxali. actioni. Iudicium dictare uocat. Tranquillus, intendere formulam dixit. Vulgò nuncupamus, instituere actionem. Porro, actiones hic dicuntur ab eo, quòd insolentes ac temerarios debitores, ad iudicia agamus: quoniam sine causa recusent solutionem aut satisfactionem.

Proinde, ne quis in amplissima huius uerbi actionis significatione, diu meditabundus hæreat uageturq;, ideo prudenter adiecit Celsus hanc clausulam, (nihil aliud est.) Non uerò, sicut Accursius opinatur, quasi aliud fuerit olim, quàm nunc est actio, propter solennitates formularum & impetrationum. Nam addititia maior, aut minor obseruantia, uel solennitas, nō immutat rei substantiam. Martianus in. l. Is cui uia. ff. Quemadmod. seruit. amitt. Loquens de eo, qui amplius oneris, quàm licuit, per uiam uexerit: Magisq; (ait) hic plus: quàm aliud egisse uideatur, &c. Porro, quantum ad rem ipsam attinet, nulla apud ueteres alia ratio fuit introducendæ ac exercendæ actionis, quàm nunc apud nos est. Rectius ergo Iason sentit Instit. De actionib. in princi. docens actionem esse formulā ad instar antiquitatis, præter aucupationes uerborum, quæ sublatae sunt per Tit. C. De formul. & impetrationi. De priscis autem solennitatibus infra dicemus.

Interim actio nihil aliud est, quàm IVS PERSEQVENDI, hoc est, legitima facultas uel autoritas permittens persequi. Sicut dicimus: Ius eundi, ambulandi: Ius utēdi fruendi: Ius postulandi. Tutela, est ius atq; potestas. Insti. De Tutel. §. j. Modestinus, ff. De Legib. Legis uirtus (inquit) hæc est: imperare, uetare, permittere, punire.

Non refert quodnam Ius permittat persecutionem, utrum Ciuile, an Prætorium, an etiam Statutarium, ut crasse dicam. Quoniam generaliter hic diffinitur omnis actio quam permittit Ius, in usu forensi receptum, siue scriptum, siue non scriptum sit. Et sanè mirum uideatur, quòd Accursius cum alijs tam curiose disputat de quibusdam speciebus actionum, cū diffinitio primum generalis explicanda studiosis fuerat.

Et intellige Ius persequendi, quod uel actu, uel habitu nobis cōpetit, hoc est, quod uel in

O 3 præsen

præsentiarum, uel futuro tempore exercere iure possumus. Nam eodem modo uerbū (debetur) accipiendum est, iuxta l. iij. Et. l. Si quo tempore. ff. De petition. hæredita. l. Quæ situm, in princi. ff. De peculi. l. Si creditor, cum. l. sequi. ff. De libera. legat.

PERSEQUENDI autem uerbum, hic est appositissimum. Nam omnes in uniuersum apud Iudicem postulationes complectitur, tam ordinarias, quam extraordinarias, etiam eas quæ instar actionum obtinent. Veluti, cautiones damni infecti, legatorum, euictionis, & cæteras. Item interdicta, & uniuersæ officij Iudicialis expeditiones, continentur sub appellatione persequendi. Id enim quod petimus, uel postulamus, uel imploramus, nostro aut alieno nomine, recte dicimur persequi. Ulpianus in. l. Pecuniæ. §. Persecutionis. Paulus in. l. Quibus. §. ulti. ff. De uerbo. signifi.

Quid igitur attinet ad rem, disputare inutiliter, an officium Iudicis dicatur actio, & an comprehendatur sub hac diffinitione? Nam cum omnes Prætoriarum cautiones obtineantur officio Iudicis, quas utique dicimur persequi: consequens est, officium Iudicis pertinere ad Ius persequendi, & sub hac diffinitione comprehendendum esse, ut instar actionis habeat. Præsertim quod generaliter admodum, ac (ut ita dicam) crassissime interpretari hanc diffinitionem oporteat. Præterea extat exemplum in quo imperatores Honorius & Theodosius appellant officium Iudicis, actionem. Cærtum est enim ingratum libertum reuocari ad seruitutem per officium Iudiciale, iuxta. l. j. C. De libert. & cor. liber. Cum id iudicium (inquit) extra ordinem præbeatur. Martianus in. l. Per procuratorem, ff. De obsequi. à liber. & libert. Dicit ingratum libertum posse argui. Honorius uerò & Theodosius in. l. Liberti. C. dist. titu. loquentes de hæredibus patronorum: Quibus (inquiunt) ingrati actio, sicut ipsi manumissoribus deferetur, &c. Adde. l. Inquilino. ff. De dam. infect.

IN IUDICIO, adijcitur loco differentiarum, ut discernamus solennes actiones ac Iudiciales, quæ ex forma legis dependent, ab extraiudicialibus hominum postulationibus, quæ neque solennitatem, neque formam requirunt cognitioni deferentem, sed plerumque ex privato constant arbitrio. Si enim extra iudicium aliquid ab aduersario requiram, quamuis eadem uerborum forma, qua fuerit apud Iudicem postulandum, non tamen dicor agere, quoniam actio exigit iudicium. Unde fit, quod Iurisperiti toties, iudicij uerbo, utuntur pro actione. Breuiter, omnes humanarum actiones, quæ extra Iudicij dictandi formam contingunt, hac clausula secluduntur. Africanus pulchre distinguit, extraiudicialem postulationem, à iudiciali, in. l. Cum postulassem, in princip. ff. De dam. infect.

Præterea, per hæc uerba (in iudicio) significatur nobis uis atque potestas actionis, quæ in hoc uersatur, ut liceat nobis ab inuito aduersario aliquid exigere, quoniam Iudicium redditur in inuitum. Quamobrem Iulianus mira elegantia in. l. Huiusmodi, in fi. ff. De legat. primo: Consentire autem (inquit) uel sua sponte debent, uel Iudice imminente. Qua ratione fit, quod uolens soluere ante litem contestatam, non sit urgendus ad suscipiendum iudicium. Paulus in. l. Si reus. ff. De procurato. Neratius in. l. Ex iudicatum solui. ff. Iudica. solui: Neque enim (ait) æquum est, aut Iudicio astringi, aut ad inficiationem compelli eum, qui sine Iudicio dare partem paratus est.

QUOD SIBI DEBETUR. Hæc clausula nobis exhibet causam, officium, atque exitum actionis. Neque enim ob aliud introducta fuit, neque aliud pertinet, quam ut unicuique tribueretur Ius suum: quia actio est executio Iustitiæ.

Deberi autem generaliter ex omni obligatione & causa, propter quam lex permittit aliquid exigere, accipiendum est, Ulpianus in. l. Pecuniæ. §. ulti. ff. De uerbor. signifi. Hoc uerbum debuit (inquit) omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, siue Ciuilis, siue honoraria, siue fideicommissaria fuerit persecutio. Itaque in hac tam generali significatione, non refert quomodo quis debeat, modo tamen sic teneatur, quod mihi Iuris permisso liceat ab eo inuito quicquam exigere.

Præterea, debitum hic non solo respectu eius qui conuenitur, metiri oportet, uidelicet, quatenus ex aliquo negotio inuicem gesto, in persona rei conuenti initium sumpserit obligatio,

gatio, comitatura semper eundem, secundum specialem & propriam definitionem Pauli in. l. Quæcunq; gerimus, & Vlpiani in. l. Actionum genera. §. i. ff. De action. & obligat. Verum etiam respicienda est persona actoris, cui deberi quodammodo uidetur id, quod suo iure & lege permitte sic postulat, ut negari non possit, etiam si aduersarius improprie & incidenter duntaxat obligatus sit. Ut ecce, qui rem meam possidet, is nullo iure ex sua persona dicto aut facto mihi perpetuo obstrictus est: Attamē quia id quod meū est tenet, ideo sicut mihi ratione dominij licet persequi: ita ille propter incidentem possessionem, debet restituere rem. Sic intelligendus est Iustinianus in. §. Omnium. Instit. De actionib. cum dicit: Qui nullo iure ei obligatus est. Et Vlpianus in. l. Pecuniæ. ff. De uerbo. signifi. Actionis uerbū (inquit) generale est, & speciale. Nam omnis actio dicitur, siue in personam, siue in rem sit petitio. Eodem modo, id quod officio Iudicis adsequi possum ab inuito aduersario, debiti instar habet: imō, & ipsum officium à iudice debetur postulanti secundum ius, & si negauerit, tenetur iniuriari. l. j. §. Permittitur autem, in fi. ff. De. aq. quoti. & æsti. Nec hoc est beneficium (inquit Vlpianus) sed iniuria, si quis fortè non impetrauerit. Errant igitur, qui cum Accursio uacillant, an sub definitione comprehendantur in rem actiones, sicut & Iason rectè notat, Instit. De actio, in princi.

Ut autem rem totam ab ouo (quod dicitur) repetamus, quomodo actiones nascantur ex obligationibus, & obligationes rursus ex negotijs, id quod duplici ratione, naturali & Ciuili, meminisse diligenter oportet eius quod Cicero grauitè dicit lib. de Orato. j. Omnia ferè (inquit) quæ sunt conclusa nunc artibus, dispersa & dissipata fuerunt. Nimirum ergo tam imensa hominum negotia, confusum admodum caos initio fuisse, certo certius est, anteaquā ad aliquam artem & formam reducerentur, hoc modo quo nunc sunt.

Et hoc est, quod Ius omne, quantum ad mores hominum formandos atinet, diuiditur in Ius naturale seu Diuinum: & Ius positium siue humanū. Ius naturæ, quod aliàs Ius gentium uocant, consistit in notitijs illis à natura, hoc est, à Deo, mentibus hominum inditis. §. Sed naturalia. Instit. De Iur. natu. gent. & Ciuil. Est enim proditum cum ipso humano genere. l. j. ff. De acquiren. rer. domi. Et. §. Singulorum. Instit. eo. tit.

Hoc autē Ius naturale, cum esset simplex, & paucis præceptionibus contentū (quas tamē ut rectè perciperemus, Deus ipse uia uoce renouauit in decalogo) certè non uidebatur omnibus humanis negotijs, propter corruptos adfectus, quos ex Adæ lapsu contraximus, sufficere, nisi latius determinaretur, & per singulorum circumstantias distribueretur.

Ius itaq; positium, huiusmodi naturales notitias latius extendit, format, distribuit, applicat ad humanas functiones: obseruans semper eas ueluti Thesei filium in maximo labyrintho. Id quod Vlpianus in. l. Ius Ciuile. ff. De Iusti. & Iur. Ius Ciuile (inquit) est, quod neque in totum à naturali Iure uel gentium recedit, neque per omnia ei seruit, &c. Quasi dicat: Si in totum recesserit, facile perducetur in pessimum errorem. & pugnabit cum natura. Sicut uidemus in prædura illa, & nimis crudeli seruitutis forma, in captiuitate bellica, in conditione libertinorum, & alijs id genus multis: in quibus cum serui utiq; homines, ad imaginem Dei creati, cogentur in brutorum animalium ordinem, magna pars huius positiui, & humani Iuris paulatim est sublata per Leges posteriores & Consuetudinem.

Proinde, actionum & obligationum, aut etiam cōtractuum uim & potestatem, nemo feliciter tractabit, nisi diligenter respiciat prima illa antiquitatis tempora: nec aliter intueatur quæcunque hominum commercia, quàm si adhuc rudia essent, sine ulla formularum Ciuium determinatione. Incipendum enim est à naturalibus illis notitijs, per quas præparatur & instruitur perpetua quædam & constans uoluntas, cuique quod suum est tribuendi: & inde paulatim perueniendum est ad positiuas & gentium addititias formas. Quemadmodum si ex procliu ac periculosa rupe, per gradus tutissime descendas ad planiciem spaciosam.

Sic Pomponius in. l. ij. ff. De origi. Iur. facturus Iuris interpretationem, repetit statim ea tempora, quibus Romana Ciuitas manu planè regeretur, cum dispersa, ac sine solennitate essent omnia. Item Paulus in. l. Naturalis. ff. De præscript. uerb. inuestigaturus actionū formulas, proponit primum omnes rerum ob causam datarum species nudas ac informes.

Deinde progressu quodam, & argumentatione rationis, tractat de Ciuilibus formis, & discernit contractus nominatos ab innominatis, & rursus ex contractibus obligationes & actiones.

Exemplum quoque cum primis elegans exhibuit nobis Triphonius in. l. Bona fides. ff. Depositi. Ibi enim, bone Deus, quam grauiter tractat æquitatis inuestigationem, primum ex naturalibus notitijs: deinde, adiunctis sobriè præceptis Ciuilibus, per rationem collectis, ut sic optimum fiat temperamentum, singulis circumstantijs rectè deseruiens. Vt interim uideamus, modo si oculos uidendi habere uelimus, quam in hoc genere docendi non iuuent, imò quantum noceant, immensi Doctorum commentarij, de quibus supra diximus, quoniam conturbant & euertunt omnia in Iure præclara.

Quò magis igitur rectè statuamus de actionibus, sic repetenda sunt tempora.

OMnes pactiones & conuentiones, quibus inter se homines de quacunq; re consentire solent, primi Legislatores, secuti notitias illas honestatis naturalis, de quibus paulò ante dictum est, partim in nominatos ordines, ac ueluti classes redegerunt, partim sub nuda ac naturali appellatione reliquerunt. Quædam enim conuentiones tam manifestam habebant rationem, ad quem usum in commertijs hominum profusum necessarium deseruiere possent, ut non difficulter inueniret eis & forma, & nomen, per quod discernerentur ab alijs functionibus. Quædam uerò tam uariæ fuerunt ac latè patentes, ut impossibile esset speciali nomine eas designare, ac multò minus sub certa forma comprehendere.

Exempli gratia: Conuentiones illæ quibus animaduertunt Legum autores tractari de dominijs & utilitatibus rerum, ab uno ad alium mutuo quodam consensu transferendis, quoniam dubium non erat, & quotidiana experientia docebat quò pertinerent, quam necessariæ essent, ideo in formas, & solennes, & certas redactæ sunt, addito nomine hjs, quæ specialem appellationem admitterent, per quas usus rerum ad agendam uitam nobis communicaretur. Quandoquidem absoluta illa communitio, ut omnia paterent omnibus, retineri salua pace non poterat, & naturali Iure seu ratione perniciofa uidebatur. Vnde sunt contractus nominati & innominati, ac quasi contractus, qui propter euidentem æquitatem tam nemini poterant displicere, ut ab omnibus gentibus facile reciperentur.

Reliquæ uerò commerciorum functiones, cum certum non haberent exitum, & nimis late paterent, utpote, in mille rerum circumstantias singulis horis uariatæ, non poterant certa lege cõcludi. Quis enim omnium hominum placita rectè metiatur? Quare sub communi ac naturali appellatione remanserunt, ut dicerentur pacta, cõuentiones nudæ.

Et hoc est quod Ulpianus in. l. j. ff. De pact. statim post generalẽ interpretationẽ pactorum & conuentionum subiicit: Sed conuentionum (inquiens) plerq; in aliud nomen transeunt. Veluti, in emptionem, in locationem, in pignus, uel in stipulationem. Paulus, ut dictum est, colligit rationem nominatorum contractuum, & discernit eos ab innominatis, in. l. Naturalis. ff. De præscrip. uerb. Eodemq; pertinet quod Hermogenes in. l. Ex hoc iure. ff. De Iustit. & Iur. probat omnes Politicæ formas ex Iure gentium constare.

Rursus, cum iam introductæ essent multæ commerciorum formæ, naturalis ratio, ac imminens rerum necessitas dictabat, æquum & bonum esse, ut cõstitueret, ne quis in huiusmodi mutuis negotiationibus, secundum humani affectus inconstantiam, detrimento alterius temere uariaret: imò magis ut astringeretur unusquisque ad id quod semel placuisset, seruandum. Vnde generaliter introductum est naturæ uinculum, id est, naturalis obligatio. Vt rectissime uideatur dixisse Ulpianus in. l. j. in principi. ff. De pact. Quid enim tam congruũ est fidei humanæ, quam ea quæ placuerunt inter eos, seruare?

Verum, naturalis ratio omnium rerum optima moderatrix, cum tam immensa, & uarij discriminis essent hominum negocia & facta, facile suauis, adeoq; propter necessitatem exegit, ne eodem modo omnes ex omnibus negocijs passim obligarentur. Est enim inconueniabile axioma: dissimilia, non rectè simili iure censeari. Quare legislatores medium quoddam, ac temperamentum in rebus obseruantes, delectum adhibuerunt introducendæ obligationis, hoc ordine.

Primum, in conuentionibus secundum prædictas formas consummatis, tam efficax uinculo-

vinculum admiserunt, ut executionem quoque decernerent in inuitos & recusantes. Et hæc obligatio, secundum naturæ rationem, & hominum auctoritatem producta, merito est dicta naturalis & Ciuilis: Exequendi uerò ad uinculum, actio. Deinde, in illis articulis in quibus naturæ ratio non palam accederet, apparente tamen aliqua causa ad usum humanum necessaria, constituerunt auctoritate sua, Legisq; præscripto obligationem quandam, ac inde Ciuilem seu Legitimam nuncuparunt, utique tam efficacem, ut exigi posset per actionem. Vtranque autem obligationem diffinit Iustinianus Instit. De obligat. Obligatio (inquiens) est iuris uinculum, quo necessitate astringimur alicuius soluendæ rei, secundum nostræ Ciuitatis iura. Sic Paulus accipi uult in. l. Legitima conuentio. Vlpianus in. l. Iurisgentium conuentiones, in princi. ff. De pact.

Deniq; in illis speciebus, quæ non tam prægnantem causam in se continere uidebantur, ut ad necessitatē exequendi trahendæ essent, ne nimis rigida omnium dictorum introducere-tur exactio, cū nec illas nominatas setuemus ut oportet, optimo tēperamento reliquæ oēs conuentiones sub naturali obligatione propter consensum, sine executione tñ actionis, reli-ctæ sunt, solū ut exceptionē parerent. Vlpia. in. d. l. Iurisgentiū. §. Sed cū nulla (inquit) subest causa propter conuentionē, hic constat non posse constitui obligationē. Igitur nuda pactio, obligationem non parit, sed parit exceptionē, hoc est, naturalem defensionem.]

Ex his apparet, quō ex facto colligatur ius obligationis, & etiam ius persequēdi, quod de betur per obligationē. Sicut dici solet: Contractus est remotior actionis ac mediata causa: obligatio aut proximior & immediata. Item, Contractus est causa specifica, quia diuersi con tractus, produciunt diuersas actiones: sed obligatio, generalis causa est, quoniā omnes actio- nes eodem modo nascuntur ex obligatione, iuxta. l. Licet. §. Ea obligatio. ff. De procurato ri. Quamobrē, cum scire uoluerimus, quæ competat actio, respiciendum est factum, uel alia causa quæ loco facti est: cum uerò dubitauerimus an exerceri possit actio, & quando, tunc intueri oportet obligationem. Vlpianus in. l. Cedere diem. ff. De uerbo. significa. Actio em̄ est executio obligationis, ut probat Vlpia. in. l. In executione. ff. De uerbo. obligatio.

Præterea ex prædictis constat, quare naturalis obligatio sola regulariter non producat a- ctionem, nisi magna causa subsit: Quia si passim extra prædictas formas, ex omni cōuentio- ne & pacto nudo fuisset concessum ius persequendi in iudicio, res prodijset in infinitum, & ad perniciosissimam confusionem, cum singulis planè horis oportuisset uariare, ac multipli care actionum formulas, secundum immensam pactorum circumstantiam, quod absurdissi- mum & impossibile fuisset, argu. in Auc̄. Vt determi. sit nume. clerico. in princi. Et De refe rend. sac̄. palati. §. ult.

Hæc omnia aut sic habent, cū homines conueniunt, paciscuntur, dicunt, aut faciūt aliquid secundum formam Iuris naturalis uel Ciuilis: quod si contra eam admiserint quicquam, tūc eodem modo sicut ex conuentionibus, secundum qualitatem causarum astringuntur obli- gatione, aliās naturali & Ciuili, aliās Ciuili tantum, aliās naturali duntaxat. Et propterea ex maleficijs & quasi maleficijs, alijsq; factorum speciebus, uariæ produciuntur actiones. Nam cum inter nos cognitionem quandam natura constituit, consequens est, hominem hominī insidiari nefas esse, ut dicit Florentinus in. l. Vt uim. ff. De Iustiti. & Iur. Et Vlpianus hac ra- tione respecta, eleganter colligit obligationem ex facto & in factum, in. l. Actionum gene- ra. §. Actionum autē. ff. De actioni. & obliga. Et hoc est quod Modestinus dicit in. l. Obli- gamur. §. Lege obligamur. ff. De actio. & obliga. Lege obligamur (inquit) cum obtempe- rantes Legibus, aliquid secundum præceptum Legis, aut contra facimus.

Cæterum, non fuit tanta difficultas constituendi formam & obligationem in maleficijs, sicut in Ciuilibus negocijs. Quia quatenus ad uinculum attinet, quo delinquentes astringun- tur, omnes obligationes unius generis sunt, ex re ipsa, hoc est, ex maleficio contra Legem, admissio. Caius in. l. Ex maleficio. ff. De actio. & obliga.

Ex his omnibus facile est intelligere, quid significet hoc uerbum (debetur) quam Empha- sim habeat: nimirum, quod cum effectu debeat, habeatq; dignam Iuris causam, secundam quam Iudex pronunciare pro actore possit. Nam iustissima regula est: Quod ubi ex nuda pa- ctione non adiuta Legis auctoritate, inefficax est obligatio, multò magis ubi nullum omni- pò debitum est, neq; naturale neq; Ciuile, ibi nulla produciuntur actio. Quæ autem sit nu- da pa-

da pactio, pulchrè tractât Paulus in. l. Legitima conuentio, Vlpianus in. l. Iurifgentium. §. Sed cum nulla. ff. De pact. Iulianus in. l. Solent. ff. De præscrip. uerb.

Proinde, sicut sine debito non consistit actio, ita nec sine actione iudicium. Vt sit efficacissima exceptio, quæ reuera, & sine calumnia sic opponi possit aduersario: Tua non inter est, uel, Tibi nulla competit actio. Iulianus. in. l. Si pupilli. §. ul. ff. De nego. gest. Quanquã enim (inquit) hoc ei imputari non possit, cur alios debitores non conuenerit, quoniam conueniendi eos in iudicio facultatem non habuerit, quia nullam actionem intendere potuit. Et in. l. Quoties. §. Item si temporali. ff. De administrat. tuto. Aduersus alios enim (ait) expectari, sine actione non potuit.

In summa igitur, Actio aliud est nihil, nec unquam aliud fuit, quàm facultas seu permissus Iuris ad persequendum, ac ab inuito aduersario exigendum, id quod cuiq; tum ex Lege scripta, tum ex bono & æquo, sic debetur, ut legitimam executionem admittat in sacro sancto Iudicio.

DE VETERI ACTIONVM SOLENNITATE, QUATENUS HODIE SIT MUTATA.



VA EX causa naturalis Iuris, & quàm pulchro rerum ordine actiones primum fuerint introductæ, supra diximus. Nam cum uita nostra ob corruptam Adæ lapsu naturam sine litibus transigi non posset, melius erat iudiciorum formulas introducere, quibus iudice cognitore homines disceptarent, quàm ferre, quòd quotidianis dissidijs ad arma & rixas prosilirent. l. Aequissimum, in princip. ff. De usufruct.

Porro, hominem homini lupum esse, uerissimè dici solet. Et propterea, cum Hebræos Deus inter se quàm coniunctissimos esse, rectissimeq; consentire uellet, certas leges tulit, ut ex præscripto res iudicarent. Quo nomine Moses, gloriatus apud populum Israëliticum, & commemorans beneficia & prudentiam Dei: Quæ enim (inquit) est alia Gens sic inclyta, ut habeat cæremonias iustaq; iudicia, & uniuersam legem, quam ego proponã hodie ante oculos uestros: Deuterono. iiii.

Itaq; ut progressum actionum diligenter obseruemus, tractanda nunc sunt formularum initia, quibus uelut in artem quandam redactæ sunt actiones. Principio enim rudes erant, & nulla solennitate compositæ, utpote quibus duntaxat ductu naturalis rationis controuertentes uterentur, narrantes simpliciter facti seriem, & reiçientes omnia ad arbitrium Magistratus. Nihil enim ex certa forma & in speciem petebant, sed quid Iudici placeret, expectabant. Hoc modo & populum Romanæ ciuitatis primum sine certa lege, sine certo Iure uixisse, omniãque manu à Regibus esse gubernata, Pomponius est autor in. l. ij. in princip. ff. De origi. Iur. Namque manum ibi oportet intelligere, non Tyrannicam uiolentiam, cum pleriq; Reges inter optimos Principes numerentur: sed supremam Regis potestatem seu auctoritatem, qua iubebat aut uetabat aliquid, secutus tantum naturalem rationem. Et medius fidius si quis prima illa tempora cū posterioribus conferat, uidebit facile, quàm non in multitudine legum & scripti Iuris consistat Reip. salus & incrementum.

Postea uero cum per legatos Romanorum, petita à Græcis Ciuitatibus institutiones & Leges, in decem tabulis eboreis perscriptæ, Romam tandem adferrentur, anno ab urbe condita tricentesimo tertio: cum que sequenti anno duæ tabulæ uiderentur adijciendæ tum primum ex his duodecim tabulis actiones compositæ, & in certas formas redactæ sunt, quibus homines inter se disceptarent: ideo que legis actiones, id est, legitimæ actiones appellatæ, quibus & Prætor suas adiecit. l. ij. §. Deinde ex his Legibus. ff. De origi. Iur. Siquidem sic habent res mortalium, ut aliorum inuentis semper aliquid addendum putemus, etiamsi aliquando non expediat. Quicquid enim posteri Legum scriptores in monumentis reliquere, id totum tanquàm simiæ à Mose, primum Græci, deinde à Græcis Romani, mutuati sunt, & per interpretationem multiplicarunt, Ficino & Eusebio ad stipulantibus. Has actiones ne Populus Romanus prout uellet institueret, Iuris prudentes

dentes, quibus summa interpretandi potestas erat concessa, & certas, & solennes esse uoluerunt, existimantes sic fore, ut adfectus humanus ad litigandum alioqui propensus, his modis uelut repagulis quibusdam coherceretur. Solennitatem autem dicimus, certam obseruationem, uerborum, personarum, uel temporis: inde nuncupatam, quòd sola seruantur sine qua libet additiua mutatione. Sic Paulus in. l. Cum plures. §. Cum tutor. ff. De administ. tutor. Solennia (inquit) munera parentibus cognatis que mittet. Solennia uocat, quia certo tempore mittebantur, sicut iam nunc quoque certis temporibus anni, munuscula mitti solent.

Solennitas igitur actionum duplex introducebatur: Altera impetrationis: altera formularum.

Circa impetrationem sic obseruabatur, ut nemini liceret in iudicio experiri, nisi impetrata prius agendi formula à collegio Pontificum, quorum autoritate declarabatur, num cuique actio competeret, an non. Vnde iudicia ordinaria dicebantur, ab ordine Pontificum.

Altera solennitas erat formularum in exercendis actionibus. Nam formulæ quædam uerborum præscribebantur, quorum ductu in iudicijs sic fuerat experiendum, ut qui uno forte uerbo errasset, tota causa cecidisse uideretur. Qua ratione Paulus, uulgarem formulam pro actione dixit, in. l. Seruus. ff. De fur. Et causa cadere, seu cadere formula dictum est, apud Iustinianum in. §. Si quis. Instit. De actio. Si quis (inquit) agens, in intentione sua plus complexus fuerat quàm ad eum pertineret, causa cadebat, id est, rem amittebat.

Et hæc quidem obseruatio impetrandarum actionum aliquandiu, hoc est, centum prope modum annis, apud collegium Pontificum fuit, tandem tamen ad Prætorum translata: propterea, quòd hoc declarandi officio ad auaritiam abutebantur. Vendebant enim potius, quàm concedebant pro iure actiones. Subinde ergo Prætor intellecta facti serie, aut concedebat actionem, aut ex causa negabat. Vnde uidemus in Edictis Prætorum hæc uerba: Iudicium dabo: Iudicium non dabo.

Et tum paulatim in desuetudinem abire cœpit nimis rigida uerborum seruitus, quæ posteritati multo rectius displicuit, quàm rudis Græcorum in agendo libertas. Factum quoque est, ut omnia iudicia extraordinaria, sicut prius à collegio Pontificum ordinaria, uocarentur. Paulus in. l. Actio negotiorum gestorum. ff. De negoti. gest. Iustinianus in. §. ulti. Instit. De interdict. Nam quoties (inquit) extra ordinem ius dicitur, qualia hodie sunt omnia iudicia, &c.

Eo autem tempore Prætorum autoritas, quantum ad cõstituenda iudicia attinet, ad summum perducta est fastigium. Ut uel hinc uideas, quàm imprudenter lapsi sint, qui actiones Prætorias dici putant omnes, quas Prætor daret. Cum actionem dare, sit actorem ad intendendam actionem admittere. Porrò: Prætor & Ciuiles, & suas actiones dabat, uel negabat. Cicero in Verrem: Si quis eum pulsasset, edixit se iudicium iniuriarum non daturum. Quicquid ab eo peteretur, iudicem de sua cohorte daturum: ipsi autem nullius rei actionem sese daturum.

Huius autem mutationis, haud dubiè magnam suppeditauit occasionem Appius Claudius, non ille decemuir, sed centum amplius annis posterior, qui cum huiusmodi actionum formulas in libros, quos fastos dicebant, redegit: Cneus Flavius scriba eius, surreptos hos libros Pop. Romano tradidit, munus adeò grati, ut Tribunus plebis & Senator fieret. Sunt qui de fide huius scribæ disputant: Mihi uidetur rectissimè exposuisse omnibus id quod ad omnes pertinebat. l. ij. §. Postea cum Appius. ff. De orig. iur.

Cæterum, cum adhuc tẽpore Constantini XXXVIII. Imperatoris aliquo modo in exercendis actionibus impetrandisq; nimia esset curiositas, ex qua ad eludendum calumniose iudicium exceptiones nascebantur, in uniuersum semel omnes formulæ & impetrationes sublatae sunt, per. l. j. & ij. C. De formul. & impetra. Quem locum pleriq; falso intelligunt, & usus (ut solet) abripuit ad omnem dictandæ actionis inconstantiam, quasi liceat nunc passim sine ulla uerborum & rerum cohærentia & ordine, negotium, utcunq; in buccam uenerit, apud Iudicem effutire. Id quod adeò faciunt causidici, ut non tam libellos, quàm uolumina causarum scribant, quorum exitum nec ipsi, nec iudices tenere possunt.

Quorsum

Quorū igitur omnia hæc pertinebunt? Huc certè, ut aliena pericula cautiore nos faciant. Expertos enim uidemus antiquos, incommodam fuisse nimiam simplicitatem Legis XII. tabularum, cum nihil omnino formularum esset in iudiciorum disceptationibus exercendis. Videmus item, quàm perniciosa fuerit posterioris seculi nimia formularum curiositas & seruitus. Nunc tandem stultorum magistro exitu edocti sumus, quanta Reipublicæ iactura, recepta sit incomposita persecutionum libertas, quæ simplicitatis iuxta atq; formularum nihil exempli retinet.

Proinde, remedium huius mali hoc fuerit, ut mediocri quædam formula absq; uerborum seruitute, diligenter obseruetur, uidelicet, ut non alij articuli seu positiones (sicut uocant) congerantur in libellos, quàm sint necessarij ad naturam institutæ actionis: tam composito autem ordine referantur, ut ipsum planè actionis nomen uideantur exprimere. Et hæc quidem ex sententia sunt Tit. C. De formul. & impetratio. Quod uel ex. l. ij. his uerbis declaratur: Si aptam rei, & proposito negotio competentem eam esse constiterit.

Quare Iason Instit. De actionib. in princi. rectissimè dixit: actiones & hodie formulas esse. Vnde & exceptio inepti libelli, sicut ad calumniosam differendi iudicij ansam admitti nõ debet: ita rursus, si ex legitima causa rectè obijciatur, repudianda non est, ut tractat Ferrarientis in sua praxi, De formu. respon. rei conuent.

Ex his apparet: Originem & causam efficientem actionum, naturali & Diuino iuri tribuendam esse, progressum uerò & formam, Romanis Legislatoribus. Hinc uides, quoties fuerit uariatus formularum usus, cum tamen interim immutabile semper fuerit & necessarium, hoc ipsum quòd actiones exercentur. Nam gladij potestas aduersus uim malorum, est ex Deo, Roma. XIIII. Gladius non est, sine iudicijs, neq; iudicia sine actionibus. Simul ergo instituta sunt Iure Diuino seu naturali. Neq; enim inter ista distinguendum est, quatenus ad formandos mores attinet. Vnde Iurisconsulti actiones ipsas, frequenter adpellant Iudicia; & interdum obligationem accipiunt pro actione. Paulus in. l. Naturalis. §. Et si quidem. ff. De præscript. uerb. Loquens de rerum permutatione: Dubium (inquit) non est, nasci Ciuilem obligationem, in qua actione id uenit, &c.

Ex eo quoq; apparet, ab initio Legum fuisse actiones, licet rudes & innominatas: Quia nulla Lex unq; fuit præcipiens aut uetans aliquid, quæ nõ obligationem haberet. Obligatio autè statim actionem producebat. Cur enim ferret Lex, nisi obligaret subditos? Quorū obligarentur, nisi liceret eos aliquo modo ad satisfaciendum compellere? Quamobrem etiã hodie si nominata non reperiatur actio, tamen condictio ex Lege conceditur, autore Paulo in l. j. ff. De condictio. ex Leg.

Nec cuiquam absurdum uideatur, actiones ex Iure naturali seu Diuino censeri, cum tamen formam & solennitatem à Iure Ciuili acceperint. Nam & Iustinianus Princeps in. §. Venditæ. Instit. De rer. diuisio. loquens de solutione pretij, aut alia satisfactione præstanda: Quod quidem (inquit) cauetur Lege XII. tabularum: tamen rectè dicitur & Iure gentium, id est, Iure naturali id effici. Et sanè quid attinet hic multum alterari? Nam totum Ius Ciuile tametsi per omnia nõ deseruiat simplicitati naturali, quod fieri non potest propter nimias rerum circumstantias: tamen nunquam in totum recedit à natura, ut supra diximus.

Ex his multas Doctorem ociosas disputationes enodabis, de contractibus, de actionibus, de matrimonio, de bello, de seruitute, & alijs id genus multis, quibus à Iure positio quidem determinata est forma, rerum & personarum uarietati cõueniens: uerum origo, causa, certa; notitia, in natura est.

Sequitur ergo, Bartolum, alioqui bonum uirum, nonnihil in hoc hallucinatum esse, qui originem & causas ad Ius Ciuile & humanum refert, in l. Frater à fratre. ff. De condictio. indebit. Et in. l. Ita stipulatus. ff. De uerb. obligat.

Multò magis autem usq; ad perniciem humanæ societatis errant illi, qui somniant uerius quàm probant: Christianis non licere in Iudicijs aduersus proximum suum experiri, citantes scripturam sacram quidem, sed impertinentem, Matth. v. Habeto beneuolentiam cū aduersario tuo, &c. Lu. vi. Et ab eo qui aufert quæ tua sunt, &c. Item Matth. v. Et ei qui te uelit in ius trahere, &c. Quibus in locis Christus seruator noster, calumniosam proximi molestationem, & priuatam uindictam prohibet. Magistratus uero cognitionem, & potestatem quam

quam ipse dedit & confirmauit, non eleuat: ut doctissimi quidam uiri phanaticis illis dum responderunt.

Deniq; & illi falluntur, qui referunt Tit. De formul. & impetra. ad tempora Pontificum Romanorum, à quibus primum impetrabantur actiones. Nam eorum autoritas diu ante Constantini Cæsaris tempora, ad Prætorem translata fuit.

DE VERO ACTIONIS VSU.

NON autem actione forensi passim & sine delectu, nec absque necessaria causa debemus uti. In primis enim debitor, antequam cōueniatur in iudicio, ad eundem est, & ciuilitè interpellandus semel atq; iterum, si fieri potest, per creditorem ipsum, deinde per alios bonos uiros, ut debitum præitare uelit sine molestia. Admonendus est, quanto dispendio, non solum corporis & pecuniarum, uerum etiam animæ suscepturus sit iudicium contra conscientiam, si recusauerit dare aut facere id, quod ex bono & æquo debet.

Et quamuis hæc admonitio quibusdam uideatur urbanitas, ut uocant, si tamen rectè perpendatur, certum erit, quod ex Iure Diuino & humano omnibus modis obseruanda sit. Et propterea, quibusdam in locis optima ratione nõ audiri in iudicio creditorẽ, nisi sic admonuerit debitorẽ. Iuxta illud: Si peccauerit in te frater tuus, uade & argue eũ inter te & ipsum solum, &c. Item: Qua de re (inquit Proculus) uolo ut cum Hybero loquaris, ne rem illicitã faciat. l. Quidam Hyberus. ff. De seru. urba. prædio. Qua ratione olim in Republica Romanorum bene constituta, obseruabantur denunciationes, quæ debitoribus in personam solenniter fiebant, antequam cōuenirentur apud iudicem. Vnde conditiones appellatæ sunt actiones personales. Condicere enim, prisca lingua denũtiare est. §. Appellamus. Instit. De action. Itẽ. l. Debitorẽ. C. De pigno. Debitorẽ (inquit) præsentẽ, prius denuntiationib. cõueniendi sunt, &c. l. Emilius Largianus. ff. De minor. De monitione uide. c. Noluit. De iudi.

Inter Iuris præcepta primum numeratur, honeste uiuere. Honestati certe ex diametro repugnat, si quis protinus adigat debitorem, imò & seipsum, ad iudiciariam molestiam, quam uno aut altero uerbo fortassis euitare potuisset.

Vnde boni uiri controuersias, olim iudiciorum abhorrere solebant, ueluti rem non admodum honestam, si quis sæpe uersaretur apud iudicem. Quo nomine Vlpianus: Hęc enim (inquit) uerecunda cogitatio eius qui lites execrat, non est uituperanda. l. Item si res. §. Po test autem. ff. De aliena. iudici. mutat. caus. fact.

Socra. teste Plat. uetuit iudicia in Ciuitate multiplicari, ne daretur ciuibus ansa litigandi. Quoniam humanus adfectus ad controuertendum natura facilis est, teste Vlpia. in. l. Item si unus. §. ulti. ff. De arbit.

Itidem Strabo lib. VI. refert eos quibus plurimæ sunt Leges & iudicia, plerunq; uiuendi ritu deprauatos inenniri. Nutrirur enim controuertendi libido, multitudine Legum & iudiciorum, neglecta interim ciuili uita. Sicut Atheniensibus sæpe per iocum obijci solebat, & serio tandem exitio fuit, quod scriptitandis multo magis, quàm obseruandis Legibus animũ intenderent. Horrenda hodie exempla sunt si quis circumspectat. Iustini. Cæsar inter bonos utiq; principes numerandus: Nunc admonendi sumus (inquit) magnam curam egisse eos qui Iura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: Quod & nobis studio est. Instit. De pœn. tem. litigan. in prin.

Iudicis quoq; partes sunt in hac re, ut si animaduertat actorem aut reum, plane calumniari, nullumq; conueniendi uel defendendi Ius habere, statim eum à iudicij limine repellat, etiam non postulante aduersario. Nam Iudex boni & innocentis uiri officio fungi debet, cuius primæ partes sunt curare, ut lites sine calumnia procedant. Vlpia. in. l. Cæteræ. ff. Famili. eriscund. Et in. l. Si extraneus. ff. De iur. doti. Nec enim (inquit) quisquam Iudex proprijs auribus audiet, mulierem dicentem, cur patrem, qui de suo dotem promisit, non urserit ad exolutionem. Accedit. l. ulti. C. Ut nem. priuat. titul. prædi. suis impon. Vbi Iudex cum officialibus suis punitur, admittens prohibitam accusationem aduersus eos qui deponunt priuato-

P rum titu

rum titulos. Nam omnibus deponendi autoritas Iure concessa est, cum publicis tantum rebus, titulus dominij præscribi debeat.

Secundo: Si debitor contempta huiusmodi admonitione, recusauerit præstare debitum, & causa sit talis, quam prorsus deserere non possis, tunc in summa rerum necessitate, ad iudicariam persecutionem uelut ad Triarios milites, procedendum est: bona fide tamen, ut plane existimes iure tibi deberi quod persequeris, ne facias calumniam proximo tuo, & ne cum alterius detrimento locupleteris. l. Nam hoc natura. ff. Ce condict. indebit. Enimvero, is qui scit sibi ab aduersario nihil deberi, si agat in iudicio, non de damno, sed magis de præda sollicitus est, ut dicit Vlpianus in. l. Si minoris. ff. De administra. tutor. Hoc autem docebit unumquodque sua conscientia, quæ nihil aliud est quam secretum & infallibile facti nostri iudicium, & mille testes, ut dici solet, utrum reuera credat actor, an simulet se habere iustam agendi causam. Proinde, Deum nemo fallat, si hominibus utcumque imponat calumniator.

Delectus quoque diligenter adhibendus est, quænam negotio competens sit agendi species, ne quis actionem prorsus abhorrentem intendens, repulsam patiat, cum iactura temporis & sumptuum. Quæ inuestigatio quomodo facienda sit, obiter deliniamus in formula inuestigandæ actionis.

Nihil obstat, quod nonnulli in ore habent: Nemini denegandum esse Ius. Et conscientiam Iudicis, non habere locum in cognoscenda lite. Nam primum, non negatur Ius ei, qui optimo iure, atque suis commodis, non admittitur ad temerariam litis molestiam, & rerum suarum iacturam. Deinde, Iudex conscientiam suam ex manifesta rei ueritate nata, sequi debet: imò, non habet quod tutius sequatur in omni re. Et mediisfidius qui tradit duplicem in Iudice conscientiam, nihil aliud docent, quam ipsam fallendi artem, & æquitatis euerisionem.

Tertio. Cæpta iam necessario apud Iudicem lite, nulla adhuc occasio prætermittenda est ad componendam controuersiam, siue per litigatores ipsos, siue per aduocatos & procuratores, aut per alios bonos uiros. Longè enim honestissima opera est, quæ in hoc collocat. Papi nianus: Arbitro quoque (inquit) accepto, fratres communem hæreditatem diuidentes, pietatis officio funguntur. l. ult. ff. Fami. eriscund.

Et quò magis latissima tentandæ transactionis occasio præberetur controuertentibus, erat olim posterior feriarum pars, hoc est, post Diuinum cultum reliqua, ad componendas lites destinata, qua nunc ad luxum, & potationem, rixarum fomitem utimur. l. ulti. C. De feri. Ad sese (inquit) ueniant aduersarii, non timentes, subeat animos uicaria pœnitudo, pacta conferant, transactiones loquantur, &c.

Sic itaque Christiani, actiones sibi competentes, uelut instrumenta exigendi debiti, nihil minus exercere possunt secundum iuris præscriptum, quam alias res ad externum usum pertinentes, modo semper ambiant concordiam bona fide. Nam hic est uerus actionum & iudiciorum usus, ut cum aduersarius nullo modo ius tuum tribuere uoluerit, tum uel inuitus inuoces Magistratum, ne priuatis rixis utrinque in plures malorum occasiones multiplicatis, publica tranquillitas turbetur. Vnde Iulianus: Consentire autem (inquit) uel sua sponte debet, uel iudice imminente. l. Huiusmodi. §. ult. ff. De legat. j.

PRIMA ACTIONVM DIVISIO. A CAUSA EFFICIENTE.



OST diffinitionem actionis generaliter propositam, proximum est, ut species eius, quæ propter immensam negotiorum diuersitatem uariantur, commodis diuisionibus summatim explicentur, argu. l. penult. ff. De uari. & extraordi. cognitio. Cognitionum numerus (inquit Calistratus) cum ex uarijs causis descendat, in genera diuidi facile non potest, nisi summatim diuidatur.

Quo magis autem rem latissimè patentem ad certos locos contrahamus, operæpretium fuerit singulas diuisiones, ex singulis quarumlibet rerum causis producere, uidelicet, efficiente, materiali, formali, & finali: ut hoc modo ad certam actionum cognitionem perducamur. Id quod Iustinianus quoque non nihil obseruasse uidetur, Instit. De actioni.

Ecce enim, cum multi ac uarij fuerint apud Romanos Magistratum ordines, nimirum uolenti cognoscere actiones, statim occurrit quæstio de causa earum efficiente, hoc est, de auto-
ribus

ribus qui effectuant actiones, & in formam redegerunt. Num ab uno eodemq; Magistratu processerint omnes: Sic Caius & Pomponius facturi Legum interpretationem autores earum repetunt ab incunabulis Romanæ Ciuitatis: quandoquidem is qui autorem rei non tenet, principium nescit, qui principium ignorat, is rem ipsam non rectè percipit, cuius potissima pars principii est. l. j. & ij. ff. De orig. Jur. Eadem ratione Vlpianus explicaturus locos suspecti criminis: Primum igitur (inquit) tractemus unde descendat suspecti crimen. Et paulò infra: Sciendum est (ait) suspecti crimen ex Lege XII. tabularum descendere, hoc est, agnosci per Legem & puniri. Nesciremus enim crimen esse, nisi Lex diceret.

Hanc igitur quæstionem causæ efficientis absolunt duæ sequentes diuisiones, & perducent nos in cognitionem actionum tali compendio.

OMnes actiones, aut Ciuiles sunt, aut Prætoriz. Vlpianus in. l. Actionum. §. ult. ff. De actioni. & obligatio. Iustinianus obiter in. §. Sed istæ. Instit. De actioni.

Ciuiles actiones censentur, quæ ex Legibus XII. tabularum, Plebiscitis, Senatusconsultis, Principum placitis, Responsis prudentum, specialiter introductæ sunt, ac formam acceperunt. Quoniam ex his partibus constat totum Ius Ciuile. §. Constat autem. Instit. De Iur. natura. genti. & Ciui. Papinianus in l. Ius autem Ciuile. ff. De. Iustit. & Iur.

Prætoriz actiones sunt, quæ ab honore & Magistratu Prætoris, honorariz quoq; dicuntur, quòd ab ipso Prætoze ex Iurisdictione, uel adiuuandi, uel supplendi, uel corrigendi Iuris Ciuilis gratia fuerint introductæ, præpter publicam utilitatem, quam usus rerum & experientia quotidie docuit Prætores, æquitatis semper studiosos. d. l. Ius autem Ciuile. §. Ius Prætorium.

D I F F E R E N T I A E E T O F F I C I A
H A R V M A C T I O N V M.

I



iuiles actiones perpetuæ sunt, hoc est, exerceri possunt etiam post annum usque ad tempus ex causarum circumstantia, uarijs modis Lege præscriptum, non tamen ultra. XL. annos. l. Omnes. C. De præscript. trigint. anno.

Prætoriz uerò nonnunquam temporales sunt, id est, intra annum dantur, uidelicet, cum pœnam continent. Nam & ipsius Prætoris intra annum erat imperium, ut est Tit. Instit. De perpe. & tempo. actioni.

II Ciuiles actiones uelut Principis Iuris, ordinariè dicuntur & ipso iure competere.

Prætoriz autem extraordinariæ censentur, ac Prætoris subsidio concedi. §. Non autem Instit. De perpetu. & tempo. actioni. Non autem (inquit) omnes actiones quæ in aliquem, aut ipso iure competunt, aut à Prætoze dantur, &c.

Hinc fit in multis speciebus, quòd cum aliqua Ciuilis actio potest exerceri, cesset Prætoriz. Vlpianus in. l. In causæ, in princi. ff. De minori. In causæ (inquit) cognitione etiam hoc uersabitur, num forte alia actio possit competere citra in integrum restitutionem. Nam si communi auxilio, & mero Iure munitus sit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium: utpote, si cum pupillo contractum est sine tutoris auctoritate, nec locupletior factus est. Et in. l. j. ff. De publici. in rem actio. Merito Prætor ait (nondum usucaptum) Nam si usucaptus esset, habet ciuilem actionem, nec desiderat Honorariam.

Cæterum ne hic hallucinemur, admonendi sumus diligenter: dari actionem à Prætoze, non semper sic accipiendum esse, quasi ab eo sit introducta, quoniam interdum & Ciuiles actiones dedisse dicitur. Quæ in re multum errarunt Doctores, ut supra dicere cœpimus.

Prætores itaq; Romani summam iudiciorum habebant potestatem, scilicet ante susceptam Imperatorum Monarchiam, dicti ab eo, quòd præirent populo, quasi prætores, de quibus Lex duodecim tabularum sic inquit: Iuris disceptator, qui priuata iudicet iudicariuè iubeat, Prætor esto. Is Iuris Ciuilis custos esto, huic potestati parento. Quotcunq; Senatus creuerit, populusiè iusserit, tot sunt.

Ex quibus uerbis apparet, Prætozem urbanum iussisse iudicare. Præerat enim sortitioni Iudicum & subfortitioni, hoc est, per sortem & fortuitum euentum designabat ex decurijs & ordinibus eos, qui quoquo tempore iudicarent, illorumq; nomina in albo suo describebat.

Vnde fortiri forum, fortiri iurisdictionem, fortiri effectum dicimus. Planè, si reiiciebantur Iudices, seu (ut nunc loquimur) recusabantur, subfortitionem in locum reiectorum faciebat.

Eadem potestate Prætor Romanus, cum Ius impetrandæ actionis à Collegio Pontificū ad eum transferretur, actionem dare uel denegare solebat, id est, facultatem agendi. Vlpianus in .l. j. In princi. ff. De superficieb. Si qua alia actio (inquit) de superficie postulabitur: causa cognita dabo. Et .l. j. §. ulti. ff. De uent. inspicien. Quòd autem Prætor ait, causa cognita se possessionem non daturum, uel actionem denegaturum, &c. Sic & Iudicium suscipere cogit aduersarium, teste Venuleio in .l. Vir bonus. ff. Iudicat. sol. Nec solum Prætoriam actionem polliceri, uerumetiam Civilem consuevit, ut in .l. Superficiario. ff. De Rei uendicatio. Proinde non sequitur: Prætor dicit se actionem daturum tali casu: Ergo est Prætoriam, nisi nominatim aliquid addatur, quod denotet actionem ex eius iurisdictione introductam esse. Nā omnibus iudicijs præerat, omnes actiones dabat: Et merito: quia quasi uiua uox erat iuris Ciuilis, ut Martianus dicit in .l. Nā & ipsum. ff. De Iustit. & iur. Quo sensu & quilibet Iudex cognoscens ex circumstantijs utrum aliquis ad iudicium sit admittendus, uel non, censetur dare uel denegare actionem. Scæuola in .l. ult. in fi. ff. De actio. & obligati. Respondi (inquit) ex personis causisq; eum cuius notio sit, existimaturum, an actio danda sit.

Quemadmodum autem Prætoris authoritas à tempore XII. Tabularum semper creuit, & ad tantum honoris fastigium peruenit, ut nō supplere solum, aut emendare Ius Ciuile, uerumetiam nouum quodammodo & extraordinarium Ius solus condere posset, quod inde Honorarium est nuncupatum: Vnde & Consulari propemodum apparatu, trabea, sella cursuli, lictoribus, & cæteris id genus utebatur: Ita rursus adueniente Principū monarchia, potestas eorum paulatim diminuta fuit, & cum primis quantum ad constituendum Ius pertinebat. Vnde quod ipse Prætor definire solebat, ad imperatores exemplo aliorum Magistratum plerumq; retulit. Vt est uidere in .l. j. In princi. ff. De uent. inspicien. Temporibus Diuorum fratrum (inquit Vlpianus) cum hoc incidisset, ut maritus quidam prægnantem mulierem diceret, uxor autem negaret, consulti: Valerio Prisciano Prætori urbano rescripserunt, &c. Idem in .l. Verum. §. Ex facto. ff. De minorib. Decius Seuerus (ait) quia dubitabat, ad Imperatorem Seuerum retulit. Ad quam consultationem successoris eius Vincedio Quietō rescripsit: nullas partes esse Prætoris.

Hæc omnia eo pertinent, ut rectè discernas actiones Prætorias à Ciuilibus, & cum legis alicubi Prætoriam dare actionem, non statim opineris simul etiam ab eo introductam fuisse. Quod multos sefellit.

Sed quid dicendum fuerit de actionibus, quæ hoc seculo ex Statutis diuersorum Magistratum introducuntur, nominatim uel tacite: Porrò, quoties hodie nostri Magistratus statuunt aliquid, toties executionem & conditionem ex sua lege concedunt, etiam si id nominatim non dicant? Respondeo. Prætorias actiones censerī, secūdam Bartolū in .l. ulti. ff. De pœn. Quoniam omnes hodie Magistratus post Imperatorem, proximius accedunt ad exemplum Prætoriam iurisdictionis, quàm ullius alterius Romani Magistratus.

Et is quidem primus in tractandis actionibus locus est.

S E C V N D A D I U I S I O .

E O D E M P E R T I N E N S .

HIC locus, præcedentem supplet. Nam cum audimus actiones aut Ciuiles esse, aut Prætorias, statim occurrit quæstio, utrum nominatim tantum, an alio quoq; modo per consequentias & similitudinem introductæ sint à Lege aut à Prætoribus? Id quod per hanc diuisionem cognoscimus.

Actiones itaq; Aut directæ sunt, Aut utiles.

Directæ actiones dicuntur, tam quæ ex uerbis, q̄ quæ ex sententia iuris Ciuilis uel Prætorij per interpretationem constitutæ sunt. Vlpianus in .l. Nominis. §. j. ff. De uerbo. significa. Verbum (inquit) ex Legibus sic accipiendum est, tam ex Legum sententia, quàm ex uerbis.

Vtiles autem seu indirectæ censentur, quæ non ex uerbis Legum proficiuntur, neq; ex manifesta sententia, sed addititia quadam interpretatione, propter similem rationem receptæ sunt.

sunt in forum. Nam ut ait Pedius: quoties Lege aliquid unum uel alterum introductum est, bona occasio est, & cætera quæ tendunt ad eandem utilitatē, uel interpretatione, uel certa Iurisdictione suppleri, referente Vlpiano in. l. Nam ut ait. ff. De Legib.

Et propterea multum impertinenter allegari solet Tit. Insti. De legit. patro. tutel. ad probandam actionis utilis formulam. Quia textus ille ostendit magis directæ actionis exemplum, cum dicit: Ac si uerbis Legis introducta esset.

Iustus ergo & directus summi Iuris sensus ex Lege, facit actiones conferi directas. Additius autem & per æquitatem mediante interpretatione, hoc est, per consequentias receptus, efficit utiles: Siue ad causam efficientē respicias, ut dictū est, siue ad causam materialē spectes.

Nam sæpe quis agit ex causa seu materia negocij, quæ tamen nō in sua, sed in alterius persona cœperit. Certe, cum regulas Iuris & definitionem actionis hic expendimus, nō potest talis actio dici directæ, quia nō competit ad id, reuera & propriè quod sibi debetur, sed quod alij debitum est. Quando tamen æquum & bonum est, persecutionem quoq; competere ad id quod alius in nos transfudit priuata uel publica functione, sequitur actionem utiliter concedi ad differentiam directæ

Sic actiones utiles appellantur, quæ ex persona nostra in alios transferuntur per quemcunq; contractum. Veluti, cum quis Ius persequendi quod habet in personam uel in rem alicuius, donat aut uendit alteri. Id enim licet, modo tamē sine ulla fraude fiat, uel simulatione, ut est Tit. De hæredi. uel actio. uendit.

Eodem modo, tametsi per liberam personam stricto Iure ac directo acquiri non possit §. Ex his itaque. Insti. Per quas person. uob. acquirit. Et. §. Si quis alij. Insti. De inutil. stipulat. Aequissima tamen Interpretatione receptum est, quod pupillo, & omnibus alijs adquiratur utilis actio ex stipulatione Tabellionis, uel alterius personæ publicæ. Videlicet, si nomine officij sui stipuletur nobis, quod semper præsumitur, cum simpliciter stipulatur. l. ij. iij & iij. ff. Rem pupil. salu. for. l. ij. C. De Magistr. conuenien. l. Non enim aliter, cum. l. seq. ff. De adoptioni.

Et quanquam nonnulli disputant: Vtrum in conuentionibus quoq; extra Iudiciū acquiratur nobis per notarium? Bartolus tamen in dict. l. ij. ff. Rem pupil. salu. for. probat ex his quoq; stipulationibus conuentionalibus per notarium nobis acquiri utilem actionem, sicut ex Prætorijs & Iudicialibus.

Præterea, hac inspectione summi Iuris, Emphiteutæ, beneficiarij, clientes seu Vasalli, & his similes, actionē utiliter habent, non directò, ut in Tit. ff. Si ager uecti. uel Emphiteu. pet.

Deniq; aduersus eos qui dolo malo deserunt possidere, utilem actionem habemus, iuxta Tit. ff. De alie. Iudici. mutan. caus. fact. l. j. Ac ita iudicabis de omnibus alijs.

Quòd autem Doctores laborant, utilium actionum rationem inde statuere, quòd sint aut natiuæ, aut datiuæ: primum, est obscurum & impertinens: Deinde, præter exemplū est Iuris scripti: Deniq; non subsistit ulla ratione. Quia nulla est actio quæ nō sit natiua, ut ipsi uocant, hoc est, quæ non habeat causam & materiam obligationis, ex qua iure nascatur, ut supra probauimus. Et sanè, sunt considerationes ociosæ.

D I F F E R E N T I A Æ.

I

Quatenus ad causam efficientem attinet, potest quædam diuersitas harum actionū considerari. Nam directæ actiones, summo quodam ac stricto Iuris ordine dicuntur introduci ab authoribus ipsis. Vtiles uerò, leniore quadam æquitatis ratione latius producuntur ab interpretantibus Leges Romanas. Quare directis nonnunquam præferuntur, sicut æquitas potior est summo Iure. Vlpianus in. l. In causæ. §. ult. ff. De procuratori. Et licet (inquit) procuratori cōmissa sit stipulatio, tamen domino erit danda utilis ex stipulatu actio, directa penitus tollenda.

Effectus ergo huius inuestigationis nō est obscurus. Primū, ut nostri Magistrat⁹ in actionibus ad similes casus porrigendis, hodie prudenter imitentur Romani Iuris exempla. Deinde, ut discamus ex hac differentia, multas conciliari Leges, quæ alioqui prima fronte uidentur inuicē pugnare. Vt ecce, cum alter Iurisconsultus aliquando dicit alicui concedendā

P § esse

esse actionem, alter negat. Nam dicemus eos ad diuersas respicere formulas, uidelicet, directam & utilem.

II Si causam finalem spectemus, in qua uersatur uis & potestas omnium persecutionum, nulla hodie directarum & utilium actionum est differentia, sicut nec olim in extraordinarijs, hoc est, Prætorijs iudicijs huiusmodi subtilis diuersitas considerabatur. Paulus in. l. Actio. ff. De negoti. gest. Actio negotiorum gestorum (inquit) illi datur, cuius interest hoc iudicio experiri. Nec refert an directa quis, an utili actione agat uel cōueniatur. Quia in extraordinarijs iudicijs, ubi conceptio formularum nō obseruatur, hæc subtilitas superuacua est. Caius in. l. Qua ratione. §. Sed non ut literæ. ff. De acquiren. rer. domini. Vtiq; tamen (inquit) conueniens est domino tabularum aduersus eum qui pinxerit, si is possideat, utilem actionem dari, qua ita efficaciter experiri poterit, si picturæ impēsam soluat. Iulianus, utilem actionem communi diuidendo, uocat quasi iudicium communi diuidendo, in. l. Aequissimum, in princ. ff. De usufruct. Et Pomponius in. l. Nec quasi. ff. De Rei uendicat. utilem Publitanam, appellat quasi Publitanam.

III Si deniq; materiam consideremus, quantum ad actionem utilem attinet, de qua superius dictum est, admonendi diligenter sumus: Quòd quædam exceptiones obstare possunt directæ actioni, quæ non obstant utili, ut notat Barro. secundum Accursium in. l. Quoties, in princ. ff. De admittor. Citans Dylum in. C. Pro possessore. De regul. in. lib. vi. Qui tamen non ab re, in utraq; partem hoc colligit, uidelicet accidere posse, quòd directæ actioni obstet exceptio, non autem utili: Et contrò, quòd utili opponatur, & non directæ, argu. l. Si cum emptorem. ff. De pact. l. ult. ff. De transactio. Et. l. Si duo rei. ff. De solutioni. Intererit (ait Scuola) is qui hæres extiterit, utrum ne suo nomine, an hæreditario experiat, ut ita possit animaduertere, an exceptioni locus sit, nec ne.

Exemplum huius differentię tractat Bartolus in. l. Si culpa. ff. De Rei uendicat. Tamen enim dominus rei, possit agenti directa Rei uendicatione, optimo iure exceptionem dominij opponere, ut probatur, multis non animaduertentibus, in. §. Omnium autem. Insti. De actionib. Veluti (inquit Iustinianus) si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum eius se esse dicat, &c. Attamen si quis utilem actionem intendat ex cessione, uel etiam sine cessione, ut cum soluit litis æstimationem, non potest dominus (possessionem huius rei forte fortuna nactus, & ob hoc conuentus) in iudicio se tueri sic excipiendo, quanquam certè actorem in concipienda actione cautum esse oporteat.

Qua ratione Bartolus ibi rectè tradit hanc libelli formulam in utilibus actionibus. Primum, ut actor dicat talem rem pertinere ad Titium iure dominij, uel quasi dominij: Deinde ponat: quòd ius seu actionem eiusdem Titij emerit, uel ex cessione legitima, & sincera suscepit: Tum deniq; concludendo petat à iudice pronunciari & declarari, eandem rem ad se simul atq; ad dictum Titium spectare. Et subinde compelli possessorem ad restituendum sibi talem rem ex iure cesso & in se translato. Quia scilicet antequàm nactus sit possessionem, non potest uere dominum se dicere, iuxta. l. Eius rei, cum. l. Hoc si res. ff. De Rei uendic. Allegat Bar. l. j. §. ulti. Et. l. sequent. ff. De oper. nou. nuntiatio. ubi usufructuarius uendicat ius suum aduersus dominum proprietatis. Hæc omnia quæ Bart. secundum Accursium de utilibus actionibus dixit, probat Baldus in. l. Emptor, in fi. C. De hæredita. uel actio. uendic.

TERTIA DIVISIO.

A C A U S A M A T E R I A L I.



EXPLICATO iam loco de autoribus actionum, proxima quæstio est: ex qua causa seu materia sint, & quare licitū uideatur eas in iudicio exerceri, hoc est, quamobrem permittatur inter homines, ut alter alterum apud iudicem cōueniat: Itaq; litigandi materiam, simul etiam cui & aduersus quem competat ius persequendi, ista diuisione cognoscimus.

Actionum quædam in rem sunt, quædam in personam. §. Omnium autem, Insti. De actionib. Ulpianus in. l. Actionum genera, in princ. ff. De actio. & obligatio.

In rem

In rem actio, quam uendicationem dicimus, est per quam rem nostram, quæ ab alio possidetur petimus. Et semper aduersus eum est qui rem possidet.

In personam actio est, quæ condictio appellatur, per quam cum eo agimus, qui obligatus est nobis ad faciendum uel dandum. Et semper aduersus eundem, locū habet. Sic enim Vlpianus paulò ante citatus, eleganter huiusmodi actionum genera describit. Vnde uides, materiam omnium actionum & causam, dupliciter colligi: Videlicet partim ex dominio rerū, uel ex iure quod in rebus asseritur, ut in uendicationibus: partim ex obligatione dictorū factorumque, sicut in condictionibus. Hæc est mens Iustiniani in d. §. Omnium autē. Vbi summam diuisionem appellat, hoc est, qua nulla sit superior, utpote, à generalissimo capite productam, quantum ad materiam attinet.

Mixtæ quoque actiones, hoc est, quæ mixtā causam materialē cōplectūtur, tam in re quàm in personam sunt: ut Familix eriscūdæ, Comuni diuidendo, finiiū regundorū. In his em̄ si eius rei ob quam controuertitur respiciamus partē nostram, in re actio est: Si uerò spectemus partē aduersarij, ex qua nobis aliquid adiudicari potest, ut in pecuniā ei dandam inuicē condemnemur, in personam dicimur experiri. §. Quædam actiones, Insti. De acti. In quibus (inquit Iusti.) tribus iudicijs permittitur Iudici re alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adiudicare. Et si unius pars prægruari uidebitur, eū inuicē certa pecunia alteri cōdemnare. Elegāter autē (prægruari) dixit, sumpta scilicet à libra metaphora, quæ ad æqualitatē respondere debet. Addunt his petitionē hæreditatis. Vlpianus in .l. Sed etsi Lege, ad fi. Petitio hæreditatis (inquit) & si in re actio sit, habet tamen præstationes quasdam personales, utpote, eorum quæ à debitoribus sunt exacta: item pretiorum.

Actiones denique nonnullæ sunt quæ in re scriptæ dicuntur. Nam ex contractu quidē uel maleficio procedunt, ideoque in personam cēsentur: ueruntamē quia possessorē rei litigiosæ solent sequi, non absurde hoc nomine mixtæ dici possunt: ueluti, ad exhibendum, Præscriptis uerbis in plerisque casibus. Item, omnes actiones in factum hodie loco interdictorū cōpetentes, hoc modo reputantur mixtæ. Nam interdicta, licet in rem uideantur concepta, ui tamen ipsa, personalia sunt, ut dicit Vlpianus in .l. j. §. Interdicta. ff. De interdict. §. ulti. Instit. eod. tit. Require autem maximam interdictorum partē lib. Pandectæ. XLIII.

Actiones in rem Ciues sunt, Reiuendicatio, confessoria, negatoria, Præiudicialis de seruitute: Prætorix uero sunt, Publiciana, rescissoria in rem, Seruiana, Quasi Seruiana: Præiudiciales de libertinitate & partu, Reuocatorix, uidelicet Fabiana, Pauliana, Caluistiana, & si quæ sunt similes: Reliquæ in personam cēsentur: Empri, uēditi: Locati, cōducti, & cæteræ.

DIFFERENTIÆ ET OFFICIA.

I

VATENSIS ad specialem nomenclaturæ rationem attinet, in personam dicitur actio: In rem petitio: In rem uel in personam, persecutio. Papinianus in .l. Actio. ff. De actioni. & obligationi. Verum laxiore significato, uerbum (actio) omnia ista cōplectitur in prædicta diffinitione, ut recte uideatur nos admonuisse Vlpianus, actionis uerbum generale esse & speciale. Quod cum primis obseruandum est in omnibus speciebus, quæ partim largam interpretationem admittunt, partim non nisi strictam & propriam significationem uerborum patiuntur.

II In rem actiones, appellamus uēdicationes ea ratione, quia uēdico denotat, ad proprio, meū esse dico.

In personam uero actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones. Cōdicere enim est denunciare prisca lingua. Porro debitoribus olim solennis denunciatio fiebat ut soluerent, quod supra latius tractauimus. Vnde datiuo iungitur: ut condico tibi pecuniam. Pomponius in .l. Si indebitum, in princi. ff. Rem rat. haber. Ut possit dinosci (inquit) utrum ne domino condici debeat id quod indebitum solutum sit, si is ratum habeat: An uerò procuratori condicendum sit, si dominus ratum non habeat.

III Actio in rem, nullam requirit obligationem, scilicet propriè in persona aduersarij hoc est, quæ ex facto uel dicto eius prodierit, ut supra declarauimus, tantum hoc respiciens, quod re meam possidet, ac restituere potest. Et ideo hæc actio semper sequitur possessorē rei litigiosæ, aut quasi possessorem, hoc est, eum qui per fraudem deseruit possidere, ut Iudicium

eluderet. l. j. C. De alie. mutan. Iudi. cau. fact. Cum in rem actionē (inquit) possessio pariat. Actio autem in personam, semper aduersus eundem debitorem, & eius heredem cōpetit. Nam obligatio semel obstringens hominem secundum formam Iuris, tenet eum cū successoribus bonorum suorum, donec det uel faciat quod debet: Nimirum, eam ea sit obligationis substantia atq; potestas, quā exequitur actio. Paulus in. l. Obligationum substantia, in princ. ff. De actio. & obligatio.

III Actiones in rem, pertinent ad dominia & quasi dominia, tametsi nihil negotij gestum sit. Quare faciliter eas euitare possumus, modo abstinemus ab alienis rebus. Furius in l. ult. ff. De Reuendicati: In rem actionem (inquit) pati non compellimur. Quia licet alicui dicere se non possidere.

Actiones uerò in personam dictorum factorumq; rationem habent, tam eorum quæ secundum formam Iuris, quā quæ contra Ius contingunt. Ut eleganter hanc partem declarat Ulpianus in. l. Actionum genera. §. Actionum autem. ff. De actio. & obligat. Quem locum Accursius non percipiens, dicit à Ioanne glossatore non multum approbari.

V Agens in rem, non tenetur specialem dominij sui causam seu titulum allegare: Sed satis est si dicat, rem suam esse quam petit.

In personam autem agentem, oportet specialem debiti causam exponere: Alioqui nō est cogendus aduersarius in iure respondere, seu contestari litem. Interest enim rei conuerti sci re, utrum ex una, an ex pluribus causis intendatur actio, ut solet tractari in. l. j. ff. De edend. Consultius tamen fuerit utrobique, tam in rem, quā in personā actionibus adijcere specialem causam persequendi, ne iterum & aduersus eundem agenti ex noua dominij causa, quā se probaturum cōfidit, opponatur exceptio rei iudicata. Potest enim cōtingere, quod actor nunc forte rescuerit proprietatis suæ titulum, quem in priore iudicio ignorabat. Paulus in. l. Et an eadem. §. Actiones. ff. De except. rei iudic. Actiones (inquit) in personam ab actionibus in rem, in hoc differunt: Quod cum eadem res ab eodem mihi debeatur, singulas obligationes, singulæ causæ sequuntur, nec ulla earum alterius petitione uitatur: At cum in rem ago, non expressa causa, ex qua rem meam esse dico, omnes causæ una apprehenduntur. Neq; enim amplius quā semel res mea esse potest, sæpius autem deberi potest. Ex quibus uerbis facillè fuerit aliam quoq; differentiam colligere.

VI Actio in rem, ne frustrā intendatur, requirendum est in iudicio, num reus conueniendus possideat, & quotæ partis sit possessor. Quod ut declarat si dubitetur, cogi potest officio iudicis. l. Qui petitorio, ff. De Rei uendicā.

In personam uerò acturus, non est cur quærat de possessione aduersarij. Tametsi quotiescunq; iudicem mouerit æquitas, rectè admittet interrogationem actoris, & cogit reum conuentum respondere. Quo nomine olim interrogatoriæ actiones introductæ erant, quibus alter ab altero respondendi ad necessitatem compelleretur. Sed hodie ad hoc officium iudicis uisum est sufficere. l. Vbicunq; ff. De interroga. action.

VII Petiturus rem, animaduertere debet, num aliquo interdicto liceat ei recuperare, aut etiam transisci possessionem. Quia longe commodius est possidere, & aduersarium ad onera petitoris compellere, quā alio possidente petere. §. Retinēdz. Instit. De interdict. Caius in. l. Is qui destinauit. ff. De Rei uendi.

In personam autem persecuturo, hæc deliberatio non est necessaria.

VIII In rem agens petere debet restitutionem rei: In personam uerò actio, concluditur ad dandum uel faciendum aliquid. §. Sic itaq; Instit. De action. Sic itaq; (inquit) discretis actionibus, certum est nō posse actorem re suam, ita ab aliquo petere, si apparet eū dare oportere. Nec enī quod actoris est, id ei dari oportet, quia scilicet dari cuiquā intelligitur, qd ita datur ut eius fiat, nec res quæ iam actoris est, magis eius fieri potest.

Apparet autem media correpta, coniunctiuus est ab apparo, ras, rare, hoc est, intendat. Vnde apparitores dicti sunt. Et frequens est phrasis loquendi in iure, ut nomen actionis uel exceptionis per hanc dictionē (si) denotetur. Itaq; cū dicit: Si apparet eū dare oportere, perinde est ac si diceret, nemo rem suā rectè petit actionis in personam formula seu conditione.

Pompo

Pomponius in. l. penulti. ff. De condict. caus. dat. caus. non secu.

Hoc etiam satis ostendit uerbum (intēditur.) Nam qđ in eodē. §. Sic itaq; appellat appa-
rare, id paulò inferius intendere uocat. Porro, utrunq; rectè accipitur pro agere uel experi-
ri, hoc est, toto animi conatu incumbere ac parare se ad persequendū. Sic Cicero docet, Sta-
tum causæ & controuersiam consistere in intentione & responsione, id est, in actione & de-
fensione. Eodem modo accipitur intētio in. §. Si quis agens. Instit. De actioni. l. j. ff. Si mēf.
fal. mod. dixer. l. Si quis intentione. ff. De iudit. l. ij. in princip. ff. eod. tit. Accedit quod Pau-
lus in. l. j. §. Seruus. ff. De acqui. possess. Non uidebitur (inquit) à domino possideri, cui se ad
uersarium præparat.

IX Actiones in rem post dictam sententiam, statim habent officio Iudicis executionē,
nisi eam incidens iusta causa remoretur. §. j. Insti. De offi. Iudic.

In personam uerò condemnatis, hodie dantur quatuor menses ad soluendum. l. ij. &. iij.
C. De usur. rei iudicat. Optima autem ratio est. Nam qui ad rem alienam restituendam con-
demnatus est, quam ad manum habet, is si differri cupiat restitutionē, quid aliud quàm fru-
strationem querit? cui non est indulgendum. Verum debitori, cum is ex suo loculo sol-
uere debeat, fortassis tenui, humanitatis ratione longius tempus erat permittēdum, quod tamē
Iudicis arbitrio breuius statui potest pro qualitate rerum, loci, & personarum. Vlpianus
in. l. j. ff. De re iudicat. Pleraq; Ciuitates tantum XIII. dies obseruant.

X Actiones in rem, semper sunt stricti Iuris: In personam uerò, aliās bonæ fidei, aliās stri-
cti Iuris sunt, secundum qualitatem contractuum ex quibus producuntur, ut infra dicemus.

XI Actiones in personam, scilicet quibus aliquid dari oportere intenditur, nunquam ex-
ercentur ad æstimationem rei debitæ peremptæ, sed ipsum quod ex obligatione dandū fuit,
petendum est. Et si ad æstimationem perueniendum sit, iudicis officio æstimandum est. Pau-
lus in. l. Si seruum. §. ulti. ff. De uerb. obliga.

Actiones uero in rem, admittunt petitionem æstimationis ab actore, ut tractat Bart. in. l.
Stipulationes non diuiduntur. ff. eod. tit. Nos suo loco per exempla uidebimus.

Sed dixerit aliquis: Quare istam interpretandi rationem strictam & propriam non re-
spexit Iustinianus in diffinitione actionis, ubi sub appellatione uerbi (debetur) comprehēdit
actionem in rem & in personā? Respondeo: Quia in diffinitione tractat genus: At in diuisione
descendit ad species actionis. Igitur diuidendo obseruanda est proprietas, cum diffiniendo
generaliter sit locutus.

Q V A R T A D I V I S I O.
E O D E M P E R T I N E N S.



ICVT præcedentia actionum genera ad dominia rerū & negotia hominum
pertinent: Ita sunt actiones, quæ ad possessionem tuendam, perq; utiliter intro-
ductæ sunt. Has nisi hoc loco ad causas persequendi tractandas destinato, de-
clarauerimus, manca erit actionum cognitio.

Cum autem ab olim durissime possessionis essent controuersæ, quòd unus-
quisq; commodum eius ambiret, deficientibus Ciuilibus actionum formulis, Prætor ex bo-
no & æquo ad dirimendam rixarum occasionem, interdicta reddere cœpit. Supplendum
enim hic fuerat Ius Ciuile, cuius authores ob simplicitatem illorum temporum, cum tam ua-
rias de possessione contentiones nondum uidissent, nihil mirandum, quòd nullas eo nomi-
ne persecutiones statuerint.

Commodum interim possidendi, quod tantam discordiam parere solebat, & nūc quoq;
parit, uersatur: Primū in percipiendis fructibus rei possessæ: Deinde, in euitando probationis
onere. Cum enim coniectura sit, eum qui possidet, iure possidere, sit, ut possessio in suo loco
remanere debeat, nisi actor suam esse legitime probauerit. Vnde dici solet, cum obscura sunt
utriusque lura, pro possidente iudicandum esse. §. Retinendæ. Instit. De interdict. Quo
magis igitur unusquisq; animaduertebat, felicem litis exitum sese consecuturum si posside-
ret, hoc audius de possessione contendebat, etiam cum discrimine corporis usque ad arma.

Quare

Quare Prætor ut intercederet, ne uiolenter res terminaretur, interdictionem proposuit, formulis quibusdam atque conceptionibus uerborum, quibus iubebat aut prohibebat aliquid, circa possessionem præsertim, tamen in proprietatis quoque causa reddebantur aliquando. Instit. De interdictione in principi. Paulus in l. ij. §. Quædam. ff. eod. tit. Nam interdictiones uel species edictorum, appellantur, quasi denunciations, uel prohibitiones quædam, inter duos controuertentes obiter dictæ. §. Sunt tamen. Instit. eod. tit.

Quo loco Iustinianus Erymum interdictioni non tractat: sed allusione quadam nos in cognitionem Interdictorum summam perducere tentat. Quanquam & quædam exemplaria, pro his uerbis (Inter duos) habent (interim) ut testis est Alciatus. Quare Bartolus quidem rectè dicit, Interdicta sub Edictis contineri: sed diffinitio eius quam de Interdictis tractat, aliquantò latius est explicanda, in l. j. in principi. ff. De oper. nou. nuntiatio. sicque cessabit absurditas, quæ Alciato ea in re displicet.

Interdicta itaque dicuntur in hac materia, quasi non perpetua, sed ad tempus interim dictæ sententiæ de possessionibus, quarum adiudicatio tamisper durat, donec de iure proprietatis pronuncietur. Nam euicto dominio, mox sequetur possessio.

Quare dicebatur olim interdictione reddi, ut momentanea quadam cognitione dirimerent controuersiam, præsertim possessionum. Item, dicebantur pronunciarum. in l. j. §. Nuntiatio. ff. De oper. nou. nuntiatio. Quibus ex causis (inquit Ulpianus) interdictione pronuncietur. Item, dicebantur edictorum. in l. ij. in fin. ff. Quor. legato. Et hanc significationem secundum materiam conditione musus obtinuit, ut Iustinianus quoque dicit in §. Sunt tamen qui putant. Instit. De interdictione.

Olim moribus per Prætorem bonis interdicebatur his uerbis: Quando tibi bona paterna habita, nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re commertioque interdico. Auctor est Iulius Paulus lib. sententiarum. Tit. V.

Propriè autem interdiceret, est prohibere. Vnde Magistratus ab olim solent interdiceret sceleratis hominibus Ciuitate aut patria. Ulpianus in l. Relegatorum. §. Constitutum est. ff. De interdictione & relegatione. Sic enim in eo Titu, accipiendi sunt interdictione, pro his, quibus interdictione est. Sed & rem interdiceret, dixit Ulpianus in l. ij. §. Est autem personalis. ff. Ad exhibendum.

Verum, sicut cæteræ actiones Ciuiles & Prætoriam extra ordinem & antiquam solennitatem in iudicio exercentur: ita interdictionum quoque solennitas mutata est in simplicem actionis formam. Nomen uero manet adhuc, ut admoneamur, ex quibus causis interdictione reddi solebant, ex eisdem nunc competere actiones, perinde ac si Prætor ipse ex quolibet interdictione, utilem actionem in factum proposuisset. §. ulti. Instit. De interdictione. Hinc statuenda est talis diuisio, quatenus hic sufficit.

ACTIONVM, quædam ad rerum proprietatem pertinent: quædam ad quasi proprietatem: Quædam denique ad possessionem.

Proprietatis causam continent actiones quæcumque ad rem familiarè exigendam seu uendicandam iure dominij, accommodantur, siue in rem, siue in personam. Item, quæ propter res publicas, institui solent.

Quasi proprietatis causam complectuntur persecutiones, quæ de rebus sacris uel religiosis proponuntur, scilicet gratia prohibendi aut restituendi. Harum enim proprietatis nullius est. §. Nullius. Instit. De rer. diuisione. d. l. ij. §. Quædam interdictione.

Possessionis ius exequentur actiones regulariter ex interdictionibus quibus aut adipisci uolumus possessionem antea non habitam, aut retinere quam aduersarius impugnat, aut recuperare quam contra ius amissam intendimus. §. Sequens. Instit. De interdictione. Sunt etiam interdictione duplicia, tam recuperandæ, quam adipiscendæ possessionis. Quamobrem actiones in factum loco eorum concessæ, duplices seu mixtæ censentur. Paulus in l. ij. §. ulti. ff. De interdictione.

DIFFERENTIA



ACTIONES in factum ex interdictis omnes Prætoriz sunt: cum interim aliarum actionum nominatarū quædam sint Ciuiles, quædam Prætoriz. Et hæc est ratio, quare Iustinianus interdicta speciali Titulo tractat, quoniam in multis uidentur ab alijs persecutionum formulis discrepare. Nos uerò hoc respeximus, quòd utiq; actiones sunt hodie qualescunq;. Et tractamus hic locos communes omnium actionum. Igitur non erant prætermittendæ Interdictorum formulæ. Si prætermitti non debebant, oportebat secundum methodum eo loco eas tractare, qui pertinet ad materiam actionum, & quidem frequentissimam. Vt satisfaciamus Criticis quibusdam, nihil non facile calumniantibus.

II. Cæteræ actiones, suas admittunt immutationes, ut uocant: sed persecutiones Interdictorum, præ cæteris omnibus expediendæ sunt. l. Exitus: ff. De acquiren. uel amitten. possessio. l. Incerti. C. De interdict. l. Nulli. C. De Iudic. Ciuilis enim & naturalis ratio suadet, ut in controuersijs, alius sit rerum possessor: alius à possidente petat. §. Retinendæ. Instit. De interdict.

Q V I N T A D I V I S I O.
E O D E M P E R T I N E N S.



FST adhuc quod uehementer dubitari potest circa hanc causam materialem, uidelicet cui & aduersus quem competant actiones. Nam cogitantibus humanarum rerum uarietates, occurrit hæc quæstio: Vtrum actiones duntaxat priuatim ijs competant, quorum uel res sunt, uel negotia gesta: An etiam nonnullæ persecutiones concedantur publice omnibus agere uolentibus? Quare nõ est prætereunda hæc diuisio.

Actionum, quædam sunt populares seu publicæ: Aliæ priuatæ sunt.

Populares actiones diffinit Paulus in. l. j. ff. De popula. actioni. Popularem actionẽ (inquit) dicimus, quæ suum ius populo tuetur. Quæ uerba clarius intelliguntur ex. l. j. ff. De loc. & itinere. public. Cuilibet (ait Pomponius) in publicũ petere permittendum est, id quod ad usum hominum pertineat. Veluti uias publicas, itinera publica. Et ideo quolibet postulante, de his interdicitur. Sic publica iudicia dicuntur, quòd cuius ex populo executio eorũ plerunq; datur. Instit. De public. iudi. §. j.

Priuatæ actiones, reliquas omnes intelligimus, exceptis popularibus & publicis.

D I F F E R E N T I A E E T O F F I C I A.

I



Popularis actio cuilibet ex populo conceditur, ita ut suo nomine eam, non populi nomine exerceat. Et propterea talis actor, neq; procurator æstimandus, neque reconuentionem suscipere, & singulos defendere cogendus est. Paulus in. l. Mutus. §. In popularibus. ff. De procurat. In popularibus (inquit) actionib⁹, ubi quis quasi unus ex populo agit, defensionem ut procurator, præstare cogendus non est.

In priuatis autem quibuscunq; actionibus, æquum est eum, qui alicuius nomine ut procurator experitur, etiam defensionem suscipere: imò, & si in rem suam procurator interueniat, adhuc idem dicendum est. Vlpianus in. l. Seruum quoq;. §. ult. Et in. l. Sed & hæ. §. Non solum. ff. De procurat.

II Intendens publicam actionem, non potest procuratorẽ dare. Qui uerò populari actione conuenitur, ad se defendendũ, procuratorẽ dare nõ prohibetur. Paulus in. l. Qui populari. ff. De populari. actioni. Nisi tamen agentis intersit. Idem Paulus in. l. Licet, in princ. Et in l. Non cogendũ. §. Qui ira. ff. De procurato. Licet (inquit) in popularibus actionibus procurator dari non possit, tamen dictum est merito, eum qui de uia publica agit, & priuato dāno ex prohibitione adficitur, quasi priuatæ actionis dare posse procuratorem.

Ad priuatas aut persecutiones exercēdas, uterq; litigatorum, rectè cõstituit procuratorẽ, in diẽ & in perpetuũ. Vlpia. in. l. j. §. ult. Et. l. iij. Paulus in. l. iij. ff. De procurato.

Si plures

III Si plures simul intendere uoluerint popularem actionem, semper præfertur is cuius interest. Vlpianus in. l. ij. ff. De popula. actioni. Quòd si nullius in speciem interfit, Iudex eligere debet idoneiorem. Paulus in. l. ij. ff. eod. tit.

Vnde autem sit æstimanda idoneitas, tractat Vlpianus in. l. Quod & Lex. §. Si tamē plures. ff. De libe. homi. exhiben. & in l. Si plures. ff. De accusa. Si plures (inquit) existant, qui eundem in publicis iudicijs accusare uolunt, Iudex eligere debet eum qui accuset, causa scilicet cognita, æstimatis accusatorum personis, uel de dignitate, uel ex eo quod interest, uel ætate, uel moribus, uel alia iusta de causa.

In priuatis uero actionibus exercendis, huiusmodi cognitio non habet locum, quoniam nullus agit quàm is cuius interest.

IIII Populares actiones non nisi integris personis permittuntur, hoc est, quibus postulare licet ex edicto Prætorio, quod discernit ætatem, sexum, casum, puta, surditatis uel cæcitatatis, & famam postulantium. Paulus in. l. Popularis. ff. De popula. actioni. Vlpianus in. l. j. §. Secundo loco. ff. De postulan. Et in. l. Mulieri. ff. De popula. actioni. Mulieri (inquit) & pupillo populares actiones non dantur, nisi cum ad eos pertineat.

In priuatis autem persecutionibus suo iure exercendis, quilibet satis est idoneus.

V Si probari potuerit malafides & præuaricatio primi actoris, tunc alij denuo ex eadem causa aduersus eundem agentem, non potest opponi exceptio rei iudicatæ. Vlpianus in. l. Popularis. ff. De popula. actioni. Paulus in. l. Eum qui iurauit. §. In popularibus. ff. De iureiuran. In popularibus (inquit) actionibus iusiurandum exactum, ita demum aduersus alios proderit, si bona fide exactum fuerit. Nam & si quis egerit, ita demum consumit publicam actionem, si nõ per collusionem actum sit. Idem est, si posterior actor, suam uel suorum iniuriam prosequatur populari actione, doceatq; iureiurando, se ignorasse ab alio fuisse actum hoc iudicio. Vlpianus in. l. Si cui. §. Hisdem. ff. De accusatio.

In priuatis interim persecutionibus, cessat hæc consideratio.

VI Omnes populares actiones, neq; in hæredes dantur, neq; supra annum extenduntur regulariter. Vlpianus in. l. ult. ff. De popula. actioni. Nisi lis sit contestata, aut actor aliquid persequatur, quod ad eum proprio iure pertinet. Nam his modis intelligitur locupletior qui eas habet. Paulus in. l. Populares. ff. eod. tit. l. Si cui. ff. De uerb. signific. Hæredibus tamē & successoribus, commodantur, non iure hæreditario, sed ueluti connumerandis populo.

Priuata uero persecutiones, regulariter ad hæredes porriguntur ultro citroq; ut paulò post dicemus.

S E X T A D I V I S I O. E O D E M S P E C T A N S.

SUPERIORIBVS diuisionibus in cognitionem actionum perducti sumus, quantum ad hoc pertinet, ut sciamus quare alicui aduersus alterum, concedatur Ius persequendi seu actio. Cæterum, quando constat, ex hominum conuentionibus, ultro citroq; nasci obligationem, & rursus ex obligatione produci actionem, certè necessaria inuestigatio est: Num ex eadem conuentione inuicem permittatur Ius agendi, & quomodo? Ob quam declarationē statuitur hæc distributio.

ACTIONES plerunq; directæ sunt. Aliquando autem contrariæ. Directæ actiones accensentur, quibus id persequimur quod ex natura conuentionis immediate & æque principaliter inuicem debetur à contrahentibus, scilicet quia utriusq; gratia sit contractum. Nam tunc, siue ultro, siue citro agatur ad satisfaciendum contractui, semper directæ est actio, perinde sicut supra dictum est, directam actionem nuncupari, quæ rectà, & immediate ex substantia Legis Ciuilibus uel Prætoriarum proficiscitur. Ut ecce, Emptor tametsi primus incipit contrahere, nihilo tamen magis tenetur ad dandum pretiū uel satisfaciendum, quàm uenditor ad tradendam rem, ex eodem contractu, qui propter utriusq; commodum iniri solet, sicut & reliqui contractus loco naturalis communionis succedentes, iure gentium, hoc est,
Iure &

Iure & ratione naturali, ad utilitatem hominum pertinent. Item, actiones ex facto improbatō, uel ob factum neq; probatum, neq; improbatum, cuius consensus duntaxat ex parte facientis est: Vt sunt ex maleficijs, uel quasi maleficijs, nominatis, uel ex uarijs innominatisq; causarum figuris seu speciebus, semper æstimantur directæ, cum is solum agat qui patitur iniuriam facti, non uicissim obligatus facienti, ut etiam ei detur actio. Vnde uidemus, quàm eleganti emphasi Vlpianus in. l. Actionum genera. §. j. ff. De actio. & obligatio. utatur huiusmodi uerbis (Sui lucri causa,) Item (ex facto & in factum) quorum uim & potestatem nō percepit Accursius.

Contrariæ uerò actiones appellantur, cum aliquid exigitur præter substantiã contractus, ab eo qui comparatione utilitatum in speciem non tam sua, quàm alterius gratia contraxit. Vt ecce: deponens rem suam, magis sibi adfert utilitatem ne quid pereat, uel amittatur: Ergo directam habet actionem. Depositarium autem, hoc est, apud quem res deponitur, morè gerit amico. Quare si quid necessariò impendit in rem depositam, habet contrariam depositi actionem ad impensas, sine quibus utiq; contractus fuisset sua natura perfectus, quoniam & sine sumptu, res deposita plerunq; seruari potest. Idem dicendum est de similibus contractibus. §. j. Instit. De obliga. quæ ex qual. contract. nasc.

D I F F E R E N T I A E.

I



VANTVM ad nomenclaturam attinet, directæ actiones à contrarijs rectè discernuntur per diuersa nomina, ut singulis appellationibus, singulas actionum qualitates & officia intelligamus. Qua in re non illud respiciendum est, quis cōtrahentium agat, ut eam dicamus directam, quæ ab altero contrahentium aduersus alterum directò intenditur, & contrariam, quæ uicissim aduersus eum exercetur. Nam ex quibusdam contractibus ultro citroq; inter contrahentes, actio semper directæ uocatur. Verum naturam contractus, & rem ipsam oportet respicere, ut superius dictum est, ac inde statuere directas actiones uel contrarias. Quare fallitur Bart. cum multis, qui ex uerbis & appellationibus contractuum, uoluit directas & utiles actiones describere obscure magis, quàm uere.

Possunt autem actiones directæ & contrariæ simul in eodem iudicio tractari per conuentionem & reconuentionem, aut etiam diuersis iudicijs, ut tractatur in .l. penul. cum Auc̄. Et consequenter. C. De sentent. & interlo. omni. Iudic. Cum Papinianus (inquit Iustinianus) summi ingenij uir, in quæstionibus suis rite disposuit, non solum Iudicem de absolute iudicare, sed ipsum actorem si è contrario fuerit obnoxius inuentus, condemnare. Igitur mutux petitiones fieri solent, tam directis quam contrarijs persecutionibus, tam eodem quàm diuerso tempore, ut in Tit. De mutu. petitiō. quem Romanus Pontifex promulgauit.

II Directæ actiones aliquando famosæ sunt. Contrariæ uerò non irrogant infamiam cōdemnatis. Rationem grauitè tractat Vlpianus, ut solet: Contrario (inquiēs) iudicio damnatus, non erit infamis. Nec immerito. Nam in contrarijs, non de perfidia agitur, sed de calculo, qui ferè iudicio solet dirimi. l. Furti. §. ul. ff. De his qui notam. infami. Calculum uocat rationem impensarum, quas alter ex contrahentibus alteri mutuo debet. Quasi dicat, de impensis solum propter contractum factis, tractatur in contrario iudicio, quæ sunt extra naturam contractus & incidentes. Perfidix uero argumentum, non nisi ex substantia cōtractus æstimari potest. Accedit. l. Ei apud quem, in princi. ff. Deposu.

S E P T I M A D I U I S I O,
E O D E M P E R T I N E N S.

T absoluat hic locus de materiali causa actionum, restat sanè quæstio necessaria. Nam prædicta omnia sic habent de ipsis autoribus contractuum & malefactorum. Quid autem dicemus de hæredibus eorum & successoribus? Operæ precium igitur fuerit inuestigare, num ius persequendi, quod creditori aduersus de-

Q bitorem

bitorem competebar exerceatur recte aduersus hæredes? Aut ex diuerso: An hæredes creditoris mortui, æque conuenire possint debitorem ipsum, sicut creditor potuisset? Porro, sicut, iustum est non omnia negocia, morte debitorum perimi, præsertim ex aliquibus causis: Ita iniquissimum fuerit, successores semper ex persona defunctorum teneri. Quò pertinet hæc diuisio.

Quædam actiones conceduntur hæredibus, & in hæredes: Quædam uero hæredibus, sed non in hæredes: Quædam denique neque hæredibus, neque in hæredes concedunt. §. Non autem omnes. Instit. De perpe. & tēpora. actio. Et colligitur passim ex libris Pandectarum hæc diuisio.

Hæredibus & in hæredes, competunt actiones ex contractibus, uel quasi contractibus, Ciuiles & Prætoriar, in rem, & in personam. Modo tamē sciamus, hæredem teneri in rem actione, non tam quòd hæres, quàm quòd possessor est rei litigiosæ. Paulus in. l. Si in rem. ff. De Rei uendica. Si in rem (inquit) actum sit, quamuis hæres possessoris, si non possideat, absoluetur: tamen si quid ex persona defuncti commissum sit, omnimodo in condemnationē ueniet. Id quod ualde est notandum propter formam libelli & positionum, sicut appellamus. Nam qui ab hærede peteret rem, nec faceret mentionem possessionis eius, non recte uideretur petere.

Hæredibus & non aduersus hæredes conceduntur actiones ex maleficijs uel quasi maleficijs, priuatis aut publicis. Item ex contractibus, in quibus testator dolose uersatus est, cum nihil inde ad hæredem peruenerit. d. §. Non autem omnes. Est enim (inquit) certissima iuris regula, ex maleficijs pœnales actiones, in hæredem rei non competere. Exempli gratia, furtum passus, habet actionem furti aduersus furem, quam hæres eius in eundem furem recte potest aut exercere, aut cœptā prosequi. Sed mortuo fure, hæredem illius, neque dominus rei furtiuæ, neque successor conuenire potest, nisi aliquid ex furto perceperit, uel dolo malo fecerit quò minus perciperet. Nam est constitutum (inquit Vlpia.) turpia lucra ab hæredibus quoque extorqueri, licet crimina extinguantur. l. In hæredem. in princ. ff. De calumniar.

Hæredis autem appellatio, non ad proximum duntaxat, sed etiam ad ulteriores hæredes omnesque successores pertinet. Vlpianus in. l. Hæredis. Paulus in. l. Sciendum. ff. De uerbo. signific.

Quomodo autē agatur aduersus hæredes diuisim uel in solidum, docet Vlpianus. in. l. In executione. ff. De uerbor. obligatio. multum eleganter.

D I F F E R E N T I A.

ACTIONES quæ ad hæredes transmittuntur, plerumque delegari possunt ex legitima causa inter uiuos per cessionem. Eas uero quas hæredibus negant leges, non permittuntur itidem cedi inter uiuos. l. Ex plurib. ff. De administ. tutor. Vbi loquens de tutore, ex pluribus in solidum condemnato, cum non opponeret beneficiū diuisionis: Deinde cedis à minore aduersus cõtutores actionibus, in rem suam procuratore dato, Priuilegium (inquit) pupilli non habebit, quod nec hæredi pupilli datur.

Excipe tamen, ius fideicommissi, & actionem de dote, quæ ab hæredibus percipiuntur, cum tamen cedi non possint. l. Cogi. §. Idem Metianus. ff. Ad Senatuf. Trebellia. l. Si mulier. §. Ex asse. ff. De iur. doti.

Illud notandum est: Quòd actiones olim hæredibus quidem porrigebantur, sed nunquam ab ipsis incipiebant. Hodie contrà est, ut si uendam alicui post mortem suam, uel legem ei in testamento. l. j. C. Ut actio. ab hæred. & cont. hæred. incipi. §. Post mortem. Instit. De inutili. stipula. & l. Scrupulosam. C. eod. tit.

O C T A U A D I U I S I O.

A C A U S A F O R M A L I.

NUNC procedendum est ad causam actionum formalem, in qua maxima uis uersatur, ut cognoscamus, quid, & quomodo ab aduersario petendum sit. Quorsum enim attinet inuestigare quis sit actiōis autor: Quid itē prodest scire, quæ habeamus aduersarii: nisi quæ intelligamus modum & formam petendi: Hinc statuit talis diuisio.

Quæ

Quædam actiones rei persequendæ gratia competunt: Quædam pœnæ causa dantur: Quædam deniq; mixtæ sunt. §. Sequens. Instit. De actio.

Rei persecutoriæ actiones sunt, quibus id petimus quod ex patrimonio nobis abest. Paulus in. l. In honorarijs. ff. De actio. & obligat.

Pœnæ persequendæ gratia introductæ sunt actiones ex maleficijs, uel quasi maleficijs, cū præter id quod nobis abest, exigimus aliquid, uindictæ uel affectionis causa. Nam quicquid ex bonis nostris non est, pœna lit oportet. Papinianus in. l. Seruus. ff. De seru. exportan. Pœnam autem aliàs Lex imponit, aliàs stipulamur, iuxta. l. ij. l. Si pœnam, & l. Stipulatio ista. §. Alteri. ff. De uerbo. obli. Vide infra.

Mixtæ actiones sunt, quibus rem simul & pœnam persequimur ex quibusdam maleficijs. §. Ex maleficijs uerò. Instit. De actioni. Ex maleficijs uerò (inquit) proditæ actiones: aliæ tm pœnæ persequendæ causa, aliæ tam pœnæ, q̄ rei persequendæ, & ob id mixtæ sunt.

Hinc apparet, actiones trifariam dici mixtas: primum, quod in rem simul & in personam sunt, ut in secunda diuisione: Deinde, quod uterq; controuertentium, actoris atq; rei conueni uice in eis fungatur, ut in tertia diuisione. Deniq; quoniam rem iuxta & pœnam complectuntur, ut hic.

D I F F E R E N T I A E.

I



ACTIONIBVS rei persecutorijs hoc intenditur, ut aduersarius restituat rem quæ actoris est, uel in qua ius habet, nulla conuentionis seu obligationis facta mentione. Vel ut det aliquid, aut faciat, secundum contractam obligationem.

Pœnalibus uerò duntaxat exigitur, ut aduersarius puniatur, aliàs ciuilitè, pœna actori soluenda, aliàs criminaliter, multa in fiscum deferenda. Mixtis deniq; persequimur hoc modo, ut reus conuentus sententia Iudicis condemnatur ad restituendam rem, uel ad dandum, aut faciendum, simul etiam ut puniatur.

Ex quibus generaliter colligi potest forma petendi in unoquoq; iudicio, quam conclusionem libelli uocant. Vlpianus eleganter in. l. Hac in factum. ff. Quæ in fraud. credito. Ea propter (inquit) competit hæc actio & aduersus eos qui res possident, ut restituant, & aduersus eos quibus actio competit, ut actionem cedant. Paulus, de uulgari formula loquens in factum: Quod ipse (inquit) exercitor, adijciatur: Aut noxæ dedere. l. Si seruus nauē. ff. De furt.

II Rei persecutoria, & hæredibus, & in hæredes competunt. Pœnales uero actiones, nō semper ad hæredes porriguntur, Paulus in. l. Ex contractibus. ff. De action. & obliga. Ex cōtractibus (inquit) uenientes actiones, in hæredes dantur, licet delictum quoq; uersetur, ueluti cum tutor in tutela gerenda dolo fecerit.

Itaq; de pœnalibus actionibus, quantum ad hæredes attinet, sic definiendum est. Nam aliàs agitur ad pœnam pecuniariam ciuilitè, hoc est, ut actori soluatur, siue ex contractibus, siue ex delictis. Et hæ conceduntur quidem hæredibus, sed non in hæredes, nisi propter turpe lucrum, aut litem à testatore contestatā. Est enim certissima Iuris regula: ex maleficijs pœnales actiones, in hæredem rei non competere. §. Non autem. Et. §. Aliquando. Insti. De actioni. Vlpianus in. l. Omnes. ff. eod. tit. Omnes pœnales actiones (inquit) post litem inchoatam, etiam ad hæredes transeunt. Aliàs uerò intenditur actio ad pœnam pecuniariā criminaliter, hoc est, ut publica executione pœna fisco deferatur, iuxta. l. Prætor edixit. §. 1. ff. De iniuri. Et hic iterum refert multum, utrum ex publicis, an ex priuatis maleficijs agatur. Ex publicis enim, hoc est quorum persecutio cuilibet ex populo datur, actiones pœnales nō aliter porrigantur ad hæredes, quàm lite non solum contestata, sed & per condemnationem finita aduersus defunctum. Ex priuatis autem admissis, sufficit litem esse cū testatore inchoatam & contestatam. Modestinus in. l. Ex iudiciorum. ff. De accusatio. Aliàs deniq; agi solet criminaliter, non ad pœnam pecuniariam, sed corporalem, ut reo conuento aut uita adimatur, aut Ciuitas, uel ut seruitus ei iniungatur, uel temporale exilium, uel alia cohercio, puta, damnū cū infamia, uel dignitatis depositio. Quæ persequendi species, accusatio proprie dicitur, & nunq; permittenda est hæredibus, multò minus in hæredes, excepto crimine læsæ Maiestatis. Quia unusquisq; ex suo admissio sorti subijcitur, nec alieni criminis successor constituitur

Q 2 tuitur

tuitur, ut dicit Calistratus in. l. Crimen. ff. De pœn. Paulus in. l. Si pœna. ff. eod. tit. Si pœna (inquit) alicui irrogatur, receptum est commensatio Iure, ne ad hæredem transeat. Cuius rei illa ratio uidetur esse. Quia pœna constituitur in emendatione hominũ, quæ mortuo eo in quẽ constitui uidef, desinit. Commentitiũ autẽ Ius uocat, nouũ & recens excogitatũ, hoc est, non translaturũ, non aliunde sumptũ, nulloq; exemplo institutũ: sed uelut fictitiũ, ut Tranquillus in Claudio, spectacula cõmentitia uocat, inusitata, nec solitis locis edita. Huc pertinet Tit. C. Ex delict. defuncto. inquant. hæred. conueniam. Et. l. Sancimus. C. De pœn.

III In actionibus rei persecutorijs, uno ex pluribus reis conuentis soluentẽ debiti quod petitur, alij liberantur. In pœnalibus uerò unus persoluens pœnam, nõ semper liberat alios, scilicet ex maleficijs. l. j. C. De cõdict. furti. In quasi maleficijs autem, cum pœna ob alterius plerunq; culpam exigi soleat, mitius agitur, quippe, ut unus soluendo liberet alios. Vlpianus in. l. j. & ij. Caius in. l. ij. ff. De his qui deiec. uel effude.

IIII In actionibus rei persecutorijs admittitur cessio bonorum, & aliquando habenda est ratio, quatenus facere possit reus conuentus, ut infra dicemus. In pœnalibus uero nõ semper auditur uolens cedere bonis. Quia Lex imponit pœnam, non Iudex. Ideoq; si inopia laborat reus, in corpus est torquendus. Vlpianus in. l. j. §. ult. ff. De pœn. Generaliter (inquit) placet in Legibus publicorum iudiciorum uel priuatorum criminum, qui extra ordinem cognoscunt Præfeti uel Præsides, ut eis qui pœnam pecuniariam egẽtes deludunt, coercitionem extraordinariam indicant. Quod semper sic intelligendum est, cum pœna ex maleficijs causam trahit, non si aliunde.

V Rei persecutoriz actiones, nullo damno afficiunt reum conuentum, tantũ ad hoc institutæ quod nostrum est, uel nobis debetur. Pœnales autem damnum adferunt reo conuento, unde etiam odiosæ nuncupantur, & per interpretationem molliendæ sunt potius, quàm exasperandæ. Hermogenes in. l. Interpretatione. ff. De pœn. Imò & in pœnis exigendis, adeo refert ex qua causa petantur, ut aliàs nudo pacto deberi possint, aliàs minime. Ut ecce, si quis uendens seruum paciscatur ne exportetur, uel ut manumittatur: non seruata Lege recte agitur ad pœnam ratione affectionis: sed inutiliter acturus, si pactus fuisset uenditor, ne seruus esset in Italia, uel ut non manumitteretur. Nec uidentur (inquit Papianus) hæc inter se contraria esse, cum beneficio affici hominem, intersit hominis. Enim uero pœnæ non irrogatæ indignatio, solã duritiã cõtinet. O præclaram uocẽ, & graui Iurisconsulto dignã. Inter est ne ergo nostra qui Christum uerum Deum colimus, ut nobis mutuo beneficiamus?

VI Actionum Prætoriaum, hæc quæ rei persecutionem continent, sunt perpetuæ, quæ uerò pœnam, non excedunt annum, præter actionem furti manifesti, haud dubiæ ob frequentiam huius maleficij. Paulus in. l. In honorarijs. ff. De actioni. & obligatio. Instit. De perpet. & tempor. acti. in princip.

VII Nulla actio ex interdicto utilis in factum, irrogat pœnam, nisi ob maleficium. l. ult. ff. De interdict.

Illud notandum est, quod quicquid partes pro pœna paciscuntur, nõ facit actionem pœnalem, sed rei persecutoriam. Nam pœna accipitur, quæ Legum autoritate irrogatur.

NONA DIVISIO, PERTINENS AD DECLARATIONEM PRÆCEDENTIS.



Q UOD dictum est de pœna, latius hac diuisione explicandum est. Cum enim ex uarijs causarum & maleficiorum figuris, uaria quantitas pœnarum statui, & exigi possit: statim dubitauerit studiosus, quæ nam sint istæ pœnæ. Merito igitur per hanc diuisionem explicauerimus huiusmodi differentiam.

ACTIONES uel in simplum cõceptæ sunt: Vel in dupli: Vel in tripli: Vel in quadrum. Vterius autem nulla actio extenditur. §. Omnes autem. Instit. De actioni. In sum-

In simplum agimus, cum rem nostram, uel nobis debitam, uel deniq; pœnam aliquam sine ulla re absolute persequimur.

In duplum uerò, triplum aut quadruplum, tunc experimur, cum præter rem debitam, exigimus aliquid ultra, quod æstimationem eius rei, duplo, triplo, aut quadruplo excedat. Quarum actionum exempla subiicit Iustinianus in. §. In duplum. §. Tripli. Et. §. Quadrupli. Instit. De actioni.

Vt ecce in simplum agimus: ex empto, uendito, locato, conducto, mandato, & ex alijs id genus ciuilibus causis.

In duplum: Furti nec manifesti, damni, iniuriæ ex lege Acquiliana: depositi causa tumultus, ruinae, uel naufragij: serui corrupti: & ex Legato Pio.

In triplum ex constitutione legis condictionis. Quamquã Accursius opinetur nullã hodie actionem tripli esse. Quod an uerum sit, alibi uidebimus.

In quadruplum, est actio furti manifesti: Quod metus causa: De calumniatoribus. Et iterũ condictionis legis, in alio casu. Quæ omnia ut in speciem persequamur, nõ permittit hic locus.

Interim frigida quæstio est, quare ultra quadruplum non extēdatur actio pœnalis? Nam cum utique modus aliquis erat statuendus in pœnis, uisus est hic sufficere. Alioqui omnium pœnarum rationes, etiam quæ in corpus exercentur, eadem curiositate frustra torqueri possent in disputationem, nisi auctoritatem sufficere dicamus. l. Non omnium. ff. De legib. Et dic mihi rogo: Quare XX. & non XXV. anni sunt statuti ad usucapionem inter absentes? Hæ autē sunt digressiones minime gentium necessariae, quibus nunc scætet traditio Iuris apud recentiores Leguleios.

DECIMA PARTITIO,
EODEM PERTINENS.



REVM quas persequimur, longè maxima uarietas est, per quam & petendi formam uariari quis dubitat? Alias enim in hominum commercijs tractatur de rebus singularibus, puta, de domo, fundo, equo, pecunia & ceteris: Alias de toto aliquo negotiorum corpore: Alias de multiplici rerum collectione per uniuersitatē Iuris. In quibus omnibus merito quærimus, quæ nam sit obseruanda petendi forma. Quod per hanc diuisionem explicatur.

Quædam actiones speciales siue singulares dicuntur: Quædam generales: Quædam uerò uniuersales. Paulus in. l. Pro sotio. ff. Pro sotio. Pro sotio (inquit) arbiter prospicere debet cautionibus, in futuro damno, uel lucro pendente ex ea societate. Quod Sabinus in omnibus bonæ fidei iudicijs existimauit, siue generalia sunt, ueluti pro sotio, negotiorum gestorũ, tutelæ: siue specialia, ueluti, mandati, commodati depositi.

Speciales actiones censentur, quibus id persequimur quod natura sua, & quantum ad iuris interpretationem attinet, speciale est, etiamsi accessoria quædam habeat. Vt equus, uestis domus, fundus, & cæteræ id genus res.

Generales actiones dicuntur, quæ competunt ad hoc quod generale est, diuersas rerum species, adeoq; totas negotiationes complectens. Vti tutela, quæ non de una tantum negotij specie, sed de toto administrandi patrimonij pupillaris genere accipitur. Igitur actio huc pertinens, recte nuncupatur generalis. Sic & societas, & alia negocia.

Vniuersales deniq; actiones appellantur, quibus persequimur corpus aliquod Iuris, continens multas res cum augmento & diminutione. Vt sunt hæreditas, peculium, dos, Iurisdictionis. Vlpianus in. l. Pecuniæ. §. Hæreditas. ff. De uerbo. significa. Hæreditas (inquit) nomen Iuris est, quod & accessionem, & decessionē in se recipit. Hæreditatis appellatio (inquit Pomponius) sine dubio continet etiam damnosam hæreditatem. Iuris enim nomen est, sicut bonorum possessio. Idem Pomponius in. l. Peculium, in princi. ff. De pecul. Peculij (inquit) est non id, cuius seruus seorsum à domino rationem habuit, sed quod dominus ipse separauit in substantiam seruo, suum à serui ratione discernens. Nam cum serui peculium torum adimere, uel augere, uel minuere dominus possit, animaduertendum est, non quid seruus, sed quid dominus constituendi seruilis peculij gratia fecerit. Adde. l. Hæreditas, in princi. ff. De petitio. hæred.

Q 3 Notan

Notandum tamen, quòd Vlpianus actionem specialem uocat, quæ ad unam duntaxat causam pertinet. Generalem uero quæ de pluribus competit, in. l. j. §. licè sciendum. ff. De aqu. pluui. arcen.

D I F F E R E N T I A E.

I



N generalibus & uniuersalibus actionibus, forma petendi non requirit certum & specialem omnium rerum designationem, sed satis est si actor petat totam hæreditatem uel partem eius. Idem obseruatur in sententia Iudicis. Caius in. l. Licet minimam. ff. De petit. hæredita. Itaq; (inquit) qui uel ex asse, uel ex parte hæres est, intendit quidem hæreditatem suam esse totam, uel pro parte, sed hoc solum officio Iudicis restituitur, quod aduersarius possidet.

In specialibus uero actionibus, rem petitam ad amissum designare debet, tum actor in libello, tum iudex in sententia. Paulus in. l. Si in rem. ff. De Reiuendicatio. Si in rem (inquit) aliquis agat, debet designare rem, & utrum totam, an partem, & quotam petat. Appellatio enim rei, non genus, sed speciem significat.

Ostauenus formam petendi, sic in eadem. l. diffinit: Quòd insectæ quidem materiz pondus, signatq; uerò numerum, factæ autem, speciem dici oportet. Sed & mensura dicenda erit, cum res mensura continebitur. Et si uestimèta nostra esse, uel dari oportere nobis petamus, utrum numerū eorū dicere debebimus, an & colorē? Et magis est ut utrunq;. Nam illud inhumanum est, cogi nos dicere, attrita sint, an noua. Quamuis & in uasis occurrat difficultas, utrum lancem duntaxat dici oporteat, an etiam quadratam uel rotundam, uel pura, an cæcata sit? Quæ ipsa in petitionibus quoque adijcere difficile est, nec ita coartanda res est: licet in petendo homine, nomen eius dici debeat, & utrum puer an adolescens sit, & utique si plures sint. Sed si nomen eius ignorem, demonstratione eius utendum erit: ueluti, qui ex illa hæreditate est, uel qui ex illa ancilla natus est. Item, fundum petiturus, nomen eius & quò loci sit, dicere debet. Ex qua lege, totam designandarum rerum seriem, breuibus regulis comprehensam habes, ideoq; uerba eius recensenda duxi. Cur enim non libentius à Iurisconsulto Romano hæc discas, quàm à barbaro?

II Generales actiones semper in personam sunt, nunquam in rem. Vniuersalis, in rem inuenitur. Speciales autem, tam in rem, quàm in personam competunt, ut tractant Iuris præceptores in. l. j. ff. De edend.

III In uniuersalibus iudicijs, sententia iudicis transfert dominium sine traditione uel immissione. l. Statuliberi. §. Quintus Mutius. ff. De statuliber. Deinde (inquit Pomponius) de his bonis cœperat controuersia esse. Qui se Lege hæredem aiebat esse, is eam hæreditatem ad se pertinere dicebat. Alter qui hæreditatem possidebat, aiebat testamento se hæredem esse: secundum eum sententia dicta erat, qui testamento aiebat se hæredem esse.

In specialibus uero iudicijs ad transferendum dominium, oportet accedere traditionem possessionis. l. Traditionibus. C. De pact. Sicut enim extra iudicium ex contractibus, non nisi concurrente utriusque affectu, dominia rerum transferuntur: Ita in iudicijs uice priuati consensus, oportet publicam immissionis auctoritatem interuenire. Iabolenus in. l. In omnibus. ff. De actio. & obligatio.

III Vniuersales actiones, semper præferuntur specialibus, etiam si posterior intendantur. l. Si quis libertatem. ff. De petitio: hæredita. Differendum (inquit Vlpianus) de libertate iudicium, donec dem officioso iudicium, aut inducatur, aut finè accipiat. Inducatur, hoc est, obliteretur, & ad nihilum redigatur, absoluto reo ab instantia, uel obseruatione iudicij, propter contumaciam actoris. Finem accipiat, id est, per sententiam Iudicis tota lis semel definitur. Nam controuersia, pronuntiatione Iudicis finem accipiunt. l. j. ff. De re iudicat.

Speciales uero actiones plerunq; simul atq; eodem iudicio tractari solent. Quod si fieri non possit, seruatur regula, ut qui prior appellat & in ius prouocat, is prius agat, & audiatur in iudi-

In iudicio. I. Qui prior. ff. De iudic. De cumulatione actionum, ut uocant, infra dicemus aliquid.

V In uniuersalibus iudicijs, ueniunt fructus nominatim non petiti, quia augent uniuersitatem. In specialibus autem oportet fructus expresse persequi. Vlpianus in. l. Item ueniunt. §. Fructus. ff. De petitio. hæredita. Fructus autē (inquit) omnes, hæreditatem augent, siue ante aditam, siue post aditam hæreditatem accesserint. Sed & partus ancillarum, sine dubio augēt hæreditatem. l. ij. C. eod. tit.

VI In uniuersalibus actionibus, pretium succedit loco rei: In specialibus, non æquē. l. Si & rem. ff. eod. tit. Vbi Paulus loquens de bonæ fidei possessore, qui rem hæreditariam simul & pretium habeat, puta, si eandem rem pecunia hæreditaria redemerit: an audiendus sit, si uelit rem dare, non precium? Nam & in Oratione (inquit) diui Adriani ita est: Dispiciate patres conscripti, nunquid sit æquum, possessorem non facere lucrum, & precium quod ex aliena re perceperit, reddere. Quia potest existimari, in locum hæreditariæ rei uenditæ, pretium eius successisse, & quodammodo ipsum hæreditarium factum? Oportet igitur possessorem & rem restituere petitori, & quod ex uenditione eius rei lucratus est. Accedit. l. Imperator. §. ult. ff. De legat. ij.

V N D E C I M A D I V I S I O ,
E O D E M P E R T I N E N S .



AD exitum quoq; & finem actionis pertinet ratio temporis, scilicet an ne sempiterna sint controuersiarum iudicia? Tametsi enim ad armorum atrocem uim anteuertendam, non parum multum conferant actiones; fieri tamen non potest sine detrimento charitatis & amicitij, cum homines inter se apud Iudicem disceptant. Concitantur inuicem animorum affectus, quibus unusquisque ambit causæ uictoriam. Vnde uerissimum est, quod uulgo dici solet: iudicijs quidem componi causas, sed interim distrahi amicitias hominum controuertentium. Itaq; necessaria quæstio est, quanto tempore unaquæq; actio concedi debeat? quod per hanc diuisionem declaratur.

Quædam enim actiones perpetuæ sunt. Quædam uerò temporales. Instit. De perpet. & tempora. actioni.

Perpetuæ actiones sunt, quæ ex iure Ciuili descendunt, olim sine ulla temporis præfinitione competentes, donec Principalibus constitutionibus certi fines actionibus præscriberentur. Nam nulla actio ultra triginta annos, aut ad summum quadraginta, nunc extenditur. l. Cum notissimi. Et. l. Omnes. C. De præscript. trigint. anno. l. j. C. De usucapi. transform. l. j. §. j. C. De anna. exceptio. Nemo itaq; audeat (inquit) neque actionem familiæ eriscundæ, neque communi diuidendo, neque finium regundorum, neq; pro socio, neq; furti, neq; ui bonorum raptorum, neq; alterius cuiuscūq; personalis actionis uitam longiorem esse xxx. annis interpretari.

Præterea, perpetuæ actiones fiunt per litiscōtestationem. Nam omnes actiones quæ morte aut tempore pereunt, semel inclusæ iudicio permanent, siue agendo, siue excipiēdo includantur. l. Omnes. ff. De regu. lur.

Item, actiones Prætorix quibus rem persequimur, sunt perpetuæ, nisi respectu rei conueni aliquid pœnæ habeant, propter quam perpetuò eas concedi non oporteat. l. In honorarijs. ff. De action. & obligatio.

Deniq; actiones quæ ad persequendum ius nostrum annales sunt, hæ nobis utique uim suam perpetuò exhibent ad excipiendum, si alius aduersum nos agat. Cum actor quidem in sua potestate habeat, quando utatur suo iure. Is autem cum quo agitur, non habeat in potestate, quando conueniatur, ut dicit Paulus in. l. Pure. ff. De dol. mal. except. Sic & Imperatores: Licet (inquiunt) unde ui interdictum, intra annum locum habeat, tamen exceptione perpetua succurri ei, qui per uim expulsus post retinuit possessionem, autoritate Iuris manifestatur. l. Licet. C. De exceptioni.

Q 4 DIFFE



PERPETVAE actiones Prætoriarum, in hæredes quoque dantur: Temporales uero quæ post annum cessant, regulariter aduersus hæredes non porriguntur. d. l. In honorarijs. Nisi de eo, quod ad eos peruenit. Paulus in. l. Ex quibus. ff. De interdict.

D V O D E C I M A D I V I S I O,
A C A V S A F I N A L I.



FIXITVS litis nunquam certè non damnosus, præsertim tamen formidabilis est, quia sæpè propter facti detestationem, famosum facit reum, & confortio bonorum uirorum prorsus indignum, si conuictus & condemnatus fuerit. Quamobrem necessaria inuestigatio est, ut sciamus, quæ nam iudicia, discrimine honoris accipiantur. Cum æstimatio & fama hominis, omnibus pecuniarijs rebus præponenda sit. l. Si in duabus. ff. De reg. iur.

ACTIONVM itaque nonnullæ infamant: aliæ uero non infamant. Actiones famosæ, quæ iustam ignominiam irrogant iustè condemnatis, sunt hæ: furti, bonorum raptorum, iniuriarum, de dolo malo: Item, tutelæ, mandati, depositi, scilicet directa non contraria. Item, pro socio, quæ cum utrinque directa sit, ultrò citroque damnatum infamia notat. Et generaliter omnes publicorum iudiciorum accusationes. §. Ex quibusdam. Instit. De pœ. temer. litigan. l. j. ff. De his qui notan. infami.

Reliquæ actiones omnes, non infamant, quoniam inter famosas non recensentur: argumento ab enumeratis partibus, sicut infra de actionibus bonæ fidei, & stricti iuris dicitur.

Fama autem siue æstimatio hominis sic diffinitur secundum Calistratū: Aestimatio est dignitatis illesæ status, Legibus ac moribus comprobatus, quæ ex delicto nostro, autoritate Legum, aut minuitur aut consumitur. l. penul. ff. De uari. & extraord. cognitio.

Infamia autem duplex est: Iuris & facti.

Infamia iuris, sola autoritate Legis nominatim infligitur. Vnde ex prædictis actionibus condemnatus iustam contrahit nominis maculam.

Infamia facti, ex ipsa rei indignitate, secundum censuram bonorum uirorum est. l. ij. ff. De obseq. à liber. & libert. paren. & patro. præstan. Licet enim (inquit Paulus) uerbis edicti non habeantur infames ita condemnati, re tamen ipsa & opinione hominum, non effugiunt infamiae notam.

Talis autem est, ex conditione furtiua, ex interdicto unde ui, ex interdicto Quod ui aut clā, atque ex alijs id genus factis improbioribus.

Sic interlocutio Iudicis uel admonitio ad meliorem uitæ frugem alicui facta, grauat quidem æstimationem obnoxij, sed non planè maculat, sicut nec pronuntiatio arbitri. l. Verbum. Et. l. Interlocutio. C. Ex quib. caus. infami. irrogat. l. Quid ergo. §. Ex compromisso. ff. eod. tit. Quantum ad infamiam pertinet (inquit Ulpianus) multum interest, an in causa quæ agebatur, causa cognita aliquid pronuntiatum sit, an quædam extrinsecus sint elocuta. Nam ex his infamia non irrogatur.

Improbata quoque uita, ignominiam facti irrogat apud bonos uiros. l. ij. C. De dignitat. li. XII. Neque famosis (inquit Iustinianus) & notatis, & quos scelus uitæ aut turpitude inquinat, & quos infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatis portæ patebunt. Apostolus Ephesi. v. Etiam profligate (inquit) istum, qui malus est ex uobis.

D I F F E R E N T I A E.

I



ACTIONES ex maleficijs famosæ, semper irrogant maculam, etiam pacifcentibus cum aduersario. Nisi forte precibus impetrauerint delinquentes, ne actores prosequantur iudicium, ut aliqua sit humanitatis ratio. l. Furti. §. Pactus uic. ff. De his qui notan. infami.

Ex con

Ex contractibus uero persecutiones famosæ, licet damnatos ignominia notent, attamen pactus non notatur. Quoniam ex his causis non tam turpis est pactio, quam ex superioribus, dicente Paulo in. l. In actionibus. ff. eod. tit.

Cæterum quod ex quatuor duntaxat contrahendi speciebus, iusta constituitur infamia, ideo est, quia in his totos nos contracta fiducia, uelut amicissimorum fidei committimus. In reliquis uero commercijs, tamen fidem alienam sequimur, unde creditores dicti sunt, iuxta l. j. ff. Si cert. petat. non tamen ex amicitia trahunt causas. Ergo, idcirco (inquit Cicero in oratione pro Roscio Amerino) turpis hæc culpa est, quod duas res sanctissimas uiolat; Amicitiam, & fidem.

Vnam hæc meditemur censendo potius quam argute disputando.

II Nulla actio in factum ex interdictis infamæ. Vlpianus in. l. Neq. ff. De ui & ui armat. Cum tamen aliæ quædam (ut dictum est) famosæ sint.

III Actiones famosæ nunquam in rem sunt, sed semper in personam. Quia factum iniuile & à communi hominum societate abhorrens, propter quod constituitur pœna infamæ, inhæret personæ, non rei. Neq; enim res delinquit, sed homines, inquit alicubi Iustinianus.

D E C I M A T E R T I A D I V I S I O , E O D E M
& ad officium iudicis pertinens.



FFFICIUM Iudicis quoq; quod actionibus in omni iudicij parte deseruit, tandemq; post cognitionem, legitimum finem imponit, prætereundum nullo modo fuit. Ut appareat, quatenus aliquando in finiendis cõtrouersijs supplere possit, quod deesse uidetur intentioni agentium, aut non possit. Quod pertineat ista diuilio.

Nonnullæ actiones bonæ fidei sunt: Reliquæ uero stricti iuris. §. Actionum autem. Instit. De actionib.

Bonæ fidei (inquit Iustinianus) sunt hæc: Ex empto, uendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, cominodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi diuidendo, præscriptis uerbis, quæ de extimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, & hæreditatis petitio, & actio ex stipulatu pro dote. l. ult. C. De peti. hæred. l. j. in prin. C. De rei uxor. acti.

Bonæ fidei autem actiones sunt remissioris Iuris, & ex æquitate pendentes. Non quod uila sit actio malæ fidei, quoniam in omnibus negocijs exigitur bona fides, cū nemini certè ex nequitia sua actionem dandam esse Lex permittat. l. Bonam fidem C. De actio. & obliga. Sed ideo, quod Iudex in cognitione potest habere rationem earum quoq; rerum, quarum inter contrahentes nulla mentio facta est, scilicet, si animaduertat litigatores inuicem, alterum alteri ex æquo & bono præstare aliquid oportere. §. In bonæ fidei. Instit. De action. Iulianus in. l. Consensu, in fin. ff. De actioni. & obliga.

Stricti iuris actiones dicuntur reliquæ omnes, argumento ab enumeratione sufficienti. Nihil enim amplius in his cognoscit & pronunciat Iudex, quam quod nominatum inter cõtrahentes conuentum est. l. Quia tantundem. ff. De negot. gest. Quia tantundem (inquit Paulus) in bonæ fidei iudicij officium Iudicis ualet, quantum in stipulatione nominatum eius rei facta interrogatio. Loquitur autem de negotiorum gestore, cui Iudex potest remittere usuras pecuniæ, quam à seipso non exegerit.

Rursus inter actiones stricti iuris, quædam sunt arbitrariæ, hoc est ex arbitrio Iudicis pendentes, in quibus permittitur Iudici ex bono & æquo, non tam secundum persequentis intentionem, quam secundum naturam rei de qua agitur æstimare, quemamodum ei satisfacere oporteat, ut infra latius dicemus.

Arbitrarias autem præcipue facit, Si quid certo loco dari promissum fuerit. Vlpianus in l. ij. §. 1. ff. De eo quod cert. loc. Hæc autem actio (inquit) ex illa stipulatione uenit, ubi stipulatus sum à te decem Ephesi dari.

D I F F E



B S C V R A magis quam fructuosa disputatio est Iurisperitorum nostrorū, quid referat inter actiones bonæfidei & arbitrarias? Ioannes Fabri, præceptorem hac in re desiderat, & merito. Absurda enim uidebat ab omnibus esse tradita.

Breviter, Iudex in omnibus persecutionum iudicijs, aduersus non obtemperantes arbitratur quid facto sit opus. Præcipue uerò in actionibus bonæfidei habet liberam potestatem æstimandi & arbitrandi ex æquo & bono, quantum actori restitui debeat, etiam, ut ratione cõpensationis habeat. Quòd si nõ restituat reus, per fraudẽ, uel culpã, æstimat quatenus deferendũ sit actori iuramentũ in litem, aut quanti sit æstimandum id quod eius iuere se dicit, & cætera id genus incidentia cognoscendo Iudex re & tẽ dispensat, Et tamen actiones bonæfidei propterea non dicuntur arbitrariæ. Sed quare? Quia habet suã appellationẽ à bona fide, quæ ad significãdam huiusmodi iudicis potestatẽ sufficit: Imò qua nullo modo significantius depingi earum natura poterat. Nam qui bonam fidem dicit, absolutã illam iustitiæ medullam complectitur, quæ perunq; aliquid dandum aut faciendum exigit, quod in conuentione nominatim cautum non est. Et sanè quod sic ex æquo & bono debetur, inter omnes magis censendum est deberi, quàm si nominatim conuentum esset inter aliquos, ut sentit Iustit. in. §. In bonæfidei. Insti. De actio. Sic & Ulpianus arbitrium bonæfidei Iudicis eleganter uocat, quod per iustam & in commune utilem interpretationem latius extẽditur in. l. Videmus. §. Iurare autẽ, ff. De in lit. iurand. An igitur (inquit) qui possit iusiurandum deferre, idem possit & taxationẽ iurjurando adijcere, quæritur? Arbitrio tamen bonæfidei Iudicis etiam hoc congruit.

Cum igitur habeant actiones bonæfidei appositissimum nomen, non est cur alia superuacanea appellatione designarentur à Legislatoribus.

In actionibus uerò stricti Iuris, regulariter nihil aliud uenit iudicandum, quàm quod expresse cautum est inter controuertentes. Et tñ in quibusdã id genus persecutionibus ex causa oportet restitutionem, uel satisfactionem fieri planè secundum censurã Iudicis, non secundũ rigore eorum quæ dicta aut facta sunt inter contrahentes. Itẽ si non sic restituant, rursus æstimandum est à Iudice, quatenus ob eam cõtumaciã fraude uel culpa admissam, denuo condemnandi sint. Non quidem passim nec semper, sed ubi ratio boni & æqui postulauerit.

Igitur hæ actiones cũ ad appellationẽ bonæfidei pertinere non possent, adeoq; ex diametro illis opponantur, quoniã bonæfidei non congruit de apicibus Iuris disputare. l. Fideiusfor. §. Quædam. ff. Mandat. Factum est, ut propter officium Iudicis arbitrariæ appellarentur, sitq; hæc adiectio solennis actionibus stricti Iuris, quò magis ab alijs eiusdẽ ordinis persecutionibus, in quibus etiam censura Iudicis fit, ad amissim discernentur, cum sit commo dissimum, qd singulæ res in iure (quoad fieri potest) singulis appellationibus distinguantur.

Cæterum si quis paulò curiosius miretur, quare huiusmodi stricti iuris actiones, nõ æquè dici possint bonæfidei, quandoquidem in his non minus exerceatur ex bono & æquo Iudicis æstimatio, & libera potestas in condemnãdo, quàm in actionibus bonæfidei: Quinimò, & utraq; actiones eisdem penè uerbis à Iustiniano descriptas esse cõstat, in. §. In bonæfidei. Et. §. Præterea. Insti. De actioni.

Huic respondeo, causas ex quibus proficiscuntur actiones, longè diuersas esse. Ergo actiones quoq; uelut effectus & executiones necessariò differre & diuersis nominibus nuncupari. Sicut enim ex strictioribus contractibus, strictiores obligationes producuntur. §. ult. Insti. De obligationi. ex cõsen. Ita rursus, ex strictioribus laxioribusq; obligationibus, causantur strictiores & laxiores actionum species, sicut ex sequentibus differentijs intelligemus.

Vnde etiam fit, quòd in illis ipsis actionibus arbitrarijs, non tam perpetuò locum habeat Iudicis censura, sicut in persecutionibus bonæfidei. Paulus in. l. Arbitrio, in principi. ff. De dolo malo. Non tamen (inquit) semper in hoc iudicio, arbitrium Iudicis dādum est. Quid enim si manifestum sit, rem restitui non posse, ueluti, si feruus dolo malo traditus, defunctus sit. Ideoq; protinus condemnari debet in id quod interfit actoris. Et infra: Dolo cuius (inquit) effectum est, ut lis tẽporibus legitimis transactis pereat. Trebatius ait de dolo dandum iudiciũ, non ut arbitrio Iudicis res restituatur, sed ut tantũ actor consequat, quãti eius interfuit
id non

id non esse factum. Ne aliter obseruantibus, Lex circumscribatur. Circumscribitur autem, si propterea condemnari debeat, quòd non restituit rem impossibilem, puta litem percemptā, sicut paulò superius seruum defunctum restitui non posse, dictum est.

Arbitraria itaq; actio utriusq; utilitatem continet, tam actoris quàm rei. Quòd si rei interest, minoris fiet pecuniæ condemnatio quàm intentatum est: aut si actoris, maioris pecuniæ fiat. Vlpianus in. l. ij. in prin. ff. De eo quod cert. loc. Quinimò, interdum Iudex absolue re reum debet ex legitima causa. Planè enim æquitatē ante oculos habere debet huic actioni addictus. Vlpianus in. l. Quod si Ephesi. §. Interdum. ff. De eo quod cert. loc.

II In actionibus bonæ fidei, iuratur in litem, scilicet ob dolum & contumaciam non restituentis. Martianus in. l. In actionibus. ff. De in lit. iuran. Culpam autē Iudex estimat. Vlpianus in. l. Videamus. §. ulti. ff. eod. tit.

In actionibus uerò stricti Iuris, regulariter nō iuratur in litem. Nisi ex legitima causa, utpote, si Iudex rem non extantem aliter estimare non possit, ut apparet ex. d. l. In actionibus: Planè (inquit Martianus) interdum & in actione stricti iudicij in litem iurandum est. Veluti, si promissor Stichus moram fecerit, & Stichus decesserit. Quia Iudex æstimare sine relatione Iurisiurandi non potest rem, quæ non extat.

In litem autem iurare, est per religionem iurisiurandi declarare, quanti æstimetur tota res controuersa ab actore. Sequitur enim Iudex in hoc iuramento affectum actoris, secundum quem definiat totam litem, ut sic crescat condemnatio, etiam ultra uerum rei pretium, ad puniendam fraudem & contumaciam non restituētis. Vlpianus in. l. j. Paulus in. l. ij. ff. De in lit. iurand.

Qua in ratione aliàs appellatur in litem, aliàs affectionis iuramentum, in quo non hoc respicitur, utrum in ueritate tanti intersit actoris, sed an actor tanti rem æstimauerit. Vlpianus in. l. Si per alium. §. j. ff. Ne quis eum qui in ius uocat. est: In eum autem (inquit) qui ui exmerit, iudicium datur, quo non id continetur, quod in ueritate est, sed quāti ea res est ab actore æstimata, de qua controuersia est.

Et quanquam ex natura huius iuramenti, in infinitum fieri possit æstimatio, si tamen Iudex nimis uehementem actoris affectum deprehenderit, potest & debet modum iurisiurando statuere, ut intra certam quantitatem iuretur, ne abrepta occasione, in immensum iuretur. Aut si hoc magis expedire existimet, potest cōceptæ per actorem estimationi anteaquam iuret, taxationem adiungere: Aut etiam post iurandum taxare, iuxta. l. Arbitrio, in princip. ff. De dol. mal. Sed officio Iudicis (inquit Paulus) debet in utraq; actione taxatione Iudicis iurandum refrenari. Quinimò, potestatem habet delatum à se iuramentum in litem, & iam præstitum, non sequi, sed uel prorsus absolue re reum conuentum, uel etiam minoris condemnare, quàm iuratum est ex magna causa & postea repertis probationibus. Cæterum, solus Iudex tale iurandum deferre potest, itidemq; si ex re uisum fuerit, denegare. Vlpianus in. l. Videamus. §. Deferre, cum. l. seq. Marcellus in. l. In actionibus, in princip. ff. De in lit. iurand.

Ex diuerso, Iurandum quod Iudex cognita causa defert actori ad supplendam probationem eius, quod reuera debetur, ueritatis appellatur, nec præstitum semel, taxari potest à Iudice. Quia non de affectione iurantis, quæ plerunq; ueram æstimationem excedere potest, sed de ueritate disceptatur, in qua uersatur discrimen periurij. Auct. Post iurand. C. De iudic.

Illud generaliter in omnium actionum ordine notandum est: Quòd Iuramentum in litem maximè habet locum, ubi de restituēda, exhibēda, uel tradēda re tractatur, uel etiam de præstanda, cū idem effectus sit tradēdæ ac præstādæ rei, iuxta. l. Si rem tradi. Et. l. Si fundum præstari. ff. De uerbo. obligationi. Verū, ubi de danda, uel soluenda re condemnatus non obtemperat, non æquè deferendum est iurandum in litem. Nam is qui non restituit rem alterius, longè plus delinquit, & uiolat naturalem hominum societatem, quàm qui non soluit aliquid ex iuis bonis. Vlpia. in. l. j. ff. De in lit. iurand. Non enim (inquit) res pluris fit per hoc, sed ex contumacia æstimabitur ultra eius pretium. Idem in. l. Ei apud quē, in principi. ff. Deposuit. In quo iudicio (inquit) meritò in litē non iuratur. Non enim de fide rupta agitur, sed de

sed de indemnitate eius, qui depositum suscepit. Paulus in. l. seq. Siue nostrum (ait) quid petamus, siue ad exhibendum agatur.

III In bonæ fidei iudicijs, cum nondum dies præstandæ pecuniæ uenit, si quis agat ad interponendam cautionem ex iusta causa, rectè cōdemnabitur debitor. l. In omnibus. ff. De iudic. Quæ autem sit iusta causa, iudicis arbitrio relinquitur censendum. Veluti, si persona debitoris interim suspecta fiat, & periculum sit eum die ueniente non soluturum. l. Si fideiusor. §. ult. ff. Qui satisfda. cogant.

In actionibus uerò stricti Iuris, regulariter ante diem, uel conditionem, non rectè postulat cautio. l. Dedi tibi, in princ. ff. De condicti. caus. dat. Exceptis tamen aliquot casibus, iuxta. l. Si cum exceptione. §. Quod si homo. ff. Quod met. caus. l. Si à bonæ fidei. ff. De Rei uendicat. l. Si pecuniam. §. Item si quis. ff. De condicti. caus. dat. l. Grege. §. Si sub conditione. ff. De pigno. l. Prætor. ff. De damn. infect.

IIII In actionibus bonæ fidei quotiescunque cauendum est, non aliter exigi potest sufficiens cautio, hoc est, fideiussoria, uel pignoratitia, quæ si aduersarius nõ difficulter eam præstare possit. Alioqui, simplex promissio, uel saltem iuratoria sufficiet.

In persecutionibus uerò stricti Iuris, cum cauendum fuerit, semper requiritur sufficiens cautio, ut docet Barto. in. l. ij. ff. Solut. matrimo.

V In iudicijs bonæ fidei semper ueniunt fructus à tempore moræ. In actionibus autè stricti Iuris distinguitur, utrum petam id quod aliquando fuit, uel nunc est meum; Vt sic ex mora accedant fructus rei petitæ. An uerò persequar id quod nunquam fuit meum: tunc enim non nisi à tempore litis contestationis ueniunt fructus, iuxta distinctionem Pauli in. l. Videamus. ff. De usur.

VI Actiones bonæ fidei non extinguuntur re deteriore restituta, aduersus debitorè, quia de damno conueniri potest. l. Sed mihi uidetur. §. Si reddita. ff. Commodat. l. i. §. Si res deposita. ff. Deposit. Si res deposita (inquit Vlpianus) deterior reddatur, quasi non reddatur, agi depositi potest. Cum enim deterior redditur, potest dici dolo malo redditam non esse.

Actiones uerò stricti Iuris desinunt restituta re etiam deteriore, quia debitor liberatur summo Iure, obnoxius tamen actioni de dolo, uel de eo quod interest. l. Eleganter. §. Non solum. ff. De do. mal. l. Exhibitionis. C. Ad exhibend.

Ex quibus omnibus apparet: quòd doctrina illa in hac materia uulgata: Quòd in actionibus bonæ fidei, sit officium Iudicis secundum naturam: In actionibus uerò stricti Iuris, sit præter naturam earum, impertinens censeatur & erronea. Quoniam nullius actionis naturam repudiat officium Iudicis. Sed illa est ratio, ut ex diuersis causis, distinguerentur diuersæ appellationes in effectibus. Quare & illud est: Quòd si ex empto, uel uendito, uel deposito conueniat aliquid certo loco præstari: Bonæ fidei actio censeatur, & locum habeat, non arbitraria: Paulus in. l. In bonæ fidei. ff. De eo quod cert. loc.

DECIMA QVARTA DIVISIO GENERALITER ad omnes locos pertinens.



FINIS omnium actionum est, ut unicuique Ius suum tribuatur. Et huc tandem omnes Leges tendunt, quarum executio & postrema pars, est actio.

Sed hic occurrit quæstio: an semper æquum sit, unumquemque debitum suum sic consequi, ut aduersario totum quod habet extorqueatur? Num aliqui sint casus, in quibus humanitatis rationem habere oporteat, ne summum ius persequendi fiat summa iniuria? Vlpianus respiciens causam finalem, appellat eam, Exitum actionis, in. l. Ait Prætor. §. Si cum mulier. ff. Quæ in fraud. credito. Vnde necessaria fuit hæc diuisio, per quam exitus & finis actionum temperatur hoc modo.

ACTIONIBVS de quibus supra dictum est: Alias solidum debitum: Alias minus adsequimur. §. Sunt præterea. Instit. De actioni.

Solidum

Solidum debitum, regulariter omnes actionum species præstant. Minus autem persequi-
mur in effectu, aduersus eas personas, quæ cõdemnantur in id duntaxat quod facere possunt,
habita ratione ut nõ perducantur ad nimiam egestatẽ. Videamus itaque has personas, intel-
lecturi simul etiam quando actiones in solidum non dentur. Vt sunt:

I Maritus & uxor, si de dote, aut alia causa mutuo sese cõueniant. §. Item si de dote. Instit.
De actioni. Paulus in. l. Ex diuerso. §. j. ff. Solut. matrimo. Modestinus in. l. Nõ tantũ dotis.
ff. De re iudicat.

II Filij, hæredes patris, aduersus quos mater agat de dote. Pomponius in. l. Etiam, in prin-
cip. ff. Solut. matrimo.

III Socer, hoc est, pater mariti, si nurus, id est, uxor filij, promissam dotem exigat. Paulus
in. l. Rei iudicatæ. §. ult. ff. Solut. matrimo. Quia parẽtis locũ obtinet. Pomponius in.
l. Quia. ff. eod. tit.

III Socer, hoc ẽ, pater uxoris, si cõstãte adhuc matrimonio, de dote promissa cõueni-
atur à marito. Nam soluto eo, in solidum tenetur. Paulus in. l. Sicut autem. Pomponius in
l. seq. ff. De re iudicat. Sic intelligi uult Paulus in. l. Ex diuerso, in prin. ff. Solut. matri.

V Omnes parẽtes & liberi utriusq; sexus. Item. patronus & patrona, liberiq; si mutuo
sese conueniant. §. Sed & si quis. De actio. Vlpia. in. l. Sunt qui, & in. l. seq. ff. De re iudicat.

VI Fratres germani inuicem agentes, quoniam alimenta sibi debent. l. j. C. De alen. li-
ber. Omnium enim prædictarum personarum una hæc ratio est, quòd quibus naturali ra-
tione alimenta debentur, cũ ad inopiam peruenerint, ijs citra dolum malum non potest to-
tum quod habent extorqueri, iuxta. l. In condemnatione. §. ult. ff. De regul. iur. Dolo
facit (inquit Vlpianus) qui petit quod restitutus est. Sed omnes quorum mentio facta est,
alimenta sibi debent, l. Si quis a liberis. §. Si uel parẽs. l. Alimenta, in prin. ff. De liber.
agnoscon. Ergo dolus actoris ferendus nõ est, qui totum uoluerit extorquere, sed habẽda
est ratio conuentorum ne egeant, etiam fratrum & sororum: quicquid nonnulli disputent.

VII Socij uniuersorum bonoruũ, uel etiam unius rei tantum. d. §. Sed & si quis. Vl-
pianus in. l. Verũ est, in prin. ff. Pro foti. Hoc enim (inquit) summam rationẽ habet, cũ
societas ius quodammodo fraternitatis in se habeat. Quis igitur de ueris fratribus dubitauit,
si hoc in socijs?

VIII Is qui ex donatione sua cõuenitur. d. §. Sed & si quis. Paulus in. l. Inter eos. Põ-
ponius in. l. Cum ex causa. ff. De re iudicat. Et quidẽ is solus cõsetur posse deducto ære alie-
no, hoc est, quod alijs debet. Rationem tractãtes Paulus & Triphonus: Pinguius enim (in-
quunt) donatori succurrere debemus, quàm ei qui uerũ debitum persoluere compellitur.
Ne liberalitate sua, inops fieri periclitetur. l. Et exhæredatum, cum. l. seq. ff. eod. tit.

IX Cedens bonis, si postea aliquid acquirat, quatenus facere potest, damnabitur. Inhu-
manum enim est spoliatum fortunis suis, in solidum damnari. §. Cum eo quoque. Insti. De
actioni. Vlpianus in. l. iij. ff. De cessio. bonor. Cessio autem bonorum fit, cum debitor pro-
fitetur se uelle cedere omnibus bonis, siue in iudicio, siue extra iudicium, corã, aut per nun-
cium uel epistolam. Martianus in. l. ult. ff. eod. tit.

X Is qui bellorum, incendiij, naufragij calamitate, uel simili, bonis suis exutus est, si de-
nuo aliquid acquisierit, in solidum non tenebitur. Nam cum cedenti bonis subueniatur, cur
non æquẽ misereri oporteat oppressis inopinato casu? Et hoc rectẽ probat Ioannes Fabri in
§. ult. Instit. De actioni.

XI Milites qui sub armata militiã stipendia meruerunt. Modestinus in. l. Miles. Vlpia-
R nus in

nus in. l. Item miles. ff. De re iudica. Huc referunt, Doctores bonarum literarum, & sacerdotes, per. l. Medicos. C. De professori. & medic. lib. X.

XII Iudices cum ob culpam leuiorem, conueniuntur, iuxta. l. Non similiter. ff. De Magistris. conuenien. Ob dolum uerò uel latiore culpam, quæ dolo proxima est, conueni ac uicti, in solidum damnabuntur ac punientur, ut tractatur in. l. Si filiusfamiliâs. ff. De iudic. l. ult. ff. De uari. & extraordi. cogni. l. ult. C. De pœ. iud. qui malè iudica. Et Insti. De obligat. quæ ex quas. delict. nasc. in princ.

XIII Filiusfamiliâs in potestate contrahens sine iussu parentis, si postea sui iuris factus cõueniatur à creditoribus, non tenebitur in solidum. Vlpianus in. l. ij. ff. Quod cum eo qui in alien. potest. est.

XIII Debitor debitoris alicuius in fraudem creditorum liberatus, si particeps doli nõ fuerit, tenebitur quidem intra annum creditoribus, sed tãtum in id quod facere potest. l. ult. C. De his quæ in fraud. creditor.

Prædicti omnes, conueniri quidem in solidum possunt, sed habent exceptionem quam ante uel post litem contestatam, adeoq; post sententiam opponere possunt, qua se tueantur, ne pluris condemnentur quàm facere possunt, ex æquo & bono. Paulus in. l. Ex diuerso. §. ul. ff. Solut. matrimo.

Hanc tamen exceptionem, magis temporalem quàm perpetuam probant, ut quæ cesset adueniente meliore fortuna, exemplo. l. Cura extruendi. §. j. ff. De muneri. & honori. Deficientium facultatibus (inquit Vlpianus) ad munera uel ad honores qui indicuntur, excusatio non perpetua, sed temporalis est. Nam si ex uoto honestis rationibus patrimonium, incrementum acceperit, suo tẽpore, an idoneus sit aliquis ad ea quæ creatus fuerit, æstimabit.

Sed quomodo æstimabitur quantum quis facere possit, quidq; ei ad usum uitæ necessarium unde alatur, relinquendum sit? Respondeo: Tribus modis potissimum id colligitur, uel delictet, Ex persona, Ex rebus, & ex tempore.

Personæ cognitio in hoc uersatur, utrum plebeius sit, an dignitate clarus, iuxta. l. Tutor secundum dignitatem. ff. De administ. tutor. In plebeio rursus multa sunt expẽdenda, uidelicet, industria, ualetudo, qualitas opificij. l. Si quis à liberis. §. Denique idem Diuus. ff. De liber. agnos. l. Interdum. ff. De oper. liberto. l. Si nõ sortem. §. Libertus. ff. De condiçt. indebit. Nam plerunq; (inquit Vlpianus) robur hominis, ætas, temporisq; oportunitas, naturalem causam operarum mutat. Adhibenda quoq; sunt exempla aliarum personarum eiusdẽ ordinis, ut collatis his omnibus, appareat quantum reo conuenito ad alimenta, item ad exhibitionem necessariam sufficere debeat, ut in reliquum condemnetur. Quia non cibaria tantum, sed etiam uestitus & habitatio, appellatione alimentorum continentur, quandoquidem sine his ali corpus non potest. l. Cum alimenta. Et. l. Legatis alimentis. ff. De aliment. & cibari. legat. Consuetudo etiam regionis in qua degit condemnandus, spectanda fuerit. l. Si seruus plurium. §. Si numerus. ff. De legat. j. l. Semper. ff. De regul. Iur.

Rerum autem censura hæc est, ut æstimatio facultatum fiat, nõ ad ualorem proprietatis, sed fructuum qui percipiuntur ex bonis. Eatenus enim dicitur quis posse facere, quatenus ex fructibus superest, deductis alimentis. l. Qui bonis. ff. De cessio. bono. Nec enim (inquit Vlpianus) fraudandus est alimentis quotidianis. l. Imperator. ff. Ad Senatuscon. Trebellia. Et utrobique rectè tradit Bartolus: Omnes Leges quæ decernunt alimenta, intelligi oportere de accessionibus, non de proprietate bonorum: mendacio tamen eius, qui dolo malo celat quicquam, per officium Iudicis puniendo. l. Ius alimentorum, in princ. ff. Vbi pupil. educa. uel mora. debe. Cæterum æs alienum, hoc est, quod alijs debet reus conuentus, nõ deditur huic æstimationi, præterquam donatori, & socio aduersus socium. l. Maritus. ff. Solut. matri. l. Verum est. §. Id quod socius. ff. Pro soc.

Temporis deniq; ratio sic inicitur, ut ex ætate condemnandi conijciatur quot annis uerisimile sit eum uicturum, secundum formam. l. Hæreditatũ. ff. Ad Leg. Falcidi. Nam inde potest statui, quanta pecunia sufficiat in singulos annos ad alimenta. Deinde, ut bona debitoris æstimentur, non quanta fuerint tempore litis contestationis, sed quæ tunc sunt cum dicitur

senten-

sententia. l. Rei iudicatz. ff. Solut. matri. l. Verum est. §. Tempus. ff. Pro soci. Tempus autē (inquit Vlpianus) spectamus quantum socius facere possit, rei iudicandæ.

E X C I P I E N D I S V N T .

I

H I QUI dolo malo facultatibus suis in hoc abutuntur, ne solidum debitum solvant. l. j. §. Cum autē. C. De rei uxori. actio. l. Si quis dolo. ff. De re iudic. l. Verum est. §. Tempus. ff. Pro soci. Hoc quoque (inquit Vlpianus) quis facere posse uidetur, quod dolo fecit quo minus possit. Nec enim æquum est, dolum suum quenquam releuare. Quod & in cæteris, qui in id quod facere possunt cōueniuntur, accipiendum est. Si tamen non dolo, sed culpa sua facere posse desijt, dicendum est cōdemnari cum non debere. Constat igitur, hanc exceptionem non rectē opponi actionibus ex delicto, iuxta. l. Si rerum amotarum. ff. De re iudicat. Vbi Triphonius, loquens de marito infolidum ob res amotas condemnando: Quoniam (ait) ex malo cōtractu & delicto oritur. Paulus in. l. Si quis dolo. ff. cod. tit. Venuleius in. l. ult. §. ult. ff. Quæ in fraud. credit.

II Ingratitudinis conuicti, non habent hanc exceptionē, sicut nec alimentis digni sunt. l. Alimenta Et. l. ulti. C. De alen. lib.

III Non porrigitur hoc beneficium ad actiones in rem, quod duntaxat in personam conuentis conceditur. Nam is qui rem alienam à se possessam non uult restituere, est in dolo. l. In bonæ fidei. ff. De peculi. Sed paulò antè probatum est, dolum non mereri hoc aut aliud beneficium: Ergo in rem actione conuentus, in solidum condemnandus est. Verum is à quo debitum exigitur, plerunque bona fide potest dicere, non habere se unde soluat, ut illi parcatur.

III Fideiussores hæredes, cæteri que successores, excepto filio in causa dotis, non utuntur hac exceptione ex aliorum persona. l. Etsi fideiussor, & l. Sciendum. ff. De re iudic. l. Verū est. §. Videndum. ff. Pro soci. l. Etiā, in princip. Et. l. Quia. ff. Solut. matrimo. Quia (inquit Paulus) tale beneficium personale est, & cū persona extinguitur.

Procuratores tamen ac defensores eorum qui habent hanc exceptionem, utiliter eam opponūt. Vlpianus in. d. l. Verum est: Sed si (inquit) hic fideiussor, quasi defensor socii iudiciū susceperit, proderit sibi. Nanque Iulianus scribit libro quarto Digestorum, defensorem socii, in id quod socius facere potest, condemnari oportere. Idemque in patroni defensore accipere debere ait. Et utique idem erit in omnibus, qui in id quod facere possunt, conueniuntur. Idem Vlpianus in. l. Alia causa, in prin. ff. Solut. matri. Et. l. Si cum procuratore. ff. De re iudicat.

Inde colligunt Doctores consilium, ut fideiussores talium personarum, si conueniantur in iudicio, nunquam suscipiant litem proprio nomine, sed quod denuncient principali debitori, si fortè ipse uoluerit defendere causam, aut si id recusauerit, ut ipsi procuratorio nomine opponant hanc exceptionem, iuxta. l. Idemque. §. Generaliter. ff. Mandat.

V Cum ipsi quoque actores egestate premuntur, reus conuentus solidum debitum præstabit, etiam si ad inopiam redigatur soluendo. Nam durum est & crudelitati proximum, in necessitate quem debitis suis priuari, quibus nutriatur alter, argu. l. Præses. C. De seruituti. & aq. Vlpianus in. l. Si quis à liberis. §. penult. ff. De liber. agnoscen. De alimentis (inquit) patroni, arbiter solet dari, arbitraturus quantum sit in facultatibus, ut perinde possint alimenta moderari, quæ tam diu præstabuntur, quum diu liberto superest, patrono desit. Apprime autē hoc conuenit cum sententia Pauli Apostoli II. Corinth. VIII.

VI Qui se negat talem qualis est, uel contrà qui simulat se talem qualis non est, imponens Iudici, is utroque mendacio perdit hanc defensionem, & in solidum cōdemnatur. Pomponius in. l. Sed hoc ita. ff. De re iudicat. Quod autē (inquit) de socijs dictū est, ut hi in quan-

tum facere possint condemnentur, causa cognita se facturum Prætor edicit. Causæ autem cognitio in hoc erit, ut negante se socium esse, aut ex doli clausula obligato, non succurratur. Vlpianus quoque uerbis Marcelli probat, filium familiæ mentientem se patrem familiæ ut contraheretur cum eo, in solidum teneri propter mendacium, in. l. Sed si ex parte. §. Interdum. ff. Quod cum eo qui in alien. potesta. est.

Itaque uiderint illi, qui hoc seculo larua magis ac simulatione quadam sese uenditant populo, quam quòd ullum in Republica uerè præstent officium. l. Testamenta eorum. ff. De milita. testat. Vlpianus in. l. Si quis à liberis. ff. De lib. ag. Meminisse autè (inquit) oportet, & si pronunciauerit ali oportere, attamen eam rem præiudicium non facere ueritati. Idem Vlpianus in. l. penult. ff. De his qui sunt sui uel alien. iur. Veritas enim præferenda est hominū sententijs.

Ex quibus omnibus apparet, quàm bona ratione aliquando minus debito consequamur actionibus, ut aliorum quoque ratio habeatur, ne egeant.

Quòd si plures, quibus huiusmodi defensio competit, inuicem agant, melior est conditio rei conuenti, quoniam prior occupauit istam exceptionem ad uitæ subsidium, sicut in minoribus xxxv. annis est petentibus restitutionem. Vlpianus in. l. Verum. §. ult. ff. De minorib. xxv. ann. Paulus in. l. Inter eos. ff. De re iudicat.

Adeò autem naturali ratione debetur plerisque hæc exceptio, si facere possint, ut etiam uolentibus renunciare, non liceat. Vlpianus loquens de marito pacifcente, atque etiam iurante, ut Accursius rectè exaudit: Eleganter (inquit) quærit Pomponius libro decimo sexto ex Sabino: Si pacifcatur maritus, ne in id quod facere possit condemnatur, sed in solidum, an hoc pactum seruandum sit? Et negat seruari oportere: quod quidem & mihi uerum uidetur. Namque contra bonos mores id pactum, melius est dicere. Quippè cum contra receptam reuerentiam quæ marito exhibenda sit, id esse appareat. l. Alia causa est. §. j. ff. Solut. matri.

Itaque sicut per actiones non possunt prædictæ personæ ad extremam inopiam redigi: ita multò minus detrudi possunt propter debitum ciuile in carcerem, ut sic eis quod habent, extorqueatur. Nec quicquam aduersus hæc ualet statutum, aut consuetudo admittens debitores donec soluant, retineri publica custodia, quia secundum naturalem rationem ea uerba sunt interpretanda ex iure Ciuili Romanorum communi, ut prædicti excipiantur, iuxta. l. ij. C. De noxali. acti. Mulieres quoque, propter debitum Ciuile, publicum uel priuatum, non possunt mancipari carceribus. Non, quòd hanc exceptionem omnes habeant, sed ne occasio detur uiolandæ castitatis, ut est constitutum in Auct. Vt nul. Iudic. lice. habe. loci seruato. §. Necessitatem uerò. Et hæctenus de his qui non maioris summæ condemnantur, quàm facere possunt.

DE COMPENSATIONIBVS.

COMPENSATIONES quoque faciunt, ut minus consequatur actor quàm persecutio continet. §. Compensationes. Instit. De actioni. Est enim compensatio, debiti & crediti inter se contributio. l. j. ff. De compensat. Ideo autem (inquit Pomponius) compensatio necessaria est, quia interest nostra potius non soluere, quàm solum repetere. Et Iustinianus dicit, ex bono & æquo habita ratione eius quod inuicem actorem ex eadem causa præstare oportet, in reliquum eum cum quo actum est, cõdemnari. d. §. Compensationes.

Requiritur tamen quòd debitum compensandum sit purum & liquidum. Paulus in. l. Quod in diem, Iabolenus in. l. Quæcunq;. ff. De compensati. Quæcunq; (inquit) per exceptionem perimi possunt, in compensatione non ueniunt. Quare & in paribus delictis, admittitur compensatio. Vlpianus in. l. Si ambo. ff. eod. tit. l. Si duo. ff. De dol. mal.

Fideiussori quoque conuento ius est eligendi, utrum quod sibi, an quod principali debetur, compensare maluerit. Sed & si utrunque uelit compensare, audiendus est. Paulus in. l. Si quid à fideiussore. ff. De compensat. In iudicio tamè depositi, nulla cõpensatio potest opponi. Sed nostra Constitutio (inquit Iustinianus) easdem compensationes, quæ aperto iure nituntur, la-
tius in-

nus introduxit, ut actiones ipso iure minuant, siue in rem, siue in personam, siue alias quascunq; excepta depositi actione, cui aliquid compensationis nomine apponi, satis impium esse credimus, ne sub prætextu compensationis, depositarum rerum quis exactione defraudetur.

Præterea si aduersus patrem uel dominum, ex contractu filiorum seruorumue agatur, quamuis ipso iure non teneantur, utpote qui neq; iusserint, neq; ratum habuerint, neq; in rem suam uersum perceperint, æquum est tamen peculiotenus eos condemnari, hoc est, quatenus est in peculio, ut si minus in eo fuerit quam quod persequimur, minoris condemnentur. Igitur in his speciebus, actiones totum debitum non tribuunt. Peculium autem est, uelut pusillum patrimonium liberorum seruorumq;, quod uoluntate parentum ac dominorum eis permittitur. §. Actiones autem. Et. §. Sunt præterea. Instit. De actioni. Vlpianus in. l. De positi. §. ulti. ff. De peculi.

Est tamen inter hoc persequendi genus, & superiorem exceptionem, præcipua differentia. Quia prædictæ personæ, quarum supra mentio facta est, in solidum quidem conueniri possunt, sed per exceptionem se defendunt, ne maioris summæ condemnentur, quam facere possunt. Parentes autem & domini, de peculio liberorum seruorumue, non solidum, sed hac adiectione, quatenus in peculio est, & conueniri & condemnari possunt. Paulus in. l. Quotiens. §. j. Et in. l. Eo tempore, in prin. ff. De peculi. Vbi loquens de domino latitante, cum nihil esset in peculio, non grauando per immissionem: Quia (inquit) non fraudationis causa lauitat, qui si iudicium acciperet, absolui deberet. Quod diligenter notandum est, propter formam petendi utrobique concipiendam, admonente Bart. in. l. Sunt qui. ff. De re iudicat.

D E N O X A L I B V S A C T I O N I B V S .

NOXALES denique actiones, in solidum non competunt. Igitur pertinent ad hanc diuisionem. Appellantur autem noxales actiones, quæ non ex contractu, sed ex noxia atq; maleficio seruorum, quod pœnam ultimi supplicij non habet, aduersus dominos instituuntur. Veluti, si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut iniuriam miserint, uel damnum dederint. Quarum actionum uis & potestas hæc est, ut si damnati fuerint, liceat eis deditio ipsius corporis quod deliquerit, euitare litis æstimationem. Nisi forte iussu dominorum, aut cum possent non prohibentibus eis, serui deliquerint, quo casu in solidum tenentur. Instit. De noxa. actio. in princ. Caius in. l. j. Vlpianus in. l. ij. & iij. ff. eod. tit.

Cæterum, noxalis actio semper caput sequitur, hoc est, aduersus eum exercetur in cuius potestate est seruus qui noxam admisit. Quod si manumissus interim fuerit, ipse directò tenetur, & extinguitur noxæ deditio. §. Omnis autem. Instit. eod. tit.

Noxa uerò significat in iure pœnam, ex facto fraudulento imponendam, utiq; non capitali: Ut cum noxam dicimus, uideamur simul & damnum fraudulētum, & pœnam pro eo uindictæ nomine infligendam, innuere Iuris intellectu. Quemadmodum pœna quoq; non est sine fraude. Vnde noxæ dedere, pro eo est, quasi dicamus pœnæ tradere, propter uindictam admissi delicti. Et solutū esse noxa, cum quis satisfecerit, uel liberatus sit à delicti uindicta. Item, iudicium in quo sic dedere liceat, noxale nuncupatur. Vlpianus in. l. Quis sit fugitiuus. §. Quod aiunt. ff. De Aedilit. edict. Quod aiunt (inquit) Aediles: noxa solutus non sit: sic intelligendum est, ut non hoc debeat pronunciarī, nullam eum noxam commisisse: sed illud, noxa solutum esse, hoc est noxali iudicio subiectum esse. Ergo si noxam commisit, nec permanet, noxa solutus uidetur. Noxas accipere debemus priuatas, hoc est, ea quæ cumq; committuntur ex delictis, non publicis criminibus, ex quibus agitur iudicij noxalibus.

Noxia tamen, ipsum duntaxat delictum denotat, non etiam pœnam, perinde sicut noxa utrunq; refert. Idem ius de fraude & pœna tradit. Vlpianus in. l. Aliud. ff. De uerbo. signifi. Aliud (inquiens) est fraus, aliud pœna. Fraus enim sine pœna esse potest: pœna sine fraude esse non potest. Pœna est noxæ uindicta, fraus & ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio. Alias autem noxa pro solo damno accipitur, apud Suetonium in Cæsare: Spurinamq; (inquit) irridens, & ut falsum arguens, quod sine ulla noxa sua Idus Martiæ adessent, quanquam is uenisse quidem diceret, sed non præterisse.

R 3 Hinc

Hinc satis apparet, quàm lōge errauerit Tribonianus in Iustinianis Institutionibus, dict. Tit. De noxali. actio. in princ. cum dicit: Noxa autem est ipsum corpus quod nocuit, id est. seruus. Et iterum in. l. ij. C. cod. tit. Si noxali actione conueniantur, ita condemnari debeant, ut aut noxam dedere, aut condemnationes sufferre, habeant in sua potestate.

Optima autem ratione permiffum est noxale iudicium, cum sanè iniquum esset, nequitiam seruorum, ultra ipsorum corpora dominis innocentibus damnosam esse, ut rectè dictum est Instit. eod. tit. in princi.

DE PRAE IUDICIALIBVS ACTIONIBVS.



PER AEPRETIVM est hunc locum non praeterire, cuius Iustinianus quoque meminit in. §. Prae iudiciales. Insti. De actioni. Nam & Iudicis, & litigatorum cum primis interest scire, quo ordine quaeque persecutio tractanda sit in iudicio. Itaque praedictum à pra & iudico, dicitur res quae cum statuta fuerit, asserti iudicaturis exemplum quod sequantur, autore Aconio Praediano. Vnde Leges Romanas, uelut exempla secundum quae nunc quoque oportet omnes factorum species diffiniri, rectissime dixerimus praedicta.

Quocirca non ab re illud dici solet: Non parum multum referre quid in huiusmodi praedictis statuatur, & quàm diligens deliberatio adhibeatur. Nam graue praedictum est, quod iudicium non habet. Quintilianus quoque multa de praedictis tractat.

In Iure autem Ciuili, quod non uerborum duntaxat, uerum etiam rerum significationem, ac illam quidem cum primis, expendit, aliquantò crassius accipimus praedicta: Videlicet pro cognitionibus causarum, quas ob legitimas rationes praecedere oporteat, si fortè cum alijs concurrant. Ut non admodum referat ob quam causam praecedant, modò sic exigat iuris autoritas, propter iudiciorum ordinem.

Hinc actiones praedictales appellantur, quarum diffinitio: aliàs sit allatura prorsus finè: aliàs certam datura formam sequentibus controuersijs, aut si qua alia sit legitima ratio, quare praeter ceteris persecutionibus etiam diuersis à proposito facto, expediri debeant. Nam & tunc praedictales uocantur, uidelicet, quia antea de eis iudicandū sit, quàm ullae aliae actiones ab eodem, aduersus eundem, intendantur apud Iudicem.

Tametsi enim regula sit: neminem prohiberi pluribus actionibus uti in eodem iudicio aduersus debitorem suum. Item licere aduersario reconuenire actorem, ut compendio litis una sententia, unicuique ius suum tribuatur: Aliquando tamen cessat hoc ius. Nec mirū, quoniam in praedictis, aut maior dirimendarum litium utilitas, aut certè ineuitabilis necessitas uersatur, quae non sinit praedictam regulam habere locum: Imò, quae dispendij plus quàm compendij fuerit allatura.

Interim admonendi sumus, quòd praedictorum ratio habetur, non solum cum agendo aliquid persequimur, sed etiam cum excipiendo defendimus, aut replicando, aut duplicando. Nihil enim refert quomodocumque in iudicium fuerit deductum aliquid, quod iudex animaduertat tale esse, ut debeat primo loco definiri, nec sit cum alia causarum cognitione miscendum. Enim uerò uerissima est in genere praedictorum regula: Etiam eum uideri agere, qui exceptione utitur, ut dicit Ulpianus in. l. j. ff. De exceptio. Et hoc est quod idem Ulpianus in. l. Generaliter. ff. eod. tit. Generaliter (inquit) in praedictis, actoris partes sustinet, qui habet intentionem, secundum id quod intendit. Habere intentionem dicitur, qui ius habet praefendum in iudicando, modo probauerit id quod intendit & allegat, siue sit actor, siue reus conuentus. Vnde Ulpianus in. l. Sed & hae. §. Non solum autem. ff. De procurat. uidetur distinguere praedictum ab actione.

Vt ecce: Si quis uendicat fundum aut domum, simul etiam petat uiam ad eundem fundum, uel seruitutem aliquam domus: Certè praecedet cognitio proprietatis, allatura prorsus finem sequentibus seruitutum controuersijs. Quia non aliter mihi uiam probaturus sum, quàm si prius probauerim fundum Titianum meum esse, ut cui seruitus debeatur. l. Fundum. Et. l. Fundi. ff. De exceptioni.

Eadem

Eadem ratione: Si quis intendat quancunque actionem, et reus conuentus alleget dolo malo eum petere, aut metus causa promissum esse quod exigit actor, aut conuentum fuisse inter controuertentes, ne unquam ea res peteretur. Hæc nanq; sunt exceptiones præiudiciales, allaturæ totius litis finem si probatæ fuerint. Igitur primo loco tractandæ sunt, quæ aliàs uocantur peremptoriæ, à perimenda causa in iudicium deducta: aliàs perpetuæ, quia semper locum habent nec euitari possunt. l. ij. ff. De exceptioni. §. Appellantur. Instit. eod. tit.

Itē, Si quis agendo uel excipiendo controuertat de statu aduersarij, utpote, si asseratur aut negetur seruus, libertus, uel filius. Ante omnes bonorum quæstiones, quæ tum fortè in iudicio uersantur, huiusmodi personarum iura discutienda sunt, secundum quæ reliquis disceptationibus datur forma iudicandi. De his actionibus loquitur. §. Præiudiciales. Instit. De actioni. Replicationis uerò exempla sunt in. l. Præses. C. Ad leg. Fau. de plagia. Et in l. Quoniam Alexandrum. C. Ad Leg. Iuli. de adulteri. Vbi Alexander accusatus de adulterio, opposuit aduersus accusatorem exceptionem de lenocinio, hoc est, quod uxorem suam post comprehensum adulterium retinisset. Replicauit accusator, Alexandrum esse seruum, qui in tanto crimine obijciendo non esset audiendus. Hæc replicatio præiudicialis est, uariatura totam causam.

Deniq; inter multas actiones si uia aliqua sit longè maxima, eam sanè præferri oportet. Commodius enim est magnas res quæ multum lædere possunt, non misceri leuioribus, sed seorsum tractari, iuxta regulam. l. Per minorem. ff. De iudic. Per minorem causam (inquit Paulus) maiori cognitioni præiudicium fieri non oportet. Maior enim quæstio, minorem causam ad se trahit. Vnde petitio hæreditatis præfertur alijs causis specialibus. l. ult. C. De petitio. hæredita. Et causa criminalis, præcedit ciuilem, sicut etiam matrimonij, reliquas bonorum quæstiones. l. ult. C. De ordin. cognitio. Nisi tamen ex causa criminali agatur ciuiler, hoc est, de re familiari. Nam interim criminalis illa ab eodem auctore aduersus eundem reum criminaliter exerceri non potest. l. Interdum. ff. De public. Iudici. Interdum (inquit Paulus) uenit ut præiudicium in publico iudicio fiat, sicut in actione legis Aquiliæ, & furti & ui bonorum raptorum, & interdicto unde ui, & de tabulis testamenti exhibendis. Nam ex his causis & ciuiler, & criminaliter potest agi. Humanius autem est Ciuilem præferri.

Sic & Neratius in. l. Rei maioris. ff. De exceptioni. Rei maioris (inquit) præiudicium fieri uidetur, cum ea quæstio in iudicium deducitur, quæ uel tota, uel ex aliqua parte communis est quæstioni de re maiori. Itaq; si partem fundi petas, ego de proprietate totius fundi excipiam: Certe mea exceptio maior est actione, adeoq; rem petitam complectitur totam. Ergo rectè præiudicialis censetur. l. Fundum. ff. eod. tit.

Quorsum igitur pertinent præiudicia? Respondeo: Huc spectant, quò & cumulationes actionum & mutarum conuentiones, deniq; & totius iudicij ordo, uidelicet ad dirimendas celesiter lites hominū. Ut tractatur in tit. C. De ordi. cognitio. Quomodo em̄ cōmodius ac citius diffiniantur controuersæ, quàm si ordo seruetur? Qui autem melius seruabitur ordo, quàm si euitetur concursus earum causarum quarum altera alteram confunderet?

Quamobrem si absolutam maximeq; compendiosam doctrinam uolueris de cumulationibus actionibus colligere, hæc fuerit: Vbicunq; non obstiterint præiudicia, ibi regulariter nihil uetat plures actiones uno iudicio diffiniri.

Require aut̄ de cumulatione latius apud Bar. in. l. Edita. C. De edend. Vbi dicit: Cumulatione esse unius actionis ad aliã coadunationē. Et in. l. Naturaliter. §. Nihil cōmune. ff. De acquiren. possessio. l. Non est nouū. ff. De actionib. empt. l. Diximus. ff. De excusat. tuto. Et l. Cum plures. ff. De legat. ij. Dynus tractat in. c. Nullus pluribus, De regul. iur. lib. vi.

Generaliter igitur sic dicendum est: Siue actiones multæ sint, siue uia tantum, siue contingant sese (ut uocant) in factō, siue non se contingant, siue sint allaturæ aliq; causæ formam, siue non sint: quæ distinctiones Doctorum non admodum utiles sunt: semper censenda est actio præiudicialis, quæcunq; ex iuris præscripto præferri debet in cognitione. Vnde Papius in. l. Imperatores. ff. De priuilegi. credito. ipsam Reuēdicationem uocat Præiudicium: Nimirum, quod in replicatione per quam actor dicit alienationem bonorum suorum inuidam esse, naturam induit Præiudicialis.

Cæterum, ubi fit mentio in Iure præiudiciorum absolute, nulla addita specificatione: tunc regulariter propter eminentiam, sunt intelligendæ tres illæ actiones de statu personarum, ut in. §. Præiudiciales. Insti. De actioni. l. Sed & hæ. §. Non solum. ff. De procur. Et. l. j. §. j. ff. De Reiuendica.

Postremo, non est ignorandum: Quòd huius uerbi significatio latius porrigitur similitudine quadam, ut præiudicium dicatur pro omni grauamine, quod adferre possit præcedens iudicium, ut in. l. Sæpe. ff. De re iudica. l. j. C. Res inter ali. act. alibi sæpe. Inde dicimus præiudicari, pro damno adfici.

Q V I S S I T V S V S H O R V M L O C O R V M
in actionibus exercendis.

E P I L O G V S.



ERE olim de Atheniensibus dictum fuit, habuisse quidem eos magnas diuitias, sed non rectè usos fuisse unquam. Quod & Ciceroni in philosophis eorum magnopere displicuisse, nō uno in loco monumetorum eius uidere licet. Quandoquidem sibi magis quàm alijs philosopharentur, nihilq; disputationes eorum in forum & Ciuilem usum conferrent. Idem certe nuper euenit in formulis actionum, & toto prorsus Iure. Multi enim multa scripserunt in titulum de actionibus, quem omnes difficillimum pronūciant. Nemo autem uerum & Ciuilem usum fori ostendit. Sunt qui terminos actionum uocant has diuisiones, quasi in solis uerbis uersentur. Quod ridiculum est auditu. Proinde, sic breuiter accipe. Nulla actio in forum rectè producitur, quæ nō prius ad hos locos cōmunes diligentissime fuerit exacta, quātum ad generalē cognitionē attinet. Vt inde uideas qd specialiter statuat Lex, in hisce eisdē locis de unaquaq; actione, quam intendis.

Primum igitur, uerte cogitationē ad auctoritatem Iuris: ut scias te salua conscientia habere actionē, quā Iudex quoq; in foro repudiare non possit. Ad hoc tibi deseruiet diuisio. I. & II. Vtraq; enim indicabit generaliter, quo Magistratu quæq; actio fuerit producta.

Deinde, ut scias utrum actio quam intendis tibi competat, an alij magis. Item, an aduersus eum quem conueniendum putas: usui erunt diuisio. III. &. IIII. V. & VI. Nunquam enim rectè adibis Iudicem, nisi causam tui iuris, hoc est, quod tibi debetur, & aduersarij personā, prius apud te constitueris quodam ueluti præiudicio.

Rursus, moriuntur sæpe principales debitores, quare si fueris anxius, an hæredes debitoris defuncti conuenire tibi liceat. Aut si tu ipse carnis debitum persoluas Deo, si tui hæredes dubitauerint, an ne agere possint aduersus debitore, aut ceptum Iudicium proficere, adeunda est diuisio VII.

Præterea: Cum iam actionem habes, & inuenisti aduersarium, deliberandum est quid ab eo petere oporteat. Huc pertinent diuisio. VIII. IX. X. & XI.

Deniq; de fine & exitu cogitandum est diligenter, & cum primis, quanquam in executione sit ultimus. Quid autem generaliter in hoc de omnibus actionibus, & in speciem ex diuisionibus Legum de singulis requirendum sit, reliquæ diuisiones monstrabunt.

Itaq; cum sic omnes actionum species per hos locos, quales sint, rectè dijudicaueris, utq; semper pro usu rerum obuiæ sint, in classes eas digesseris, tum ne dubites te tertiam & potissimam totius Iuris partem, rectè tenere.

Porro, omne us quo utimur, scriptum & non scriptum, aut ad personas, aut ad res, aut ad actiones pertinet. §. ult. Insti. De iur. natura. Genti. & Ciuil. l. j. ff. De stat. homi.

Semper autem memento in hoc præiudicio quod de actionibus feceris: Vt nusquam putes te naturam cuiuslibet actionis probe tenere, nisi totam eius formulam ad omnes hosce locos, uelut ad prædicamenta quædam ad amussim exegeris. Quod sæpè sefellit Doctores, cum de actione non uisa tota Lege (ut dixit ille) pronunciarent, ut cum docerent in dijudicandis actionibus personam actoris respiciendam esse, iuxta. l. j. §. j. ff. Si pars hæredita petat. Quia hoc aliquo casu uerum esse potest, sæpè tamen non obtinet, Nam aliàs rei persona inspicitur. l. j. C. De alie. iudi. mutan. causa facti.

Quare

Quare ne latius digrediar: cum tutissimam censuram de omni actione facere uolueris, totam eius formulam per omnes locos expendere, & tum de natura eius statue.

DE FORMVLA LI BELLIPER QVEM EDITVR ACTIO.

QVOTVPLEX SIT VSVS HVIVS
VOCABVLI.



ON POTEST actio in forum perducī apud Iudicem, nisi formula quādam uerborum ex scripto aut non scripto, quā hodie quoq; diligentissimē obseruandam esse, suprā probauimus. Itaq; ad causam formalem necesse fariō pertinet, ut libellorum quoq; præceptiones absoluauius.

Qua in re, cum prisca libellorum formulas non habeamus, & mirum dictu, quā usus in iudicijs multa uariauerit, pleraq; etiam corruerit circa libellos: nos communes Doctorum sententias, iure tamen probatas, & seletissimas (quoad possumus) Legum consequentias sequemur, adhibentes consuetudinem non errore, sed ratione comprobata.

Vsus autem uocabuli huius est multiplex: qua de re primum omniū dispicere oportet.

I Libellus pro tabella fidei commissaria, hoc est, in qua fidei commissum scribit testator, accipitur in l. j. in prin. ff. De tabu. exhibend. Item si libellus (inquit) aliud uē quid relictum esse dicetur, decreto comprehendam. Et in l. Et in epistola. C. De fideicommissi. Et in epistola (dicit Imperator) uel breui libello, uel sine scriptura, imō etiam nutu, fideicommissum relinquī posse, adhibitis testibus, nulla dubitatio est.

II Libellus, appellatur commentarius in sacras literas, in c. ij. in princ. De summ. trini. & fid. catholic. Damnamus ergo (inquit Innocentius) & reprobamus libellum seu tractatum, quem Abbas Ioachim edidit.

III Scheda supplex, quam uulgo supplicationem dicimus, qua populares postulata sua principibus exponere solent, appellatur libellus, in Tit. C. Quan. libell. princip. dat. litis constat. faci. Et in l. Non distinguemus. §. Cum quidā. ff. De arbi. Libello (inquit) cuiusdam id quærentis, Antoninus subscripsit.

Hinc fit, quōd hi qui in huiusmodi libellorum negotio subseruiunt, à libellis uocantur. l. Rescriptum. ff. De distractio. pigno. Rescriptum est (ait) ab Imperatore, libellos agente Papiniano. Erat autem Seuerus Pertinax, cui Papinianus aderat à libellis, quem filius eiusdem Imperatoris tyrannica sæuitia interfecit. Hac significatione Iurisconsultus in l. Nec quicquā §. Vbi decretum. ff. De offic. Proconsu. & legat. Et in l. Omnia. ff. De regul. Iur. sic tradit: Quōd omnia quæcunq; causæ cognitionem desiderant, per libellum expediri non possunt, hoc est, per solam supplicationem præstari nequeat, non audita parte aduersa. Quas Leges etioqui non obscuras, Accursius inuoluit ignorantia huius significationis. Adde. l. Semper. §. Demonstratur. ff. De iur. immunita.

III Libellus pro assertoria epistola accipitur, quam uulgo credentiam uel certificationem uocamus, cum superior Magistratus fidem facit pro subdito, uel etiam pro alio. l. Si publicanus. §. De rebus. ff. De public. & uectig. De rebus (inquit) quas in usus aduehendas sibi mādant præfides, Diuus Adrianus præsidibus rescripsit: Vt quoties quis in usus, aut eorum qui prouincijs exercitibusq; præfunt, aut procuratorum suorum, aut usus sui causa mittet quendam empturum, significet ipsi libello manu sua subscripto, eumq; ad publicanum mittat, ut si quid amplius quā mandatum est transferret, id municipum sit.

Hanc assertoriam epistolam ab Episcopo clerici habere solent. l. Si qua per calumniam. §. Præterea iubemus. C. De epis. & cleric. Et in l. j. C. De mādāt. princi. Omnes (inquit) sciāt, nemini quicquam, nisi quod scriptis probauerit, esse credendum.

Libel.

V Libellus dicitur qui Iudicis recusandi causa porrigitur à litigatoribus. l. Apertissimi. C. De iudici. Liceat (inquit) ei, qui suspectum Iudicem putat, antequam lis inchoetur, eum recusare, ut ad alium recurratur, libello recusationis ei porrecto.

VI Libelli appellatorij uocantur porrecti à litigatoribus, in. l. j. §. ulsi. ff. De appellati. Libelli (inquit) qui dantur appellatori, ita sunt concipiendi, ut habeant scriptum, & à quo dati sunt, hoc est, quis appellet, & aduersus quem, & à qua sententia. Et alibi sæpe in eodem titulo, sic dicuntur libelli.

VII Literæ dimissoriæ siue apostoli, uocantur libelli, in Tit. ff. De libell. dimisso. Post appellationem enim interpositam, literæ dandæ sunt ab eo à quo appellatum est, ad eum qui de appellatione cogniturus est, quarum sensus talis est: appellasse puta Lutium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. l. j. ff. dict. tit.

VIII Libellus appellatur quem maritus uxori, aut cõtrà uxor marito repudiij causa mittit, cuius fit mentio in. l. Si pœnituit. ff. De diuorti. his uerbis: Si pœnituit eum qui libellum tradendum diuortij dedit. Et Christus Matthæi. v. Quicumq; (inquit) repudiauerit uxorem suam, det illi libellum diuortij.

IX Scripturæ famosæ, hoc est, in contumeliam alterius editæ, libelli famosi dicuntur, in Tit. ff. & C. De Famof. libell.

X Libellus appellatur scheda intimatoria, uidelicet, quæ in foro aut ualuis ecclesiarum proponitur: inuenisse puta Sempronium annulum aureum, eiq; cuius est redditurum, ut dicit. l. Falsus. §. Plerique. ff. De furt.

XI Oratio consultoria, qua boni Imperatores olim complecti solebant ea, quæ de rebus arduis ad Senatum Romanum censenda referebant, libellus dicitur, in. l. Itē ueniunt. §. Præter hæc. ff. De petiti. hæred. Pridie Idus Martias (inquit) Quintus Iulius Balbus, & Publius Iubentius Celsus, Titius Eufidius, Onerius Seuerianus Consules, uerba fecere de his, quæ Imperator Cæsar Traiani Perthici filius, Diui Neruæ nepos, Adrianus Augustus Imperator maximusq; princeps, proposuit quinto nonas Martij, quæ proximæ fuerunt, libello cõplexus est quid fieri placeat. De qua re ita censuerunt. Huius orationis in eo Tit. fit mentio. l. Illud quoq; in princip. Illud quoq; (ait) quod in oratione Diui Adriani est.

XII Speculator in Tit. De libello. concepti. §. Quot autem modis, citat. l. Iudices. C. De episco. audienti. Iudices (inquit) dominicis diebus productos reos de custodia carcerali uideant, & interrogent, ne his humanitas clausis per corruptos carcerum custodes negetur. Victualem substantiam non habentibus faciant ministrari, libellis duobus aut tribus diurnis. Sed certè de libellis illis, nihil ad rem propositam, & errat tota uia, hallucinatus in similitudine terminationum.

Libellis autem, eo loci (ut hoc obiter dicamus) est numerus pluralis à libella, pro libra: ut sit mensura tritici, quæ uno die sufficere possit ad uictum. Sic & apud Græcos chænix, erat sesquelibra, pertinens ad æstimationem uictus diurni, sicut Alciatus annotauit.

XIII Libellus dicitur scriptum continens intentionem actoris aduersus reum conuentum in iudicio. De hoc libello hic fuerit tractandum.

Q U I D S I T L I B E L L U S .



RECTE diffinias libellum hoc modo: Est formula scripti, complectens actionem & futuræ litis speciem in iudicio. l. j. C. De edend. Neq; uerò tam curiose laborandum hic est, ut pleriq; faciunt. Nam libellus nihil aliud facit, quàm quòd ius illud persequendi exhibet Iudici cognituro de causa. Siquidem non potest cognoscere, nisi intelligat actionem. Et intelligere non potest, nisi aut dicatur

dicatur, aut scribatur. Ex scripto, constat libellus: Ex non scripto, causæ nudis uerbis conuertentium tractantur.

Est autem libellus duplex: Conventionalis, & accusationis seu inscriptionis. De libello cõventionis, loquitur. l. j. ff. De edend. Et. l. j. C. eod. tit. De inscriptione uerò tractatur in. l. Libellorum. ff. De accusatio.

Optima autem ratione Doctores iuris tradunt, libellum hunc nihil aliud esse quàm Syllogismum. Ut ecce, cum ita dicimus: Iure statutum est, possessorem iustum rei alienæ teneri ad restitutionem eius, domino rectè uendicanti. Sed Titius possidet me inuito & iniuste rem meam, nec uult restituere: Quare peto Titium condemnari, & compelli, ut mihi eandem rem restituat. Hic uides maiorem propositionem, ininorem, & conclusionem. Vides item nomen rei uendicationis satis expressum.

Porro hac simplicitate in edèda actione olim usos fuisse ueteres, multa rerum argumenta sunt. Et inde causam habet illa disputatio: Vtrum etiam hodie sit exprimendum in libello nomen actionis? Nam si nominatim explicanda sit actio, non potest id commodius fieri quàm in maiore propositione, ut quidam Doctores optimo iure probant, etiam nunc idem faciendum esse, quod olim uidelicet, ut Iudici & aduersario statim à fronte scripti declaramus, quo iure perueniamus ad iudicium.

Sed posterioris seculi usus, imo si uerum fateri uelimus, ignauia eorum, qui plerūq; nesciuerunt quam actionis speciē intenderent, rem eò perduxit, ut pro Syllogismo, utamur nunc Enthymemate, hoc est, mutilato Syllogismo, cuius prior pars dicitur antecedens: posterior uero consequens. Narratur enim plane factum, deinde inferitur petitio, quam conclusionē uulgò dicunt. Multum autem refert quid petatur, iuxta legem. l. ult. C. De fideicommissa. libet. ut inferius dicitur.

Mirum autem dictu est, quàm ex his exiguis initijs res excreuerit in immensum. Quo fit, ut & nos cogamur de libellis prolixius tractare, ut recepto usui deseruiamus, simul etiam ut indicemus quàm multa possint ad mediocritatem quandam reduci magno Reipublicæ commodo.

Q V A E R E Q V I R A N T V R A D I V S T A M
L I B E L L I F O R M A M.



PRIMO loco Iudex titulo suo designandus, atq; reuerenter salutandus est. Plerunq; enim ex officio Magistratus certior fit demonstratio, quàm ex nomine uel etiam cognomine, quandoquidem Magistratus, solet hominem facere notum, etiam ijs qui nomen eius ignorant, argu. l. Qui habebant. ff. De reb. dub. Quod latius tractat Bar. in. l. Demonstratio. ff. De cond. & demonstrat. Quò pertinet quòd Iuriconsultus in. l. Si in Iudicis. ff. De iudici. probat non ideo minus ualere iudicium, quòd in Iudicis nomine, uel prænomine erratum est, modo de persona eius conueniat inter litigantes. Accedit. l. Si in rē, ad fi. ff. De rei uendica. Et. §. Siquidem in nomine. Instit. De legat. Si quidem (inquit) in nomine, cognomine, prænomine, agnomine legatarij testator errauerit: cum de persona constat, nihilominus ualet legatum. Sic error in nomine contractus nō nocet, si alioqui per alias demonstraciones satis appareat, ut multis exēplis probat Bar. in. l. j. §. Quibus autē. ff. Quod cuiusq. uniuersi. nomi. Si ergo præmittat nomē propriū Iudicis de q̄ non potest recte dubitari, ualet quidē libellus. Et ita in multis locis officia tm̄ designantur.

De nomine autem actoris non esse necessarium fieri mentionem in libello, Doctores post Baldum existimant in. l. Edita. C. De edend. Nam actor certus est, cum semper is intelligatur qui porrigit libellum nomine suo & petit aliquid. Quod probabile est, si quis suo nomine libellum exhibeat. Procurator uerò, nomen sui principalis adijcere debet.

Sed quid si impersonaliter dicat hoc mō: Præsens libellus exhibet? Etiā hūc libellum ualere asserit in. d. l. Edita, argumēto stipulationis, quæ (quantū ad stipulantē attinet) impersonaliter pōt cōcipi. l. ij. C. De cōstit. pecun. Idem sentit Bar. in. l. Cōpetit. §. In summa. ff. Qd̄ ui aut clam. Communis tm̄ iudiciorum usus habet: Qd̄ libelli & reliquæ scripturæ in tertia

TIVS

TIVS TITIVS EXHIBET. HVNC LIBELLVM, exemplo. l. Libellorum. ff. De accus. Apud illum (inquit) Prætozem uel Proconsulem Lutus Titius professus est se Meniam Lege Julia de adulterijs ream deferre. Vtram autem formulam sequi malueris, liberum tibi est, ut in prima, uel in tertia persona scribas libellum, quæadmodum in. l. Proxime. ff. De his quæ in testa. delent. Rogo domine imperator (inquit Iunius Zeno legatarius) audias me patienter de legatis quid statuas.

Illud autem distinguendum est, utrum proprio, an procuratorio nomine quis libellum porrigat, & num in re suam, an alterius agat, & cuius procurator sit. Hæc enim ut sciat, interest rei conuenti. l. Pomponius scribit. §. Rati habitionis autem, cum. §. seq. ff. De procurato. l. Exigendi. C. Mandat.

De nomine denique rei conuenti sic distinguunt in. d. l. Edita. Siquidem in iudicio contradictorio, cum agitur aduersus certam personam, nomen rei conuenti oportet libello complecti, iuncto cognomine, & si qua opus est certiore demonstratione, ut cesset omnis ambiguitas. l. De unoquoque. ff. De re iudicat. Idem iuris est, si aduersus plures agatur, quorum causa communis est ex communi contractu, unde nascitur obligatio multorum reorum, de qua tractatur in tit. ff. Et C. De duob. re. Et in. l. j. C. De fideiuss. tuto. uel curato. Quocirca dicit eleganter Bart. in. l. Si pluribus, in princ. ff. De legat. ij. Quod libellus rectè completitur plures reos etiam in solidum, modo adiciat actor se non nisi unam debiti solutionem exigere.

Ad hæc, si causa ex communi delicto est communis, nihil prohibet in plerisque casibus, multos reos facere. l. Nihil. §. Cum alterum. ff. Ad leg. Jul. de adulte. Non tamē (inquit) prohibetur accusator simul cum adultero uel adultera, eum quoque accusare, qui domum præbuit, uel consilio fuit ut crimen redimeretur. His ergo casibus sicut plures conueniri possunt. l. j. C. Si plur. un. senten. condem. sint. Ita omnium nomina, cognomina, & cæteræ demonstrationes, ad formam libelli pertinent.

Cæterum, si agatur in iudicio aduersus incertam personam, quo nomine libellus porrigitur, uel iure scripto, uel consuetudine: hoc casu non est opus quempiam nominare. Auçt. Si omnes. C. Si ut se ab hæredi, abstine. l. Si pupillus. §. Proscribere. ff. De institut. actio. c. ult. De electi. lib. vi.

Denique & hoc scire debemus: quod si quis uniuersitatem, puta ciuitatis, conuenire uelit, non est necessarium omnia ciuium nomina in libello comprehendere: sed sufficit præsentium seu Magistratum officia exprimere, hoc modo: **MAGNIFICE DOMINE IVDIX: EGO SEMPRONIVS EXHIBEO HVNC LIBELLVM ADVERSVS CONSVLES TOTVM QVE DECVRIONVM SEV SENATVS ORDINEM TALIS CIVITATIS.** Ita pulchre tractat Bart. in. l. j. C. De iur. reipublic. lib. xi. Adde, quod principalium tantum reorum facienda est mentio, non aliorum ex necessitate. l. Si suspecta, in prin. ff. De inofficio. testamē. Auçt. Nunc si hæres. C. De litigio.

Sed quid de Syndico dicemus? Respondeo, debet uniuersitatis nomine libellum concipere, sicut de Economo & quouis alio ius publicum, uel uniuersitatis, aut ecclesiasticum persequente, notantur in Auçt. Sed hodie. C. De episcop. & cleric. Actiones (inquit) contra ecclesias propositas, Economis suscipientibus. Et in. c. Literæ tuæ. De dilationi. Idem (ait) Archipræsbyter contra nobiles uiros A & G libellum, ecclesiæ suæ nomine obtulit.

Syndicus autem dicitur defensor Reipublicæ uel uniuersitatis, sicut is qui agit, Græcis dicitur Ecclicus, quem uulgo procuratorem fisci dicunt, cuius mentionem facit Cicero lib. epistola. xiii. ad Thermum Proconsulem: Legatos (inquit) audio missos esse, sed non Ecclicos, ut aliquid cõfici possit. Arcadius quoque in. l. ult. ff. De muneri. & honorib. appellat Syndicos, defensores: sicut & Constantinus in. l. Nullus. C. De decurio. lib. x. Et ideo Iustinianus de his inscripsit tit. in Auçt. De defenf. Ciuitatum.

SECUNDO: Ad formam libelli cum primis pertinet, ut factum exponatur tale, quod si probatum fuerit, constet actorem iure experiri aduersus reum conuentum. Ex facto enim ius oritur. l. Si ex plagis. §. In cluuo. ff. Ad leg. Aquili. Et diuersitas rerum uel personarum, uarietatem iuris inducit. l. Iururandum & ad pecunias. §. Non semper autem. ff. De iureiurand. Proinde si casum seu factum summamim cõplectaris uno orationis cõtextu, fit abso-

fit absolutus libellus. Sin autem singulis articulis singulas causæ circumstantias in specie describas, fit articulatus libellus, ut infra dicemus.

Vtroq; autem modo curandum est actori, ut edat libellum aptis uerbis, argu. l. Sed & si pupillus. §. Proscribere. ff. De instit. action. Et ut in explicando facto utatur uocabulis causæ deseruientibus minime que superuacaneis, semper ueritate coniuncta, argumen. l. ulti. C. De donationi. Item. l. ulti. §. In refutatorijs. C. De appellation. Et est exemplum naturale in. l. Veteres. ff. De itine. act. uq. priuat. Quorsum enim attinet uerbosis scriptis animum Iudicis & causam totam implicare? l. ij. §. Per contrarium. C. De ueter. iur. enuclean.

Præterea cum actori regulariter probanda sint omnia in libellum congesta. l. Actor. C. De probati. l. Qui accusare. C. De edend. cum similibus, quid stultius est quam citra necessitatem multis sese probandi oneribus subijcere? Et sanè quæadmodum satius est paucos bonos, quam multos malos habere ministros. c. penult. De ætat. & qualitat. Ita longè utilius fuerit pauca ad causam scribere, quam multa extra rem congerere.

Superuacanea sunt quæ sic dici solent: facit, exhibet & proponit. Item, tentus, habitus, æstimated, ac reputatus, & similia quibus scripta quadruplicantur. Sed uis scire causam huius erroris? Dicam breuiter. Videtur ignorare pleriq; causidici (exceptis semper grauib; & eruditis causarum patronis) singulas res singulis appellationibus designare. Multa igitur congerunt, ut saltem uno rectè usi fuisse uideantur. Quemadmodum cæcus incedens huc atq; illuc diuertit, semper timens ne impingat.

Libellus itaq; qui legitimam agendi causam, hoc est, talem facti seriem continet, ex qua iure scripto uel consuetudine sit prodita actio, per Iudicem admitti solet. Alioqui si nullum in eo ius persequendi appareat: ineptus & citra spem emendandi inutilis, nullo modo recipiendus est, etiam si aduersarius nihil opponat. l. j. ff. De officio. assessor. Officium assessorum in iudicandis quoq; libellis uersatur. l. ulti. in fi. C. Vt priua. titu. prædi. suis uel alien. Vbi loquens Imperator de non accusandis his qui permissu legis titulos temere impositos deponunt uel frangunt: Decernentes (inquit) Iudices, eorumq; officia tricenis libris auri mulctari, si talem accusationem uel admittant, uel depositam scribi concedant. Accedit pulchrè textus in. l. Cæteræ. §. j. ff. Famili. erciscund. Sed Iudex omnino interponere se in his non debet. Boni enim & innocenris uiri officio eum fungi oportet. Tantundem faciet in libris improbatæ lectionis, magicis fortè uel his similibus. Hæc enim cuncta statim corrumpenda sunt. Adde l. Si extraneus, in fi. ff. De iu. dot. Nec enim quisquam Iudex &c.

Sunt & rationes ad manum. Quia nemo sine actione potest experiri. l. Non omnis, Et. l. Pecuniam. ff. Si cert. petat. l. Decem. ff. De uer. obli. Nec igitur in potestate Iudicis est talem admittere libellum. Præterea cum sententia debeat esse conformis libello. l. Vt fundus. ff. Cõmu. diuid. l. ulti. C. De fideicommiss. libert. Sequeretur necessario ex inepto libello, inepta sententia. Bar. in. l. Si præses, in fi. ff. De pœ. Et hinc est quod doctores in. c. Examinata, De iudi. probant, exceptionem inepti libelli posse etiam post sententiam opponi. Citant inter alia. c. Cum delicti. De empt. & uend. Et extat de eadem re consi. Angel. CCXVIII. Inci. Quod exceptio. Innocentius in. c. j. De officio. uica. dicit: Quod quãdo manifestum est actorem non habere ius agendi, quanquam libellum secundum formam iuris effinxerit: non tamen esse admittendum. Cui subscribit Bald. in. l. ij. §. Sed quia ueremur. C. De iuramen. calum. existimans Iudicis officio incumbere, ut lites sine calumnia procedant, etiam nemine postulante. Et propterea calumniosum actorem (ubi hoc constiterit) citra ullam exceptionem à limine iudicij repellendum esse, arg. l. j. §. Et hoc edictum. ff. Si muli. uent. nomi. in possess. calum. caus. esse dicat. Et. l. ij. §. Quod si libelli. ff. De accusa.

Prædicta autem omnia, de exceptione rei conuerti repetenda sunt. l. ij. §. Ibidem. ff. Ad exhib. Ibidem (ait) subiungi Iudicem per arbitrium sibi ex hac actione commissum etiam exceptiones æstimare quas possessor obiicit. Et si qua tam euidentis sit exceptio, ut facile repellat agentem, debere possessorem absolui. Si obscurior, uel quæ habet altiorẽ quæstionem, differendam in directum iudicium, re exhiberi iussa.

TERTIO: In causis criminalibus necessarium in libello adijcere locum & tempus admissi criminis, nec sine his ullo modo potest ualere, etiam reo nihil excipiente, hoc est, ipso iure non ualet, ut secundum Bar. Iason cum alijs probat in. l. Edita. C. De eden. per. l. Libellorij.

S in prin.

in prin. Dum dicit: consul & dies. Et in. §. Quòd si libelli. ff. De accus. Cum enim utatur uerbo presentis temporis, quale est (abolitur) significat libellum sine loco & tempore ipso iure nullius momenti esse. Et hæc uera sunt ubi criminaliter agitur.

Quid autem si de crimine ciuilitate intentetur actio? Respondeo, Duplex hæc est quæstio: Altera, num & in libellis actionum ex delicto quolibet oporteat inferere tempus & locum? in quo articulo Doctores cum Bar. sentiunt utrumque exprimendum esse. Nam & in ciuilibus actionibus quæ infamant de iure uel de facto, idem obseruandum esse, Bart. pulchrè probat in. l. Prætor edixit. ff. De iniur. Altera uerò quæstio est, an libellus in hac specie sine loco & tempore, ita sit ipso iure nullus, ut etiam sine exceptione aduersarij sit repudiandus? De hoc inter Doctores non satis conuenit. Iason tamen secundum Fulgosi & Francisc. Areti. in. l. Edita. C. De edend. mitiorem amplectitur partem, uidelicet, quòd ope exceptionis elidendus sit libellus per aduersarium. Sed in hoc plus potest solius iuri boni, & Iudicis arbitrium, quam omnes Doctorum disputationes.

Denique uidendum est utrum libellus ex defectu temporis & loci inualidus, possit suppleri & (ut ita dicam) redintegrari ex sequentibus probationibus? Pone enim accusationem sine his institutam esse: deinde testes dixisse tempus & locum admissi criminis, referetur ne hæc testificatio ad sustinendum libellum? Iason in. d. l. Edita, secundum Bal. probat libellum ipso iure nõ ualere, nec iuari per sequentes probationes, nisi sola confessione accusati. c. j. De accusat. li. vi. Cui sententiæ subscribit Angel. in. l. Claudius. ff. Qui potio. in pigno. habet. dicens, quòd ubi ex causa iniusta conceptus est libellus utcumque; tamè admissus, tamen ex probationibus apparet actio, debet tamen Iudex reum absolueret, actori scilicet denuo legitime agendi reseruata facultate, per tex. in. l. Bebius Marcellus. ff. De pact. dotal. Et hæctenus de libello accusationis, seu inscriptionis.

Illud autem expeditum est, in libellis conuentionalibus actionum ciuiliu, quæ non infamant, citra necessitatem tempus & locum contractus adijci, quanquam cuique liberum est, & aliquando non inconsultum, de his mentionem facere.

QUARTO: Ad formam libelli pertinet conclusio, per quam post explicationem facti seu casus, ostenditur quid actor à reo conuenito petat, ut est communis Doctorum sententiã in. l. j. ff. De edend. Vnde sunt qui existimant petitionem ad reum, non ad Iudicem referendam esse, hoc modo: QVARE TITIVS PRAEDICTVS AGENS CVM SEMPRONIO REO, PETIT SIBI REM SVPERIVS DESIGNATAM RESTITVI.

Nunc tamen usus obtinuit, ut petitio dirigatur ad Iudicem, nec refert quo tempore iudicij, modò ante sententiam fiat, sicut de expensis tractant Doctores in. l. Terminato. C. De fruct. & liti. expens. Sic & executionis, quæ post decem dies lata sententia locum habet, in libello fit mentio, uidelicet ut reus compellatur legitimis remedijs. Hac ratione ego arbitrator ita concipiendam esse libelli conclusionem, ut tam ad reum conuentum, quam ad Iudicem commode referatur, & cessabit disputatio ista hoc modo: QVARE TITIVS AGENS ADVERSVS SEMPRONIUM REVM OB PRAEDICTAM REM, PETIT ILLVM AD RESTITVENDAM SIBI EANDEM, VESTRA SENTENTIA DIFFINITIVA CONDEMNARI.

Diligenter autem perpendendum est actori, quoniam modo libellum cõcludat, hoc est, quid tandem petat. Nam ex conclusione, libellus æstimatur, etiam si factum inepte sit expositum. Sed ex diuerso, si ex facti serie quantumuis bene narrata, iniquam colligas conclusionem, totus libellus corrui, ut Iason probat multorum testimonijs in. l. j. in prin. ff. De eden. Vnde Iudex ad ferendam sententiam non tam quid narratur, quam quid concludendo petitur, respicere debet, ut dicit Innocentius in. c. Super literis. De rescript. Conclusio enim restringit ad se, & interpretatur ea quæ generaliter præcedunt, argu. l. ij. C. D petiti. hæred. Bar. in. l. Aurelius. §. Stichus. ff. De liberati. legat. Præcipua ergo uis est in cõclusionem, quam omnium quæ in iudicio tractantur, rationem habere conuenit, ut ex mente Pauli de Castro est, in consil. CCLIX. incipi. In causa mota.

Neque hæc solum in libellis, uerum etiam in rescriptis uera sunt, docente Abbate in. c. Ex parte. De for. competen. Similiter in contractibus post multa uerba, quid tandem concludatur, respiciendum est, l. Si uoluntate. C. De rescinden. uenditi. Denique in omnibus actibus hominum

hominum, exitus est certissima probatio eorum quæ præcesserunt. l. Quædam. ff. De reb. dubi. Quædam (inquit) sunt, in quibus res dubia est, sed ex post facto retroducitur, & apparet quid actum sit. Vbi Accursius multas citat Leges. Huc nimirum alludit adagium quod nemo non habet in ore: Euentum esse stultorum magistrum, adeo finis rei neminem non edocet. Sunt tamen quidam casus in quibus ualet libellus sine conclusione.

I Cū agitur de recuperanda possessione amissa per uolentiã. Nã in odium uolenti possessoris satis est ipsum factum esse expositum, etiãsi nihil petatur, ut probant Doctores in .l. ff. De eded.

Accedit interpret in .c. Quia præfulatus .j. q. iij.

II In præsentia principis ualet libellus sine cõclusionẽ. Quia præsentia Principis supplet omnem defectum & solennitatẽ, argu. l. Omnium testamentorũ, in princip. C. De testament. c. Ad petitionem. De accusatio. Vnde potest princeps ex his quoq; sententiam ferre quæ à litigatoribus allegata non sunt, quandoquidem nullum hic periculum iniustitiæ uertitur, ut est exemplum in .l. Emilius Largianus. ff. De minori. Quo loco Iuriscõsultus refert Imperatorem Antoninum, ad restituendam pupillam apud Prætorem uictam, fuisse motum multis rationibus, quas tamen illius nomine nemo allegasset. Idem probant Doctores in .c. j. De litiscontest.

III In causis criminalibus conclusio non est de necessitate libelli, ut est tex. in .l. j. §. Calumniatoribus. ff. Ad senatusconf. Turpili. Et quamuis (inquit) nihil de pœna subiecerit, tamen legis potestas aduersus eum exercebitur. Nam ut Papinianus respondit, facti quidem quæstio in arbitrio iudicantis est: pœnæ uero persecutio non eius uoluntati mandatur, sed legis authoritati reseruatur. Hanc rationem latius explicat Barto. in .l. Quid ergo. §. Pœna grauior. ff. De his qui notan. infra. Quia in iudicijs criminalibus agitur de uindicta publica, ut mali coerceantur. l. Licitatio. §. Quod licite. ff. De publica. Sed hoc casu, Iudex officio suo potest & debet nemine petente procedere, ac maleficia punire. l. Congruit. ff. De officii præsi. Ergo in his libellis quæ ad persequendum crimen dantur, non refert an aliquid sit petitum, uel non sit. Multo minus si forte inconcinne petatur, refert.

Quocirca Doctores colligunt regulam: quod ubicunq; Iudex officio suo potest defectum petitionis supplere, ibi prætermissa conclusio libellum non uitiat. Hos autem casus require apud Barto. in .l. iij. §. Hoc autem iudicium. ff. De damn. infect.

III In causis ecclesiasticis quibus aliquanto exuberantius dicunt Iudicem officium suum impartiri debere, admittit libellus sine conclusione. Vt tractant Doctores. in .c. j. De litiscontest. citantes. c. Ad dissoluendum. De desponsati. impube.

V In exceptionibus non requiritur petitio seu conclusio, docente Barto. in .l. j. ff. De exceptionib.

VI In causis quæ sine strepitu & figura iudicij diffiniuntur, libellus sine conclusione recipitur, sicut probat Barto. in Extrauaganti, Ad reprimendum, in uersicu. Et figura iudicij. In omnibus autem prædictis casibus & si qui sunt similes, quandoquidem conclusio non requiritur, multo minus si inutilis adiciatur, nocebit libello, argu. l. j. §. j. C. De rei uxori. actio. Est enim (inquit) consentaneum nobis, qui censemus, ut ubi stipulatio supposita non est, intelligi fuisse adhibitam, multo magis etiam si inutilis est, ualidam eam effici.

Denique nec illud est prætereundum: Quod procuratorio nomine agens in personam domini, concludit hoc modo: QVARE AGENS IVRE PROCVRATORIO ADVERSVS TITIVM, PETO EVM AD SOLVENDA VIGINTI SEMPRONIO PRINCIPALI CONDEMNARI. Nisi forte sit procurator in rem suam, qui semper petit sibi dari uel restitui. l. Si quis in rem. ff. De procur. Et ibi Bar. notat. Sic & tutores ac curatores utcunq; alieno nomine agentes, sibi petunt solutionem. Quia tutor, quantum ad pupillarium bonorum administrationem attinet, domini loco haberi debet. l. Tutor qui tutelam. ff. De administ. tutor.

S 2 QVIN

QVINTO: Si pluribus actionibus utamur, quod non nunquam licet, providendum est, ne eas actiones iungamus, quæ uno iudicio intendi non possunt. Nam & ex hac causa non nunquam libellus nihil ualet, etiã non excipiente aduersario, ut est exemplum in. l. j. C. De furt. ubi loquens de actione mandati & actione furti. Neq; enim (inquit) æquitas patitur, ut & criminis causam persequaris, & bonæ fidei contractum impleri postules. Tractat hæc materiam cumulationum latè Bart. in locis superius allegatis, probans ex prosecutione actionum quæ electione tolluntur, iudicium ipso iure plerunq; non ualere. Libellus itaq; aut unã quantaxat actionem, aut plures sic continere debet, ne repugnantia quadam uitietur. l. Vbi repugnantia. Et. l. Nemo ex his. §. Quoties. ff. De regul. iur. l. Quod in hæredem. §. Eligere. ff. De tribut. action. Nam respondens contraria, priuatur quandoq; iure suo. c. Cum impositionibus. De iurciurand. lib. VI. Sic etiam dicuntur contrariæ scripturæ fidem sibi inuicem derogare. l. Scripturæ. C. De fid. instrument. c. Imputari, eod. tit.

Interim hoc cauendum est: Quòd cum inter multas actiones unam oporteat eligere: ut tum rectè eligas commodiorem: quoniam non parum refert hanc uel illam intendere, ut est elegans textus in. §. Cæterum. Instit. Quod cum eo qui in alie. potest. Vbi loquens de eo qui iussu domini cū seruo cōtraxit: Sed erit (inquit) stultissimus, si omissa actione, qua facillimè solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducatur probandi in rem domini uerum esse. & paulò infrà: Prout ergo expedit, ita quisq; uel hanc actionem uel illam eligere debet.

Ex prædictis omnibus apparet: libellum censerì ineptum, siue inutilem duobus modis: Altero propter defectum formæ, cuius maxima pars est petitio seu cōclusio: Altero, ob materiam uel causam petendi, quæ in narratione uersatur, nec est talis ut producat ius agendi. Et hoc est quòd excipientes aduersus tenorem libelli, dicunt eum peccare in materia & forma: his quippè uerbis utuntur ex usu magis, quam quòd res ita habeat plerunq;.

D E A C C E S S O R I I S L I B E L L O R V M clausulis quæ utiliores reddunt.

I



EXPLICATIS ferè his quæ ad formam necessariò pertinent, uideamus de clausulis quæ utiliore reddunt. Principio in libello articulado, de quo postea, multum profuerit sigillatim ab aduersario requirere, ut ante omnia litem contestetur: deinde positionibus respondeat, puta hoc modo: **QVATENVS AVTEM LIBELLVS CENSEBITVR, PETO PRIMVM AB ADVERSARIO LEGITIME RESPONDERI AC LITEM CONTESTARI: DEINDE QVANTVM AD POSITIONES ET ARTICVLOS IN EO DESCRIPTOS, PETO ILLIS AB EODEM REO PER VERBVM CREDIT, VEL NON CREDIT, SIMPLICITER RESPONDERI.**

Ratio quare utrunq; petendum est, facile apparet, quia non per positiones, sed per petitionem in iure propositã, si ad eam responsio sequatur, fit litem cōtestatio, ut dicit Roma. Pontifex in. c. j. De litem contest. Pronunciatis inibi processum deficiente litem contestatione irritum. Et in. c. Dudum. ij. §. Licet autem, De elect. Primum ergo litem contestanda est, negando generaliter quæ in libello articulado proposita sunt, petitaq; fieri non debere. Tum postea specialiter respondendum est positionibus & articulis. Sicut enim per solam editionem actionis non fit contestatio litem. l. j. C. De litem contesta. Ita multò minus sola responsio ad articulos qui factum continent, potest censerì contestatio: cuius uis in eo est, quòd litigatores inuicem testentur iudicium sese subituros, quod non nisi petendo & negando fieri potest. d. l. j. Et. l. Rem non nouam. §. Patroni autem. C. de iudic.

Quid ergo si reus conuentus litem contestari recuset? Non est meo iudicio inutile questio usui quotidiano deferuiens. Bart. autem post Accursium in Aucl. Qui semel. C. Quo. & quan. iud. sentent. profer. deb. existimat reum directo ad litem contestandam compelli non posse, sed mittendum actorem in possessionem ex primo decreto, aut certe mulctandum arbitrio Iudicis. l. j. in fi. ff. Si quis ius dicent. non obtempe. Cæterum Paulus de Castro respondit, Iudicem posse directo compellere aduersarium ad contestandam litem, hoc est, ut recusante eo, pronunciet se habere litem pro contestata. Extat consilium eius CCXV. incipi.

In cau-

In causa quæ uertitur in curia domini. Citat. l. j. §. Quid ergo. ff. De uenz. inspicien. Vtrum que pro circumstantia causæ Iudex sequi potest.

Pœna uerò eius qui lite iam cōtestata, sine legitima causa recusat respondere positionibus, hæc est, ut ipso iure habeatur pro cōfesso, in omnibus quæ asseruit actor, siue affirmādo siue negando. Nam pro actore hoc casu, & contra reum fit interpretatio. c. ij. De confess. li. VI. Tractatur in. l. Certum. §. j. ff. De confess. Tametsi posset reus Iure Ciuili, alijs quoq; remedijs ad hoc compelli, ut tractatur in. d. l. Certum.

Quocirca notandum est: hanc pœnam confessi non habere locū, nisi iussu Iudicis præcedente. Nam si notarius, aut quiuis alius requirat ex aduersario responsionē, pœna non procedit, sicut nec tunc habetur pro confesso reus, cum citatur ad respōdēdum articulis, nunquam antea iussus à Iudice, ut probant Doctores in. c. ij. De confess. l. VI. Verum tamen est, quòd si reus ad requisitionē actoris uel alterius respōderet, nō ideo minus ualere quod agitur. l. Si sine. ff. De interrogato. actioni.

Huic consequens est: Quòd reus ambiguè respondens, sibi ipsi nocet. Nam semper contra cum fit interpretatio, ut tractatur in. l. De ætate. §. Nihil. ff. De interroga. actio.

Quibus autem casibus dictum est aduersarium haberi pro confesso ipso iure: in his utiq; Iudex debet per sententiam declarare. l. Eius qui delatis, in princ. ff. De iur. fisc. Verum (inquit) oportet constare prius, & de crimine pronunciare. Bartolus inibi tractat pulchrè. Et Dominicus cum alijs in. c. ulti. in fi. De confess. lib. VI.

SECUNDO: Non inutile fuerit, si qui sint senes, ualitudinarij, aut longius abituri, quorū testimonio uti uolueris in causa, ut petas in principio libelli ac implores officij iudicis, quo magis etiam ante litem contestatam quæ fortè dilationem admittet, examinētur, clausis eorum dictis usq; ad tempus iure cōstitutum. Nusquam enim mora nociuor est, quàm in hoc casu, quippè quod mortuis uel abeētibus fortè his testibus, probatio tibi difficilis erit, aut impossibilis. Cæterū, si id genus testes non habeas hac clausula nihil opus est, quæ (ut dixi) ad succurrendum necessitati humanæ adijci solet. Ut tractatur in. l. In lege Aquilia. l. Ad leg. Aqu. Et in. c. Quoniam frequenter, in princ. Ut lit. non cōtestat. Et hæc receptio testium posset etiam ante datum libellum fieri, sicut ibidem tractatur.

Alia quoq; species recipiendorum testiū, minime prætereūda est, scilicet, cum testium receptorum dicta ad æternam rei memoriam publicantur, cuius fit mētio in Auēt. De testi. §. Et hic uerò multoties. Et in. c. Significauit, eod. titu. Adde. l. Curent. ff. De testib. Et. l. Laudabile. §. Quotiesq;. C. De aduocat. diuerso. Iudic. Et quæ sit differētia inter hanc testium receptionem, & eam cuius paulo ante meminimus, docet glos. in. d. c. Significauit. Primum enim ad æternam rei memoriam, omnes passim qui ueritatem negocij sciunt, admittuntur: Ad iudicia uero duntaxat ualitudinarij, senes, & abfuturi. Deinde in altera, testium dicta publicantur in formam instrumenti, ad perpetuam ueritatis testificationem: in altera autem consignantur dicta testium usq; ad futurum iudicium, & tunc demum publicantur cum alijs. Item hæc receptio testium perpetua, utilis est semper. l. ult. C. De re iudicat. Iudiciaria autem receptione utendum est intra annum. Deniq; hoc beneficium æternæ memoriæ conceditur ijs, qui de futura lite nihil compertum habent, sed prospiciunt sibi aut hæredibus suis. In alio uerò casu, litigatores iam intendunt controuersiam & in præsentem litem recipi testes petunt aliquanto maturius, ne pereat probatio.

TERTIO: Non caret effectu protestatio, qua declarat actor se non uelle astringere ad superfluam probationem, sed eorum duntaxat quæ necessariò in causa sunt probanda. Nam cum multa proponens succumbat, nisi singula probet. l. Habebat. ff. De instit. act. notāte Bartolo: Hæc clausula facit ut actor unum duntaxat ad intentionem suam necessarium probet ac obtineat, teste eodē Bart. in. l. Diuus Adrianus. ff. De re iudicat. Et in. l. Actor. C. De probat. Speculat. in tit. De libello. concepti. §. ult. Et in. c. Cum dilecti. De dol. & contumaci. Quam opinionem communem esse, testatur Iason in. §. Omnium. Instit. De actio. Vbi præterea multas libellorum clausulas tractat.

Ad dit autē, prædictam regulam locū non habere, quotiescunq; aliquid negando propo
S 3 iutus

nitur, etiam si factum est in se affirmatiuum. Etenim hoc casu asserens, nunquam uidetur se ad onus probandi astringere, ut dicit Bal. secundum Cynum in l. Cum te. C. De probationi. Et hanc protestationem siue in principio, siue in fine libelli adicias, parum refert.

Cæterum in his quæ iuris necessitate ad probationem requiruntur, nihil prodest hæc protestatio, sed solum in aduentitijs, hoc est, quæ si nõ probentur, actio nihilominus locum habere possit. Ad Bartolum in l. Denunciassse. §. Quid tamen. ff. Ad leg. Iuli. de adulteri. Et in l. Non solum. §. Sed ut probari. ff. De oper. no. nunci.

QUARTO: Quandoquidem contingere solet nonnunquam, ut ad recensendum factum, utendum sit uerbis prima fronte cõtumeliam indicantibus: ad rem pertinere uidetur, si protestationem faciat actor, se non conuictij causa, sed secundum ius suum & rei ueritatem omnia dicturum in libello & articulis. Hoc consilium tradunt ferè omnes ex l. Si non conuictij. C. De iniuri. Specu. in tit. De aduocat. §. Iam nunc uidendum est. Non enim iniuriam facit, qui iure suo utitur. l. Illud, in princ. ff. De petit. hæredi. l. Iniuriarum. §. Is qui. ff. De iniuri. c. Cum ecclesia Vulterana. De electio. Tractat Bartolus in l. Quæ omnia. §. Sed & si aduersarius. ff. De procuratori. citans. l. Qui cum maior. §. Si libertus. ff. De bon. liberto.

Hoc autem certum est: quòd si actor uel reus, utcũque de iniuria protestatus, obijciat aliquid contumeliosum aduersario quod uerum non est, nec probabile, tenebitur iniuriarum, ut tractat Alexand. in l. ult. ff. Quod quisq. iur. Probatur in l. Si non es. l. un. c. l. Si quidem auiam. C. De iniuri. Calumniosa enim excusatio, non tollit iniuriam, ut in c. j. De præsump. Cæterum hæc uerba quibus sæpicule Doctores utuntur: falsum est: falso dicit, iniuriam non habent, dicente Saliceto in l. De tutela. C. De integ. restit. ubi & Imperator hoc uerbo utitur. Bar. quoq; in l. Si is qui ducenta. §. Vtrum. ff. De reb. dubi. Vfus tamen recens, modestiæ causa recepit, ut litigatores dicant: se non credere, uel rem aliter habere, aut simili urbanitate dissentiant ab aduersario: ne in lite iudiciali per se satis acerba, durioribus id genus uerbis, frigida suffundatur ad inimicitias perpetuas.

QUINTO: Ut absoluamus locum de clausulis libellorum circa posteriorem eius partem, hoc est, conclusionem: uideamus quænam huc deseruiit. Disputant autem Doctores: Num post illa uerba: **PETO REVM CONDEMNARI**, addendum sit: **ET LEGITIMIS REMEDIIS COMPELLI**. Bar. in l. j. C. De executio. rei iudicat. existimat hanc particulam esse necessariam. Alij contrà. Nam petita condemnatione, satis etiam uideatur peti executio. Et hæc sententiam crebriorem testatur Iason, relatis multis autoribus in §. Omnium. Instir. De actioni. Tutius ergo fuerit ut utrunq; coniungas, hoc pacto: **PETO ADVERSARIVM CONDEMNARI AD RESTITVENDVM, DANDVM, VEL FACIENDVM: SICQVE CONDEMNATVM SECVNDVM IVS ET AEQVITATEM COMPELLI**.

SEXTO: Sunt qui non solum utile, sed necessarium quoq; existimant, expensarum condemnationem petendam esse specialiter. Nam uerum est, Iudicem officio suo posse uictum aduersarium condemnare in expensis, post litem contestatam factis. l. Aediles. §. Item sciendum est. ff. De ædiliti. edict. Cæterum (inquit) post iudicium acceptum, tota causa ad hominem restituendum in iudicio uersatur, & tam fructus ueniunt, quàm id quod deterior factus est, cæteraq; ueniunt. Iudici enim statim atq; Iudex factus est, omnium rerum officium incumbit, quæcunq; in iudicio uersantur. Ea uerò quæ ante iudicium contingunt, non ualde ad eum pertinent, nisi fuerint ei nominatim iniuncta: Attamen nihil imputari potest Iudici, quòd expensas non petitas, in sententia prætermiserit, nec eo nomine tenetur uictori, ut probat Bar. secundum Dynum in l. iij. §. Hoc autem iudicium. ff. De damn. infect. Hoc autem iudicium (ait) certam conditionem habet, si postulatum est. Cæterum qui non postulabit, experiri non potest. Postulare autem hic propriè dicitur, pro tribunali petere. Idem admonet Bar. in l. Properandum. §. Alterutra. C. De iudici. Ne ergo terminato negotio litigatores non admittantur ad suscitandam litem ex lite, uigilandum est in tempore. l. Terminato. C. De fructi. & lit. expens.

Debentur autem expensæ uarijs ex causis: Aliàs ex uictoria totius causæ, de quibus tractatur

Statutur in. l. Propterandum. §. Sin autem alterutra. C. D. iudic. Et in. c. Calumniam. De peccati. Aliàs ex contumacia aduersarij, quarum fit mentio in. l. Sancimus. C. De iudici. Et in. c. Dilecti. De dol. & contumaci. Aliàs ex culpa aduersarij, qui processum causæ differt, ut est constitutum in. l. Non ignoret is. C. De fructi. & liti. expens. Et in. c. Finem litibus. De dol. & contuma. Aliàs ex temeritate eius qui alium sine actione in ius traxerit, ut in. l. Eum quæ temerè, in princ. De iudic. Et. c. j. De dol. & contuma. lib. VI. Omnes istæ species comprehenduntur sub petitione prædicta.

SEPTIMO: Pleriq; rectè probât utilem esse & hanc clausulam: **OMNI MELIORE FORMA IVRIS VEL AEQUITATIS QVA FIERI DEBET ET POTEST.** Nam efficit, ut libellus pro actoris intentione interpretationem recipiat. Antonius Brutigarius in. c. Examinata. De Iudici. Baldus in. l. Vinum. ff. Si cert. petat. Et Alexand. consil. VI. incipi. Circa processum.

OCTAVO: Commendatur & hæc clausula: **SECUNDVM FORMAM IVRIS ET STATUTORVM.** Quia si fortè ius commune deficiat, iuuabitur intentio actoris per statuta. Et quanquàm Angelus in. §. Omnium. Instit. De actioni. non nihil in hoc hæreat, Iason tamè reiecta eius sententia, citra dubitationem asserit non contèndendam esse hanc praxim, iuxta. l. ij. C. Quemad. testament. aperian. Testamenti tabulas (inquit) ad hoc tibi à patre datas, ut in patriam proferantur, affirmans potes illuc proferre, ut secundum leges moresq; locorum insinuentur. Idem expresse dicit Bar. in. l. Rerum quidem amotarum. j. in fi. ff. De act. rer. amot. & l. ij. §. Si publico. ff. Ad leg. Iuli. de adulteri. Baldus in Extrauaganti, De pace Constantiæ. §. In causis appellationum. Cum textus dicit: Et iuret, quòd bona fide & sine fraude causas examinabit, & diffiniet secundum leges & mores ipsius ciuitatis, infra duos menses. Vbi præterea colligit: Quòd boni mores ciuitatis in iudicando respiciendi adeoq; præferendi sunt scriptis legibus. Idem in. l. ij. C. De probat. dicit de eo qui secundum Statuta ob hoc accusatur quòd percusserit.

NONO: Multum expedit ut hæc quoq; clausula addatur: **ET PETO IN PRAEDICTIS OMNIBVS ET SINGVLIS, MIHI IVS ET IVSTITIAM MINISTRARI.** Nam sic omnis actio quomodocunque competens generaliter comprehenditur, secundum communem Doctorum sententiam. in. c. Cum dilectus. De ordi. cognitio. De quibus (inquit) Iustitiam sibi fieri postulabat. Et in. c. ij. De offi. ordinar. Sed si ille (inquit) cui damnū illatum est, petierit Iustitiam, potest excommunicare autorē damni. Iason cum Angelo tractat in. §. Omnium. Instit. De actioni. Et in. l. Petens. C. De pact.

Sunt autem huius clausulæ tres non contemnendi effectus: Primus, quòd si quis in libello proponat petitorium & possessorium, in conclusione uerò solius petitorij mentionem faciat: tunc ob prædicta uerba de utroq; dicetur sententia, modò actor legitime probauerit utrunq;. Quia omne ius suum in iudicium deduxisse censebitur, dicente Panormita. in. d. c. Cum dilectus.

Sequens effectus est: Quòd exhibenti ineptum libellum, parcitur propter hæc uerba, modo ius agendi ex proposito factò utcunq; colligi possit, ut in eodem. c. Cum dilectus, probant omnes. Cæterum sine actione nemo potest experiri, nec ulla uerborum congerie iuari. Accedit Paulus de Cast. in concil. CLXVI. inci. Quæritur primò utrū hæres. Aliàs (inquit) esset in potestate uniuscuiusq; nullam actionē habētis, agere posse contra aliquē & obtinere, scilicet apponendo illā clausulā. Quòd esse nō debet. l. Ne in potestate. ff. De arbit.

Tertius deniq; effectus est: Quòd si factum adeò fuerit intricatū, ut nō facile discernas cuius actionis formula sit utendū & quid in speciē petas: tunc ne iure tuo defrauderis, narra bis simpliciter factum, tandemq; sic concludes: **QVARE MAGNIFICE IVDEX, AGENS CVM PRAEDICTO SEMPRONIO, PETO MIHI IN OMNIBVS ET SINGVLIS IVSTITIAM MINISTRARI.** Angel. in. d. §. Omnium. Instit. De actioni. quem sequitur Iason in. l. Petens. C. De pact. Sed credo tali licentia hoc corruptissimo seculo factū esse, ut nemo de inuestiganda actionis forma curiosus esset, solū congerens utcunq; factum, & petens pro suo magis affectu & cæco iudicio, quàm secundum Iuris & æquitatis regulam, scilicet fide.

§ 4 cia huius

cia huius clausulæ. Proinde, si rem sursum ac deorsum disputes, ac conferas omnium seculorum exempla, nulla erit melior iudiciorum reformatio, quam si recipiatur aliquando maiorum autoritate: nullum libellum admitti, in quo non aperte describatur formula actionis, ut infra latius dicemus.

DECIMO: Vulgatissima in libellis est clausula: **SALVO IVRE ADDENDI, MINVENDI, CORRIGENDI.** Sed certè præter ius commune nihil operatur, & superuacanea censetur. Bar. in. l. Nefennius. ff. De nego. gest. Et in. l. Non solum. §. Morte. ff. De oper. no. nunciatio. Eiusdem opinionis est Innocentius in. c. Inter dilectos. De fid. instrument. secundum gloss. Nam ante litem contestatam duntaxat, liberum est actori emendare libellum. Quinimò, si aduersarius statim dicat se huiusmodi scriptum actoris, salua exceptione sua, acceptum habere, adimetur ei & ante litem contestatam emendandi potestas. Vnde consulunt Doctores: Quòd eo modo mox recipiatur libellus ab aduersario, ne actor utatur his technis & ambagibus emendandi. Calumniosum enim sæpè est: quòd pleriq; causidici solent in termino statuto libellum exhibere incorrectum (ut uocant) & ex continente petere terminum ad corrigendum, sicq; tempus conduplicare. Baldus, Immola, & Cumanus in. l. Gallus. §. Quidam rectè. ff. De liber. & posthu. Cæterum post litiscontestationem nullo modo libellus potest emendari aut mutari.

Sunt tamen qui existimant alium esse effectum huius particulæ circa probationes faciendas, uidelicet, quòd actor sic protestatus, uideatur disiunctim non cõiunctim agere, nec proinde ad omnia probanda se astrinxisse. Ita probat Bald. in. l. Edita. C. De edend. in prin. Et Hostiensis in. d. c. Inter dilectos. Addit tamen Baldus: neminem in dubio censerì se astringere, nisi quatenus uult agere. l. Scio quæsitum. ff. De appellatio. Cui Iason quoq; in eadem l. Edita, in fi. subscribit. Cæterum, quod adijci solet: **SALVO MIHI ARBITRIO ADDENDI:** nullius effectus est. Bal. Paul. de. Cast. cum alijs. in. l. j. C. Ut quæ def. aduocat.

Illud quoq; prætereundum non est: Quòd actor ubi semel emendauerit libellum, nõ est denuò admittendus, etiam ante litem contestatam. Bal. in. c. ij. De libell. oblatio. citans. l. Si quis iusiurandum. C. De reb. credit. Iason in. d. l. Edita.

Sed hæc omnia sunt uera de libellis qui litiscontestationem inducunt: quid autem dicemus de positionibus & articulis, uel unà cū libello, uel seorsum exhibitis, an illis aliquid addere liceat? Respondeo breuiter uerorem esse sententiam eorum qui dicunt: ponentem in hoc non facile audiendum esse, quia uidetur fateri id quod ponit. Nisi fortè probare possit se errore ductum: & præcipuè, si ex continenti hoc alleget re adhuc intègra, anteaq; respondeat aduersarius, argu. l. Si quis iusiurandum. C. De reb. credit. Sic & testis excontinenti se corrigens, à periurio excusatur. c. Præterea, in fi. De testib. cogend. Alioqui confessiones in iudicio factæ, non præsumuntur erroneæ, ut notat Dynus in. c. Quod semel. De reg. Iur. li. VI. Deliberandum ergo maturè est actoribus quid ponant, sicut & reis quid respõdeant, quorum æqua in hoc est relatio. Specula. in tit. De positio. §. ult. Bal. in. l. Edita. C. De edend. Et alij Doctores secundum gloss. in. c. ult. De iureiuran. lib. VI.

Cæterum, quod ad novos articulos pertinet prioribus addendos, quos etiam additionales uocant: Speculat. in. d. tit. De positio. §. Quarto quæritur, uidetur rectè sentire: Quòd positiones semper admittendæ sint, etiã publicatis iã dictis testiù. Rationè addit. Nam positiones uice probationum sunt sequente responsione aduersarij. §. ulti. in Auct. De his qui ingrediuntur ad appellan. Illud quoq; (inquit) adijcimus, ut si quis probationem petierit quamquam suorum sermonum aut literarum. Sed nemo dubitauerit post publicationem quoq; testificationum admitti probationes, quoad renunciatur & concludatur in causa. c. Cum dilectus. De fid. instrumento. Ergo sic quoq; censendum est de positionibus & articulis.

Quòd si hic obijcias: Positiones post aperta testimonia nihil profuturas, quandoquidem negatæ nequeunt postea testibus probari. §. Quia uerò multi, in Auct. De testib. c. Constitutus. ij. eod. tit. Respondet Specul. Quia possunt probari per instrumenta, aut confessione aduersarij. c. Statuimus De confess. lib. VI. Statuimus (ait Romanus Pontifex) ut positiones negatiuas, quæ probari non possunt, nisi per confessionem aduersarij, Iudices admittere possint, si æquitate suadente uiderint expedire. Num igitur contemnendus est effectus, si fortè consistatur aduersarius articulos? Porro, Legis mens est in iudicij, ut amplissima sit pro

fit probandæ ueritatis uia. l. Serui. ff. De testi. l. Generaliter, in prin. C. De reb. credit. l. Ne quid. §. De his. ff. De incendi. rui. naufra. l. Quo multi, in fin. C. De hæretic. XIII. q. ij. c. Quamquam sacerdotum. Vnde est regula in. c. j. De confess. lib. vi. Quòd ubicunq; locum habent probationes, ibi admittuntur & positiones, quarum confessione fortassis sequuta, nò fit ulterius laborandum, siue ante, siue post litem contestatam.

Sed tota hac disputatione nihil opus fuerit, si causidici rectè teneât actionum formulas, quæ satis ostendunt, quid in unaquaq; persecutione ponendum ac probandum sit, ut istis còsarcinatis articulis nihil sit opus perdere tempus, grauare Iudicem, & causam implicare.

DE POSITIONIBVS ET ARTICVLIS.



POSITIO à ponendo, quæ Græcis dicitur thesis, est alicuius particularis rei ad causam pertinentis assertio, autore Bartolo in. l. ij. §. Quod obseruari. C. De iurand. propt. calum. dand. Vbi præterea rectè dicit: huius uocabuli usum a deoq; rem ipsam, còsuetudine magis quàm scripto iure receptã esse in iudicijs.

Articulus uerò appellatur, quali membrum alicuius facti seu casus diminutissimum: uidelicet, cum singulæ orationis sententiæ, interuallis quibusdam distinguuntur, sicut inferius apparebit exemplis.

Proinde, si uno prorsus orationis contextu, factum Iudici ex scripto proponas, libellus est. Sin autem singulas partes & circumstantias breuissimis pronuntiatis complectaris, & nihilominus quæ ad libellum requiruntur adijcias, fit libellus positionalis aut (ut dicunt) articulatus. Vtriusq; exemplar infra describam.

Interim, ut prosequamur quod paulo antè cœpimus dicere, admonendi sumus: antiquitatem ignorasse hanc formulam articulati libelli. Vetres enim ipsam actionis uim & potestatem, simpliciter scripto comprehendebant sollemniter. Cæterum, quatenus ad probationem ab aduersario depromendam attinebat, utebantur primum interrogatorijs actionibus: Deinde easdem interrogationes, officio Iudicis expediebant, donec posterioris seculi autores ad augendas causarum probationes, hunc modum paulatim admitterent in iudicijs, & commodum existimarent, quoniam in dies magis magisque multiplicabantur lites.

Mihi autem uidetur optimis rationibus, non errore (ut fieri solet) hanc consuetudinẽ cœpisse, nisi eam nunc in abusum uerteremus, sicut omnia præclara. In primis enim, quid magis instruat Iudicem de causa cogniturum, q̄ hæc copulata lectio? Deinde, quid reo cõuento commodius insinuet speciem futuræ litis, quàm actionis formula cum tota facti serie cõiuncta? Quid item litis compendio magis deseruiat, quàm uno scripto omnia proponere, quæ alioqui uelut eadem cantilena sæpius essent repetenda?

Veruntamen tempora præparandi iudicij non confunduntur per hoc. Nam ista est praxis uera: Vt exhibeatur tale scriptum loco simplicis libelli. Et tum lite contestata, rursus in tempore ad articulandum constituto, uel (sicut appellant) termino, repetatur uice articulum. Quamquam & sicubi distincta fiant scripta, & distincta seruentur tempora, non potest improbari, modo sine calumnia procedat: uidelicet, ne grauentur litigatores sumptibus superuacaneis.

Præterea, neq; hoc ignorandum est: Quòd positiones & articuli, quamuis uerbis assertorijs fieri & soleant & debeant: habent tamen in se uim interrogationis, ut merito peti possit aduersarij responsio. Est autem ratio euidens, quare asserendo & non interrogando concipiendi sint articuli. Nam sicut actor hoc intendit, ut si quid confiteatur reus, uelit ipse in hoc ab onere probandi statim releuari: Ita reo quoq; cõuento prodesse debet id, quod actor asserit, & asserendo confitetur. Obseruanda enim est inter actorem & reum æqualitas. c. ij. De mutu. petitioni. c. Non licet. De regul. Iur. lib. vi. Si autem interrogaret solum actor, nec aliud assereret, nihil uideretur confiteri. Quid enim fatetur, qui interrogat? Et ita multò durior esset rei conuenti conditio, qui semper respondendo obnoxius esset confessioni, nunquã aliquid simile relaturus ab actore.

Bona igitur interpres & moderatrix in hac parte est Consuetudo: q; actor ponat & adfirmet, ponendo autem & affirmando nihilò minus tacitè interroget aduersarium. Nulla enĩ
in iudi-

in iudicio cōmodior esse potest probatio, quàm propria alicuius confessio, ex infallibili cōscientia & animi ratione prodita.

Vnde sequitur: nihil referre quo nomine dixeris id genus scriptum. Nam aliàs appellant positiones, aliàs articulos, aliàs assertiones, aliàs capitula, aliàs deniq; positionales articulos. c.ulti.in princ.c.Præsentium. §. Testes. De confess.li.vi.c.Causam quæ.ij.Et.c.Ex parte De testib.

Videamus itaq; in scribendis articulis quid maximè sequendum, quid uè sit euitandum.

PRIMO, itaq; circa positionales articulos cauendum est cum primis, ne superuacanei sint seu impertinentes, hoc est, quorum probatio nihil adiutura sit intentionem actoris. Vnde Doctores colligunt regulam: Quod nemo admitti debeat ad probandum id, quo probato, nihil obtinere possit i causa, ut in. l. Ad probationem. j. C. De probatio. c. Dilecti filij. De exceptioni. l. Hæc stipulatio. §. Diuus. ff. Vt leg. nomi. cauea. Sic Iustinianus Imperator semel atq; iterum ab emendato Codice suo iussit refecari superuacanea, ut est uidere in prohemio. C. §. Quibus specialiter. Et de Iustinia. Codi. confirman. §. Tollendis quidem.

Impertinentes autem articulos, Dominicus in. c.ulti. De cōfess. li. vi. diffinit, eos esse, qui ad causam profus nihil faciunt, aut si prima fronte utcunq; aliquid facere uideantur, ad ius tamen relati, nullum habent probationis effectum. l. Ampliorem. C. De appellati. Veluti, si quis mutuum petens, ponat se ascendisse capitolium. Vel, si quis uendicans domum, ponat suos fuisse nummos quibus eam Titus suo nomine emit. Quo exemplo usus est Imperator in. l. Ad probationem. C. De probati.

Plerunq; autem collatio circumstantiarum ostendet utrum aliquid sit superuacaneum, ut est pulchrum argu. Instit. De lega. in princ. Et probatur in. l. Instrumenta. C. De probatio. à contrario sensu. Instrumenta (inquit) domestica, seu priuata testatio, seu adnotatio, si non alijs quoq; adminiculis adiuuentur, ad probationem sola non sufficiunt. Ex his ergo satis apparet: stultum esse actorem qui multos congerit superuacaneos seu impertinentes articulos, præbens scilicet ansam excipiendi aduersario. Imperator quoq; uerbosas assertiones detestatur in. l. Ampliorem. §. In refutatorijs. C. De appellatio. Et hæc non solum uera sunt, cū causa ex scripto tractatur, uerum etiam cum ex non scripto cognoscitur. Accur. in. l. Ex ea causa, in prin. ff. De postulan. rectè existimat, hominem plus æquò uerbosum, prohibendū esse pro alio postulare.

Articuli igitur solum ea continere debent, quæ ad institutam actionem necessariò requiruntur, & quibus probatis, constet intentionem actoris iure locum habere, ac reum conuentum esse condemnandum. Hoc autem quo pacto fieri oporteat, non aliter intelligi potest, quàm si naturam cuiusq; actionis cōpertam habeas. Interim tamen de impertinentibus articulis adi Bartolum in. l. Si duo patroni. §. Idem Iulianus. ff. De iureiuran.

SECUNDO oportet scribere articulos uerbis minimè obscuris, ne tam à Iudice quàm ab aduersario possint repudiari, exemplo. l. Vt responsum. C. De transactioni. Vt responsum (inquit) congruum accipere possis, inferre pacti exemplum. Et. l. Domitius. ff. De testamen. Aut (inquit Celsus) non intelligo quid sit de quo me consulis, aut ualde stulta est consultatio tua. Accedit. c. De muliere, De sponsali.

Obscuritas autem tribus potissimum modis cognoscetur.

I Si de una re ad aliam mutetur, nec satis sibi constet oratio. Veluti, cum quis nunc hoc, nunc illud, alijs atq; alijs uerbis proponat. Quam inconstantiam ius censet obscuram & mendacij suspectam, argu. l. Nemo, in fi. C. De acqui. possessi. Huc alludit uulgatum prouerbiū: Mentientem oportet esse diu memorem. Constanter igitur & ingenuè litigatores factum exponere debent, ut res est, nihil aliud appetentes quàm quòd iustitiam cōsequantur. Quod nisi fiat, aduersarius non tenebitur respondere huiusmodi uarijs positionibus, quas nec Iudex debet admittere, cum obscuram uarietatem leges damnent, apertam simplicitatem extollant & amplectantur, in Auct. De testamen. imperfect. in prin.

Si actor

II Si actor alternatiuè ponat usus his dictionibus: uel, aut, ue, & similibus quæ dubiam faciunt orationem. Vt si quis ponat sibi ab aduersario promissa decem uel quindecim. Semper enim ferè obscura est alternatio. l. Vbi autem. §. Qui illud aut illud. ff. De uerbo. obligati. l. Prætor edixit. §. Quod autem Prætor. ff. De iniuri. Et propterea hoc casu aduersarius rectè petet explicationem in articulum, ut notatur in. l. Inter stipulantē. §. Si Stichum. ff. De uerbo. obligati. Et in. l. Si quis intentione. ff. De iudic.

Quod tamen uerum est, nisi res alternatim promissæ sint. Nam tunc pro ueritate facti, eodem quoque modo necessariè petuntur. §. Huic autem qui loco. Instit. De actioni. Vel, nisi Ius talem petitionem ex causa præscribat, ut est exemplum in. l. ij. §. Apud Labeonem. ff. De aq. pluui. arcen. Præterea cum litigatores legitimam dubitandi causam habent, rectè utuntur alternationibus. Veluti, ubi incertum est utrum res extet, an non: iure petitur res, uel eius æstimatio, docente Bar. in. l. Sancimus. j. C. De sacros. ecclesi. Et in. l. j. §. Quia autem. ff. Quor. legato. Sic & contrahentibus permissum est, contractum dicere nullum, uel petere rescindi si quouis modo ualeat. Idem probatur de sententia, autore Bart. in. l. Si expressim. ff. De appellat.

Ad hanc autem incertitudinis speciem pertinent uerba plus uel minus, tribus annis & ultra: cum similibus, quæ præterquam quòd nullius effectus sunt, obscurum quoq; faciunt articulum. c. Literæ. De dilatio. Tractant Doctores in. l. Cum filius. §. Pater cum filia. ff. De lega. ij. Et in. l. In actione furti, in princ. ff. De furt. Meminit etiam Bartolus horum uerborum in. l. Publica Meuia. §. ult. ff. Deposit. Igitur ubi res ipsa non postulauerit, minimè utendum est sententiarum alternatione.

III Cum litigatores utuntur uerbis ambiguis, quæ ad multa referri possunt, nec tamen addunt quid intelligi uelint. Veluti, si quis legati mentionem faciat, non adiiciens speciem, ut est exemplum in. l. Titia cum testamēto, in princ. ff. De legat. ij. Aut, si quis asserat sibi ab aduersario promissos fuisse decem denarios, prætermittens speciem monet. l. Cum Stichus. ff. De solutio. Hæc enim generalitas rerum quæ his uerbis significantur, facit obscuritatem quandam. l. Ita fidei. ff. De iur. fisc. Et notatur in. l. Veteribus. ff. De pact. Fugienda igitur est quantum fieri potest, & singulæ res, singulis appellationibus distinguendæ ac in speciem designandæ sunt, iuxta. §. Alio autem modo. Instit. Quib. mod. testa. in fir. Siquidem Seruius Iurisconsultus rectè diffiniuit, non uideri quenquam dixisse, cuius non suo nomine usus est. l. Labeo ait, in fi. ff. De suppellect. legat. Et est elegans textus in. l. ij. ff. De reb. dubi. Vnde cogendi sunt litigatores, opponente aduersario, ut ambiguos seu generales articulos, speciatim explicent, secundum diffinitionem Iurisconsulti in. l. Certum. ff. Si cert. petat.

Prædicta uerò omnia, & quæ post hæc dicturi sumus de obscuritate libelli, determinanda sunt aliquot modis.

I Non debet in potestate rei conuenti esse, semper obscuritatis commento iudicium differre, ac inutilibus disputationibus, & causam inuertere, & tempora cū sumptibus perdere. Siquidem nunc nemo non habet in ore hanc exceptionē: Libellus est ineptus, obscurus, uarius, incertus, generalis, peccans in materia & forma, & cætera id genus: quasi uero sine his uerbis scriptum exceptionis non uideatur à perito causidico editum. Tandem fit, ut ista defensio ad necessitatem permissa, conuertatur in defensionem iniquitatis, sicut de remedio appellationis conqueritur Roma. Pontifex in. c. Vt debitus. §. Porrò. De appellatio.

Quapropter, cum litigatores huiusmodi calumnias sibi obijciunt, Iudicis officium est, diligenter æstimare, num opposita deformitas digna sit emendatione. Nam Iudex semper æquum se cognitorem utriq; litigatoribus exhibere debet, sicut iubet Imperator in Auct. Iulian. quod præstat ab his. Neq; enim temere admittet, neq; statim reiiciet libellum impugnatum: sed pro qualitate causæ sententiam interlocutoriam dicit. Et si libello respondendum non esse cognouerit, absoluet reum ab instantia illius iudicij: condemnato actore in expensis. Cum autem unius uel alterius articuli quæstio uertitur, iudicium utiq; procedit. Sed pronuntiandum omnino est, quia super libello quem aduersarius impugnat, nō est ante interlocutionem procedendum, dicente Bar. in. l. Si in rem. j. ff. De Reuendicati. Et in. l. Si mater. §. j. ff. De exteptioni.

In cogit

In cognitione autem huius exceptionis meminisse debet Iudex: quòd ubi nō magni momenti uel circa aduentitias claufulas uersatur obscuritas, ibi admittendum potius esse libellum, quàm reijciendum, etiam si summo iure posset reijcere: Non enim quicquid eius potestati permittitur, id subiicitur statim iuris necessitati. l. Non quicquid, in prin. ff. De iudic.

Benignius ergo fecerit, si libellum ob modicam rem non protinus reijciat, utcūq; urgeat aduersarius differendæ litis fortè cupidus. Ita tractat Bar. in. l. Si præses, in fi. ff. De pœni. Et in. l. Scire debemus, in princ. ff. De uerbo. obligati. ubi probat uerba libelli interpretanda, ad eūq; non nihil à sua significatione (si fieri possit) trahenda esse, ut magis ualeat, quàm pereat, iuxta. l. Quoties. ij. ff. De reb. dubi. Sic etiam respondit Paulus de Cast. consili. CLXXXVII. inci. Super primo reperio. Est argu. in. l. Verbum uolo. C. De fideicommiss. Verbū (inquit) uolo, licet desit, tamen quia additum perfectum sensum facit, pro adiecto habendum est, Iason in. l. j. ff. De offic. assesso. multis utitur testimonijs. Fieri enim potest in iudicijs, ut ex succedaneis probationibus, emendetur aliquid uel suppleatur quod defuit, aut declaretur quod obscurum uidebatur. Hoc probatur in. c. Examinata. De iudici. ubi ex productis testibus dicit Romanus Pontifex se cognouisse intentionem actoris ineptam. Idem respondit. Pet. de Ancha. consili. CCLVI. Incipi. In causa & quæstione quæ uertitur inter nobilem uirū dominum Robertum. Accedit Ioannes de Ferrarijs in tit. De forma. responsi. rei cōment.

In summa, quotiescunq; disputatio ineptitudinis uel obscuritatis suboritur inter litigatores, Iudex plus fauere debet actori quàm reo, ut est communis sententia Doctorum in. l. j. §. j. ff. Si mens. fals. mod. dixer. Et in. c. Dilecti filij, De iudici. Quòd si obijciat. l. Favorabiliores. ff. De regu. iur. & c. Cum sunt, eod. tit. lib. VI. Respondeo, in diffinienda lite favorabiliores esse reos quàm actores, ut in dict. ll. Cæterum in his quæ ad ordinandam litem pertinet, actores plus fauoris habent, docente Bart. in. l. De die. ff. Qui satisfda. cogant. Quanquàm nō uideo quid fauoris sit adsequuturus reus, si reijciatur libellus, quem actor denuò exhibiturus sit, ut dicit Romanus Pontifex in. c. Abbate fanè. §. Secus autem cum egit, De sentent. & re iudic. lib. VI

Et omnia quæ de libello diximus, ea circa exceptionem repetenda sunt, nimirum ut & illa, quatenus fieri iure potest, potius admittatur quàm reijciatur. Et hæctenus de prima exceptione à superiore regula.

II Si litigatores nullam mentionem faciant, non debet Iudex faciliter ineptitudinis uel obscuritatis quæstionem mouere, nisi formula omnino nihil ualeat, aut articuli planè intelligi non possint, ut superius satis tractatum est. Id enim quod in initio non ualet, nunquam potest conualescere. c. Quod in initio. Et. c. Non formatur. De regul. iur. li. VI. Alioqui sufficit sententiam ex quacunq; parte actorum iudicialium fieri certam. l. In summa. §. Amplius. ff. De re iudicat. l. penulti. C. De sentet. quæ si. cert. quanti. prola. est. Et est crebrior opinio Doctorum in. l. Edita. C. De edend.

Hæc uera sunt in Ciuilibus causis: Cæterum in persequendo crimine, libellus ineptus aut obscurus, etiam aduersario non excipiente, ipso iure nullus est. l. Prætor edixit, in princ. ff. De iniuri. l. Libellorum. ff. De accusatio.

III Quantum ad generalitatem attinet, admonendi sumus: Quòd in causa spoliij admittitur libellus generalis, si petantur res, & damnorum æstimationes, nulla speciali facta designatione, ut notant Doctores in. c. Cum dilectus. De ordi. cogniti. Cum dicit: In prædis ani malium & alijs damnificare.

III Generalitas, non potest opponi filio petenti legitimam suam, etiam si nullam quantitatem seu æstimationem adijciat, ut probat Bal. in. l. Si quis in suo. C. De inoffi. testamen. In nocent. in. C. Conquerente, De offic. ordinari.

V In causa dotis petendæ non potest impugnari libellus generalis. Quoniam dos est uniuersalis. l. Quod dicitur, in princ. ff. De impen. in re. dota. fact. Sed in iudicijs uniuersalibus non potest redargui generalitas. Vt probat Bart. cum alijs in. l. ulti. C. De senten. quæ
sin. cert.

fin. cert. quanti. profer. Et in tit. ff. Solut. matri. Idē rectē confirmat Iason. in. l. j. ff. De edēd. Sufficit em̄ in executione designare res, quarū generaliter facta est mentio in articulis. Huc uidetur accedere Bart. in. l. ij. C. De sentent. quæ si. cert. quan. quamuis alibi uariet. In summa ubi, uel ex facto aduersarij, uel ex alia iusta causa ignorat actor species rerū : ibi generalitas non potest apponi. l. Quæ de tota. §. Incertæ partis. ff. De Reuendicat.

VI In his quæ accessoria sunt petitz rei. Veluti, si re designata, fructuum nō ita ad amissum uel etiam nulla fiat designatio, non erit facile audiendus aduersarius opponens obscuritatem, ut probat Bart. in. l. j. in princi. ff. De edend. per. l. Et ex diuerso. §. j. ff. De Reuendicat. Iason in eadem. l. j. testat Bart. sentētiā crebriore esse. c. Inter dilectos. in prin. De fide instrument. Hæc omnia (inquit) petebat cum omnibus fructibus inde perceptis. Curat etiā consilium Alexan. XC. incipi. In causa & lite uertente coram arbitro.

TERTIO: Curandum est, ut simplices articuli sint, hoc est, unius duntaxat rei. Exempli gratia: Pono aduersarium mihi uendidisse equum. Hic enim articulus, simplex est, non nisi solius uenditionis mentionem faciens. Cæterum si sic dicas: Pono aduersarium uēdidisse mihi equum decem florenis, multiplex fit articulus: quod incautus aliquis à fronte non discerneret. Nam duo continet, quorum alterum potest esse uerū, alterum falsum. Porro, si equus est uenditus, non sequitur tanti uēditum esse, sed fortē minoris aut pluris. Vtrunque ergo duobus articulis exponendū est, hoc modo: PONO TALEM EQVVM AB ADVERSARIO MIHI ESSE VENDITVM, ITEM, PONO DECEM FLORENIS VENDITVM MIHI ESSE, & sic de cæteris. Ratio autem est. Nam qui simplex & certum respōsum exigit secundum ius. l. Certum. ff. De cōfess. is uicissim simplices articulos edere debet. Primum, ut eo iure utatur, quod ab alio exigit. l. j. ff. Quod quisq. iur. in alium stat. c. Cum omnes. De constitutioni. Deinde, ut inter actorē & reum æqualitas seruetur. l. ulti. C. De fructi, & lit. expen. c. Non licet, De regul. Iur. lib. VI.

Præterea, nunquam tutum est in his quæ sigillatim probanda sunt, uno atq; eodem orationis contextu multa copulatim proferre. Altera enim parte non probata, totus articulus corrui. l. Si is qui ducenta. §. Vtrum. ff. De reb. dubi. Et in. q. IX. c. Pura: Pura (inquit Ambrosius) & simplex testimoniij series intimanda est. Plerunq; testis dum ad seriem gestorum aliquid ex suo adijcit, totam testimoniij fidem parte mendacij dedecorat. Nihil igitur quod bonum uidetur, addendum est. Hæc ille.

Caueant itaq; litigatores multiplicare articulos. l. ulti. C. De sentent, & interlo. omni. Iudic. Sunt etiam qui putant aduersarium ad multiplicem positionem omnino non teneri respondere. Sed cum inde frequentissima calumniandi occasio nasceretur, reiecta est horum sententia, ut testes sunt Innocen. Abbas Hostiensis & alij in. c. Præsentium. §. Præterea, De testi. lib. VI. Debet enim aduersarius multiplicem articulum per partes singulas fateri aut negare, nisi fortē intricata sit materia, ut tunc rectē petat diuissim explicari ab aduersario.

QUARTO: Positiones & articuli factum alienum continere non debent, quandoquidem aduersarius ad eos non est cogendus respondere. l. Marcellus. §. Qui reum. ff. Rer. amota. Iurare autem (inquit) tam uir quàm uxor cogetur, pater autem amouentis iurare non cogitur, cum iniquum sit de alieno facto alium iurare. l. ulti. ff. Pro suo: Quia (inquit) in alieni facti ignorantia, tolerabilis error est. Hæc omnia sic accipienda sunt, quòd factum alienum ad causam non pertinens, allegari non debeat, propter generalem regulam de non admittendis articulis impertinentibus. Cæterum, si factum alienum ad causam de qua agitur spectet, sanè nihil prohibet id inter articulos referri, quibus etiam aduersarius respondere tenetur, & quidem facilè potest sine periculo periurij, quoniam qui id tantum quod credit aut non credit, responderet, ut tractant Doctores secundum gloss. in. c. Præsentium, De testi. li. VI. Et in. c. Cum causam quæ, De iura. calum. Probatur in. l. ij. §. Quod obseruari. C. eod. tit.

QUINTO: Euitandi sunt articuli captiosi, hoc est, ita scripti, ut siue confitearis, siue neges, sem

T ges, sem

ges, semper tibi incommodo cessurum sit. Veluti, si de his fiant positiones, quæ prius per iurandum ab aduersario delatum, sopita sunt, exemplo. l. Qui iurasse. §. Si pater. ff. De iurand. His igitur articulis reus conuentus non tenetur respondere, quoniam nemini laqueus est iniiciendus. XXVII. q. j. De iudic. ij. Idem iuris est si positiones contineant delictum aduersarij. Quod tamen tractat & distinguit Bar. in. l. Marcellus. §. Qui rerū. ff. Rerū amot. Et Dominicus in. c. ulti. in fi. De confess. lib. VI. Putant enim de aperto crimine, & poni posse ab actore, & respondendum esse ab aduersario. c. Qualiter & quando. ij. Et. c. Inquisitionis, in fi. De accusationi. Cæterum, occultis criminibus respondere non tenetur reus conuentus, iuxta illud Pauli ad Hebræos: Non tibi dico ut te prodas in publicum, neque apud alios te excuses. Vt refertur de pœnitent. distincti. j. §. His autoritatibus. Et sic intelligenda est superior regula: neminem cogendum esse, ut propriam turpitudinem cōfiteatur, uel ad eā respondeat in causa Ciuili. Sed in criminali respondere tenetur, ut probat Bart. in ead. l. Marcellus.

Alio quoq; modo articuli sunt calumniiosi, cum sub diuerso loquendi schemate habent aliquid, ad quod si in speciem respondeas, aut negaturus sis quod prius affirmasti, aut cōtrā, confessurus, quod paulo antè negasti, non sine discrimine periurij. Hoc autem fit, si generali assertione præmissa, quam haud dubiè negaturus sis, subiungat aduersarius alias positiones, quibus non nihil mutatis traducat te incautum ad confitendum præcedentē articulum: Vt si sic quis scribat: PONO TITIVM FVISSE PROCVRATOREM TVVM. Hunc articulū fortè non credas esse uerum. Deinde subiungat: ITEM PONO, QVOD PRAEDICTVS TITIVS COLVIT REI CONVENTI VINEAM. ITEM QVOD COLLECTA VINA VENDIDIT. ITEM QVOD HAEC OMNIA FECIT MANDATO EIVSDEM. Hos tres articulos si confitearis, contraria uidebitur tua responsio. Procurator enim est qui aliena negocia mandato domini administrat. l. j. ff. De procurator. Si rursus neges, suberit & hic scrupulus, quia fortè uerum est, Titium coluisse uineam tuam, & uina uendidisse mandato tuo: non tamē procuratorem fuisse ad id quod aduersarius intēdit. Et hoc est quod dici solet: negato eo quod generaliter propositum est, simulatque negatas esse omnes ex eo depēdentes species. l. Nam etsi. §. Rumpendo. ff. De iniust. rupt. & irrit. testament. l. Non dubium. C. De legib. l. j. C. De codicil.

His autem modis captio, calumnia seu cauillatio in positionibus committitur, ut eleganter tractat Iurisconsultus in. l. Natura cauillationis. Et. l. Si calumniatur. ff. De uerbo signifi. l. Ea est natura. ff. De regul. iur. Non est ergo huiusmodi articulis respondendum, sed sufficit hoc ipsum dicere quod incaptiosi sint, & nullam responsionem sine periculo respondentis admittant.

Cæterum oportet Iudicem hic circumspectum esse, ne statim affectui litigantium cedat, hoc est, ne positiones admittat uel reiiciat temerè: sed summatim cognoscere debet, utrum afferentis ualde interfit responderi ab aduersario, sicut dicit Iuriscōultus in. l. Si defensor. §. Illud quæritur. ff. De interrogato. actioni. Cognitionis autem effectus triplex est. Nam si uiderit articulos omnino impertinentes aut captiosos esse, reiiciet eos, quandoquidem nemo est onerandus superuacanea aut contra ius periculosa responsione, sicut nec inuiti cautione. l. Hæc stipulatio. §. ulti. ff. Vt legato. seu fidei commissio nomi. caueat, Diuus Pius quoque (inquit) rescriptis, quoties euidens res est, ut certum sit nullo modo fideicommissio locum esse, perquam iniquum esse, superuacanea cautione onerari hæredem. Idem probatur in. l. Non cogendum. §. ulti. ff. De procurato. Si autem ex diuerso intelligat articulos non esse tales, quales aduersarius differendi fortè iudicij causa impugnat, nō est cur debeat reiicere. Imò cogendus est aduersarius ad respondendum, & ex sua responsione quasi ex contractu obligatur. l. De ætate. §. Qui interrogatus. ff. De interrogat. actionib. Si deniq; dubitauerit Iudex, utrum proposita aduersus articulos exceptio locum habere debeat, uel non: tutius est ut positiones admittat, argu. c. Non æstimemus. XIII. q. II. Vbi interpres alia quoque iura citat ad hoc. Vnde prodita est regula Iuris: quod sicut prætermisio eorum quæ utilia sunt, nocet: ita superuacanea in dubio admissa, minimè uitiant iudicium uel alium actum. l. Non solet ff. De regul. iur. l. Testamentum, C. De testament.

SEXTO, A positionibus Iuris temperandum est, quibus ideo non tenetur aduersarius respondere, quia ius semper est certum, nec eget ulla probatione, propter quam inuentus est ponendi modus. Vnde si quis responderit confitendo aut negando id quod contra ius est, nihil præiudicatur uel respondententi uel aduersario. l. Confessionibus, cum. l. sequen. ff. De interrogat. actioni. l. Ornamentorum. ff. De aur. & argent. legat. Ornamentorum (inquit Paulus) appellatione uestem muliebrem non contineri, nec errorem hæredis sui ius mutasse, respondend. Idem notatur in. l. j. C. De confess.

Simili modo uitandæ sunt positiones, quæ impossibilem rem continent. Puta, si quis asserat se tertio die ex Colonia profectum fuisse Romam. Aut si mulier post mortem mariti pariens undecimo mense, ponat filium esse mortui mariti. Vel si quis. XX. annorum adolescens dicat se filium esse illius qui nondum uigesimali annum attingit. Hæc enim atque id genus alia per rerum naturam fieri non posse constat. l. Si quis ita institutus. ff. De condit. institu. §. Minorem. Insti. De adoptioni. Et. §. Vnum siquidem, in Auct. De restitutio. & ea quæ par. unde. mens. Quia impossibile nulla obligatio est. l. Impossibiliū. l. Vbi repugnantia. §. Quæ rerum. Et. l. Ea quæ ad damnum. ff. De regul. iur.

Olim autem apud iuris interpretes dubitatum fuit, num positiones negando fieri possent, hoc modo: PONO LVCRETIAM NIHIL MIHI DOTIS ATTULISSE. uel, PONO TITIVM, TALEM REM NON VENDIDISSE. Constitutum autem est hodie in. c. j. De confess. lib. VI. Negatiuas quoq; positiones quæ probari non possunt, nisi per confessionem aduersarij, æquitate suadente admittendas esse. Hoc cum ita sit, miror quid in mentem ueniat quibusdam caudicis, qui ad antiquam disputationem respicientes, sic uertunt articulos: PONO QVOD EST ET FUIT ABSQVE EO QVOD LVCRETIA MIHI ATTULERIT DOTEM, & sic de cæteris. Nam si hac uersura res diffiniri potuit, quid opus erat Pontificia constitutione? Et contra, si Legislatoris autoritas hanc controuersiam explicare potuit, quid opus est his uerborum inuolucris. Sed uideo nonnullos ea uexari insania, ut de his quoque rebus addubitent, quarum controuersia superiorum autoritate prorsus est diffinita. Negatiuarum autem positionum differentias, require apud Bart. in. l. Actor. C. De probati. Et in. l. In illa stipulatione si Calend. ff. De uer. oblig.

SEPTIMO: Non est faciliter in articulis facienda mentio alicuius instrumenti aut priuilegij specialis. Nam aduersarius non posset antea compelli ad contestandam litem & respondendum, quam huiusmodi instrumentum uel priuilegium ederetur. Et ea quidem disputatio sine dilatione causæ non fieret. Ita Doctores in. l. j. §. ulti. ff. De edend. teste Iafone. Et Innocentius in. c. j. De probatio. Romanus in cõsi. XXXIII. Quod tamen Bart. in. l. Postquam. §. Si dies. ff. Ut leg. nom. cauea, distinguit.

Adde, quod si faciens mentionem instrumenti, iuraret se ante litem contestatam edere non posse, dabitur certe locus huic necessariæ excusationi, nec iudicium differetur. Bar. in. l. Edita. C. De edend. post Innocentium in. c. j. De probat.

Sed quid si actor nolit edere instrumentum sine legitima ratione? Respondeo posse ac debere Iudicem ad petitionem eius cuius interest, pronunciare (præmissa tamen monitione) nunquam de cætero fidem esse præstandam tali instrumento uel priuilegio. Barto. quem Iason cum alijs sequitur in. d. l. j. §. ulti. ff. De edend. per. l. ij. C. De fid. instrument.

Pari cura prouidendum est in positionibus, ne consuetudo pro statuto: uel contra, statutum pro consuetudine allegetur. Nam ponens consuetudinem esse, & probans statutum, uel ediuerso, merito succumbit: quando quidem diuersa sunt ius scriptum, quale est statutum: & non scriptum, hoc est, consuetudo. l. De quibus. ff. De legib. ac inibi tractat Barto.

OCTAVO: Sunt qui existimant in rem actoris esse, si ponat & probet aduersarium aliquando apud probos & fide dignos homines, extra iudicium fuisse confessum aliquid ad causam. Et quanquam Angelus Aretinus in. §. Omnium. Insti. De actioni. contra hanc praxim insurgat, quasi scilicet hac positione instruat aduersarius de probatione actoris: Iason tamen ibidem refutata hac ratione adfert non cõtemnendum effectum huius positionis, testimonio Specul. in tit. De teste. §. j. Et Antonij Butriga. in. c. Examina-

ta, De iudi. Quia etiam extraiudicialis confessio in plerisque casibus suum adfert robur ad probandam intentionem actoris, ut Barto. cum alijs doctoribus tractat in. l. Generaliter. C. De non numerat. pecuni. Imò in. l. Ictus furtium. ff. De his qui notan. infami.

Quocirca nec illud prætereundum est, quòd confessio geminata, hoc est, semel atq; iterum facta extra iudicium, perinde censetur, ac si in iudicio, aut iudicialiter contingeret, dicente Bart. post Accursium in. l. Cum scimus, in prin. C. De agrico. & censu. lib. XI. Sic geminata obligatio tollit beneficium Velleiani. l. Si mulier. C. Ad senatus. Vellei. Sin autem (inquit) post biennium hoc fecerit, sibi imputet, si quod sæpius cogitare poterat & euitare, non fecit, sed ultro firmavit. Sic per binam confessionem cessat exceptio nõ numeratæ pecuniæ. l. In contractibus. §. Sed quoniam. C. De nõ numerat. pecun. In illis etiam (ait) securitatibus quæ post confessionem dotalium instrumentorum de soluta dote ex parte uel in solidum exponuntur, nullam exceptionem non numeratæ penitus opponi. Sic secunda cõfessio sub mouet doli exceptionem, qua debitor se aduersus creditorem plus petentem tueri potuisset. l. j. in fi. C. De plus petitioni. Et generaliter duplex uinculum simplice fortius est, ut probatur in Auct. De consang. & uteri. fratri. in fi. Et excludant (inquit) duplici utentes iure eos, qui uno solo iure uti possunt.

NONO, Multum ad rem est adijcere articulum. Quòd aduersarius ante iudicium sit semel à te ipso, deinde ab alijs amicis quanta fieri posset benignitate, admonitus, ut solueret: illum tamen hac admonitione nihil motum fuisse, & adhuc negare debitum. Qua de re supra dictum est.

Præter rationem autem æquitatis est quoq; non contemnendus huius admonitionis effectus. Nam si nunquam antea requisitus quis uocetur in ius, & accepto libello confiteatur debitum, is non potest ad expensas damnari & compelli. Secus uero si prius admonitus recusauerit solutionem expresse uel tacite, hoc est, nihil respondendo aut etiam promittendo, non tamen satis faciens. Ita diffinit Bar. Cepol. in cautela (ut uocant) LXXXIII. Incipi. In li bellis solent communiter.

DECIMO: Vulgatus est articulus qui de publica uoce & fama adijci solet, ut latè tractat Barto. in. l. De minore. §. Tormenta. ff. De quæsti. Et Doctores in. c. Inter dilectos. §. Testes, De fid. in instrumento. Vbi famæ publicæ fit mentio.

IN QVIBVS CAVSIS LIBELLVS NECESSARIO
non requiritur.

MODVS olim edendæ actionis, colligit ex. l. j. in prin. & §. Edere. ff. De edẽ. Qua quisq; actione, inquit, agere uult, prius eam edere debet. Nam æquissimū uidetur, eum qui acturus est, edere actionem, ut perinde sciat reus utrum cedere an contendere debeat. Et si cõtendendum putet, ueniat instructus ad agenda cognita actione qua conueniatur. Edere est etiam copiam describendi facere, uel in libello complecti & dare uel dictare. Eum quoque edere Labeo ait, qui producit aduersarium suum ad album, & demonstrat quid dictaturus est, uel id dicẽdo quo uti uelit. §. Sancimus igitur. Tractatur in Auct. De exhiben. reis. Imperatoribus uerò conuenientius uisum est, ne tanta uarietas edendæ actionis esset, & ut scripto duntaxat libello, tam in ciuilibus quàm in criminalibus causis regulariter ius actoris in iudicio proponeretur. Auct. Offeratur. C. De litis contest. c. j. De libell. oblatio. Quo loci Doctores unanimi sententia diffiniunt, libellum pertinere ad formam iudicij. Vnde rursus subscribunt Bart. in. d. Auct. Offeratur, quòd sicut tacitè & per dissimulationem nõ potest prætermitti: sic nec expressim quidem cõuenire possunt litigatores ne edatur actio. Ratio est: quia Iudicis quoq; gratia datur, nedum aduersarij, argu. l. Nemo potest. ff. De legat. j. Et. l. Ius publicũ. ff. De pact. Hinc etiã Bar. in. l. In sacris. ij. C. De prox. sacror. scrinio. lib. XII. probat non satis esse q; actor petitionẽ suã dictauerit notario apud acta describẽti. Nisi forte actor exponẽdo, causam suam, apud Iudicẽ producat instrumentũ in quo proposita petitio cõtineatur. Nam tunc perinde est ac si libellum dedisset, ut probat Speculz, in tit. De libell. concepti, §. Nunc dicendum est.

I *Causas breues ac modicas, & rudium uiliumq; personarum, quæ sine libello diffiniri & solent & debent, ut probatur in Auſt. De mandat. princ. §. Sit tibi quoq;. Sit tibi quoque (inquit) tertium studium lites cum omni æquitate audire, & omnes quidē breuiores & quæ cunq; maximè uilium sunt, ex non scripto decidere & iudicare, & liberare homines alterna contentione. Accedit textus in Auſt. De Quæſto. §. Volumus autē: Et siquidem (ait) agricolæ sint: consideret, ad quos ex nostris magistratibus illorum pertineant controuersæ: & his immineat, quo magis & sub compendio breuiterq; illos difficultatibus, quas propter huc aduenerunt, liberent, & obtento iure suo, primo quoq; tempore eò remittant, unde uenerit. Itidē de sententia statuitur in Auſt. Nisi breues. C. De senten. ex breuicu. recitan.*

Quæ autem censendæ sunt modicæ causæ & uiles personæ, tamen regulæ quædam sunt in iure: arbitrio tamen discreti Iudicis magis relinquitur, quando quidem tam uaria facti quæſtio est, ut commode diffiniri non possit in speciem, argu. l. Mora. ff. De usur. Diuus quoq; Pius (inquit) Tullio Ballo rescriptit, an mora facta intelligatur, neq; cōstitutione ulla, neq; iuris autorum quæſtione decidi posse, cum sit magis facti quàm iuris quæſtio. Itidem quantæ fides habenda sit testibus, qui, & cuius dignitatis, & cuius æstimationis sint, eum qui iudicat magis posse scire, Diuus Adrianus rescriptit. l. in. §. Ideoq; Diuus. ff. De testib. Sic & causa, & modus transactionis, & personarum transigentium qualitas, quomodo æstimanda sit à Iudice, grauius describit iurisconsultus in. l. Cum hi quibus. §. Vult igitur oratio. ff. De transactioni.

Sic ubi pœna non est in iure expressa, relinquitur arbitrio Iudicis secundum qualitatem causæ. c. De causis. ij. respō. De offici. delegat. Et taxatio rerum ablatarum quas spoliatus iuramento suo declarauit, Iudici arbitranda est pro qualitate personarum ac negocij. c. ulti. in fi. De his qui uiuent. caus. Eadem ratione Ulpianus in. l. j. in fi. ff. De iur. deliberan. Cum dicit tempus, nec adijcit diem, sine dubio ostendit esse in ius dicentis potestate quem diem præstituat. Bar. in. l. Admonendi, in fi. ff. De iureiuran. ex qualitate personarū dicit causam, aliàs modicam, aliàs magnam censeri. l. Sed & si susceperit. §. Si libertis. ff. De iudici. Idem in. l. Cum ex pluribus. ff. De solutioni.

II *Sicubi fiat statutum, aut si per consuetudinem paulatim recipiatur, ut propter sumptus uitandos, ex non scripto causæ regulariter diffiniantur, uiuendum est patrijs moribus, argu. l. ult. in prin. C. De priuilegi. schola. lib. XII. cum dicit: Sed pro consuetudine uetustissima & iugiter obseruata. c. Cum uenissent, De eo qui mitti. in posses. Verum (inquit) legatus ipse causam commisit Iudicibus secundum ius & bonam terræ consuetudinem terminandam.*

Vnde superius probatum est, libellum quoq; & articulos, totum deniq; iudicarium processum, patrijs ritibus conformem esse debere, ut Speculat. probat in Tit. De test. §. Nunc uidendum à nobis est, de articulis citās inter alia XI. distinct. c. In his rebus. Et. XII. distinct. c. Scit sancta. Iniquam uerò consuetudinem, nihil ualere, certissimum est. l. ij. C. Quæ sit lōg. consue. c. Quanto, De consue. Exempla duo sunt: Alterum in. c. ij. De consuet. Vbi prohibet sententiam Iuris, à promiscua plebe rogari: Alterum in. c. ij. De probatio. Vbi facilitatē deferendi iuramenti à Christo quoq; damnatam, reprobat.

Cæterum ut maximè donemus morem audiendarum causarum ex non scripto: nequæquam tamen recipi potest, ut nec à notario quidem excipiat intētio actoris, causam suam apud Iudicem per se aut procuratorem exponentis. Nam hoc pacto locus daretur imposturis, quibus nihil in iure exosius, ut tractant Doctores in. c. j. De libell. oblatio. Et in Cle. Sæpè, De uerbo. signifi.

Quarundam autem ciuitatum Magistratus in iudicijs suis scripturas aded recusant, ut contra ius esse putent, si apud se libellus def in causa quātumuis ardua. Vnde fit, ut sæpè causæ statum non percipiant, rixis interim multiplicatis. Sicq; contra statuti aut consuetudinis rationem, obulares quoq; causas in multos annos differant.

III *Si præcedente denunciatione fiat inquisitio, non requiritur necessariò libellus, ut pleriq; Doctores existimant: tamen si proculdubio capita delictorū de quibus inquirendum fuerit, sunt*

T 3 rit, sunt

rit, sunt reo exponenda. c. Qualiter & quando. ij. §. Debet igitur, De accusati. Debet igitur (inquit) esse præsens is cōtra quem facienda est inquisitio, nisi se per contumaciam absentia serit, & exponenda sunt ei illa capitula, de quibus fuerit inquirendum, ut facultatem habeat defendendi seipsum. Et non solum dicta, sed etiam nomina ipsa testium sunt ei (ut quid, & à quò sit dictum appareat) publicanda. Nec non exceptiones & replicationes legitimæ admittendæ, ne per suppressionem nominum, infamandi; per exceptionum uerò exclusionem, deponendi falsum, audacia præbeatur.

Non tamen errauerit Iudex, si & hoc casu libellum articulatum offerat denunciato, quandoquidem non est in iure locus, qui probet expresse, non esse dandum.

III Cum Episcopus inter subditos suos cognoscit de causis, nō exigitur libellus. Auct. Nisi breuis. C. De sentent. ex breuicul. recitan. Et in Auct. Vt cleric. apud propri. episco. cōuenian. in prin. Prius (inquit) ad Deo amabilem archiepiscopum pergat, sub quo constitutus est, & interpellat eum, & ex non scripto iudicium mereatur.

V Is qui propria temeritate sine consensu Episcopi, contra ius administrauerit res ecclesiasticas, puniendus est simpliciter absq; dato libello, ut tractatur in. c. ij. De institutio. c. Ad aures, De excess. prælator.

VI Inter religiosos, de his quæ ad religionem spectant, nō requiritur libellus. c. ulti. De stat. monacho. Si autem (inquit) dilapidator inuentus fuerit, uel aliàs merito amouendus, per Dyocesatum postquam hoc sibi à uisitoribus denunciatum fuerit, amouetur absque iudiciorum strepitu.

VII In causa matrimoniali non est opus libello, sicut & sententia ex non scripto lata ualeat propter magnum matrimonij fauorem. c. Albericus, De testib.

VIII Tutori uel curatori, qui ad utilitatem pupilli seu adulti scripturam ab aduersario productam allegat falsam, remittitur solennitas libelli & subscriptionis. Nisi fortè suo nomine maluerit accusationem ex scripto solenniter proferre. Et hoc est quod Imperator in. l. ij. C. De his qui accusa. non poss. Proprio nomine (inquit) cum non liceat alieno, non prohibentur in crimine falsi subscribere. Sic & tutor aut curator excusationem suam sine libello proponit. l. Scire oportet. §. Oportet. ff. De excusati. tuto. Oportet autem (ait) unam testari ante tribunal (uel aliter in submemorationibus.) Potest autem & libellos dare, ut ijdem ipsi aiunt Imperatores.

IX Apostatas, hoc est, fidei Christianæ renegatores, pessimos certe homines, absq; libello licet accusare, propter enormitatem criminis. l. Apostatarū, in princ. C. De apostat. Apostatarum (inquit) sacrilegum nomen, singulorum uox continuæ accusationis incesset, & nullis finita temporibus huiusmodi criminis arceatur indago.

X In accusatione militis, qui neglecta officij sui conditione ad colonarias conductiones se transtulit, quælibet delatio ex non scripto satis est. l. ulti. in fi. C. De locat. & conduct. Patet autem (inquit) omnibus huiusmodi copia apud competētes Iudices accusationis, ut qui in hac causa delator existat, laudandus magis quàm uituperandus intelligatur.

XI Falsitas instrumentorum, sine libello puniri potest. l. penult. C. De probatio. Idem iuris est de mendacio testis. l. Nullum. C. De testib. Vbi post derogata testibus priuilegia: data (inquit) cunctis Iudicibus absq; ullo præscriptionis obstaculo, sic (ut sæpè dictum est) in testes quorum uoces falsitate uel fraude non carere prospexerint, pro qualitate uidelicet delicti, animaduertendi licentia.

XII Postulatio suspecti tutoris, ad quam mulieres etiam admittuntur, non exigit libellum

lum. §. Consequens. Instir. De suspect. tuto. l. iij. §. Præterea. ff. cod. tit. Præterea (inquit) iudicandum est, an & sine accusatione possit suspectus repelli? Et magis est ut repelli debeat, si Prætori liqueat ex apertissimis rerum argumentis, suspectum eum esse. Quod favore pupillorum accipiendum est.

XIII Cum duo contendunt se eandem rem possidere, & propterea neuter eorum uult libellum offerre, ne uel hoc ipso aduersarium uideatur agnoscere possessorem: in hac cōtro uersia, potest, imò uerò debet prudens Iudex recipere probationes utriusq; litigatoris sine libello, ne ex hac contentione tandem ad arma profiliant, argu. l. Aequissimum, in fi. ff. De usufruct. Cur enim (inquit Iulianus) ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest iurisdictione sua compescere? Et uter istorum de iure possessionis melius probauerit, is obtinebit. Interim neutri concedendus, adeoq; sub pœna interdicens est huiusmodi rei usus. Cæterum si contra hanc prohibitionem Iudicis, alter eorū occupauerit seu inuaserit rem: tum ad reuocandam istam temeritatem & inuasionem aduersarij, opus est libello, aliâ sententia ferenda non ualeret. l. Prolatam. C. De senten. & interlocu. omn. iudic.

XIII Cum agitur ex sententia, uel ex transactione, non requiritur libellus. Ratio est duplex. Primum enim sententiâ legitima habet executionem paratam. l. Minor uiginti quinque annis cui fideicommissum. ff. De minori. l. Si causam. C. De executio. rei iudicat. Sed per solennitatem offerendi libelli, executio multum differetur. Ergo nihil aliud requirendum est Iudici, quàm utrum sit iudicatum uel transactum. l. Si Prætor, in prin. ff. De iudic. Præterea iniquum esset admissio nouo libello & processu, litem ex lite renasci. l. ulti. in fi. C. De fid. instrument. l. Terminato. C. De fructi. & liti. expen. Post absolutū enim (inquit Imperator) dimissumq; iudicium, nephas est litem alteram consurgere ex litis primæ materia.

XV In causis beneficiorum & usurarum, libelli datio remittitur, quando in his animæ quoq; periculum uertitur, Cle. Dispendiosam, De iudici. Dispendiosam (inquit) prorogationem litium, quam interdum ex subtili ordinis iudiciarij obseruatione, causarū docet experientia prouenire, restringere in subscriptis casibus cupientes.

XVI Causa Iudicum, deposita administratione conuentorum, ex non scripto agenda est, & infra uiginti dies terminanda. l. j. in fi. C. Ut om. iudic. tam ciuil. quàm milita. post administ. deposi. Et in Auc. Ut iudic. sin. quoq; suffra. §. Necessitatem. Quæ saluberrimæ constitutiones hodie non seruantur.

XVII Apud Imperatorem cuius præsentia omnem solennitatem supplet, non est opus libello. argu. l. Omnium, in princ. C. De testament. Et tractant Doctores in. c. j. De libell. oblatio.

XVIII In notorijs criminibus, quæ Iudices ex officio suo punire & possunt & debent, citra solennia accusationum, id est, sine libello & accusatione proceditur. l. Ea quidem. C. De accusatio. Ideoq; rectissime dixit Augustinus: Euidentiâ patrati sceleris, non indiget clamore accusatoris. c. Euidentiâ, eod. tit. Pulchrè autē declarat hanc regulam Barto. in. l. Scriptus heres. ff. De religio. & sumpti. fune. describens ac discernens notorium à manifesto.

XIX Cum litigatores implorant officium Iudicis mercenarium, quod institutæ actioni & inopinato circa eam emergentibus quæstionibus deseruit: tunc necessarius non est libellus. Ut Iudex contumaciam litigantium captis pignoribus, uel aliter coherceat. Simili modo officium Iudicis nobile (ut uocant) quod nulla prius mota cōtrouersia principaliter imploratur, non requirit libellum, quando scilicet non magnum sit præiudicium ei, aduersus quem inuocatur. Veluti, cū parentes aut patroni petunt iudiciale subsidium ad consequenda obsequia uel alimenta. l. Nec quicquam. §. De plano. ff. De offici. Procon. & legat.

Præterea, cum officium Iudicis sic imploratur ut nihil aduersus quenquam sit faciendum.

T 4 sed m

sed nuda duntaxat auctoritas quaeritur: tunc etiam remittitur necessitas dandi libelli, ut si partes communi consensu petant decretum aut confirmationem alicuius negotij.

Cæterum, quando uice actionis huiusmodi iudiciale officium inuocatur, & ne aduersarius lædatur, plena cognitione opus est: tunc omnibus modis requiritur libellus conuentionalis. Vnde Iuriconsultus in. d. l. Nec quicquam. §. Vbi decretum: Omnia enim (inquit) quæcunque causæ cognitionem desiderant, per libellum non possunt expediri. Quasi uerò dicat: Non sufficit, Iudici expositum esse negotium eiusq; officium imploratum, nisi & aduersario in ius uocato libellus conuentionalis detur.

Hæc omnia latius tractat Bart. in. d. l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. Addens, quòd si quis in omnibus prædictis casibus implorandi officij nobilis, uoluerit sua sponte dare libellum, nihil refragatur. l. Si finita. §. Iulianus. ff. De dam. infect.

XX Vbicunq; Lex uel statutum dicit causam talem de plano, uel sine figura iudicij, aut summarie cognoscendam: ibi datio libelli tacite remittitur. Nam hæc uerba ad ordinem & processum iudicarium: non ad probationis fidem Iudici faciendam, referenda sunt. Imò quantum ad probationes attinet, causæ qualitas est respicienda, ut docet Bart. in. l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. ff. De offic. Proconsul. Quid autem præter libelli dationem prædicta uerba ex iudiciaria solennitate remittant, adi Cle. Sæpè, De uerbo. signifi. Et ibidè gloss. Item Bart. in extrau. Ad reprimendum.

EXEMPLVM INTERROGATIONIS.

MAGNIFICE DOMINE IVDIX: CVM IURE PERMISSVM SIT, VBIQVQVE POSTVLauerit AEQVITAS, PRAESERTIM TAMEN ANTE IVDICIUM PETITORIVM, INTERROGARI ADVERSARIVM CONVENIENDVM DE POSSESSIONE REI VENDICANDAE, NE LIS FRVSTRA INTENDATVR: IDEO VESTRVM EA IN RE OFFICIVM, OMNIBVS QVIBVS IURE DEBET MODIS DECENTER INVOCAT TITIVS CIVIS BONONIENSIS, SVO NOMINE: VT INTERROGETIS SEMPRONIUM CONCIVEM EIVS, ET INTERROGATVM RESPONDERE SVB IVRAMENTO CALVMNIAE LEGITIME COMPELLATIS, DE OMNIBVS HIS QVAE SEQVVTVR.

I AN IDEM SRMPRONIVS POSSEDEAT VEL TENEAT QVENDAM FVNDVM IN TALI LOCO?

II VTRVM IN SOLIDVM POSSEDEAT, AN PRO PARTE?

III SI IN PARTEM: TVM PRO QVOTA PARTE TENEAT?

III QVO IURE ET TITVLO POSSEDEAT?

V SI NON POSSEDEAT VEL TENEAT: TVM AN SCIVERIT HANC CONTROVERSIAM SIBI FVTVRAM?

VI QVO MODO DESIERIT POSSIDERE?

Et quanquam quintæ interrogationi non sit aduersarius summo iure cogendus respondere, iuxta. l. Non, compelli possessorem. C. De peti. hæredita. Et. l. j. C. De confess. Attamè boni uiri solent semper ingenuè fateri ueritatem & ius suum, ne suspecti habeantur. Contra uerò, improbi lucem fugiunt, læsa scilicet conscientia timentes rebus suis. Igitur potest hæc interrogatio fieri, & repudiata etiam non caret aliquo effectu, ut Iudex subinde perpendat, cur interrogatus tam prorsus recusauerit respondere?

De alijs autem articulis, & iurare, & respondere compellendus est aduersarius. l. Qui petitorio. ff. De Reiuendica. l. penult. ff. De interrogatio. l. ij. §. j. C. De iurciurand. propter calum. dan. c. j. De iurament. calum.

EXEMPLVM LIBELLI SIMPLICIS.

MAGNIFICE DOMINE IVDIX, Hic titulus ad omnem Magistratum conditionem facile potest uariari, adhibita semper loci pbata cõsuetudine. CORAM VOBIS AGIT IN HOC IVDICIO NOMINE SVO TITIVS CIVIS BONONIENSIS, ADVERSVS SEMPRONIUM CONCIVEM SVVM, AC ALIVM QVEMCVQVE, NOMINE EIVS LEGITIME COM-
PAREN

PARENTEM, DEPERENS SIMPLICITER ET SINE STRICTA IVRIS SOLENNITATE AD VESTRAM COGNITIONEM: QVOD IDEM SEMPRONIUS INIVSTE TENET ET POSSIDET QVENDAM FVNDVM TOT IVGERVM, IN TALI LOCO, QVI IVRE DOMINII VEL QVASI DOMINII, PERTINET AD PRAEDICTVM ACTOREM LEGITIMIS TITVLIS ATQVE CAUSIS. PRAETEREA DICIT: QVOD TITIVS ADVERSARIVS ANNIS IAM DVOBVS PERCEPIT FRVCTVS CENTVM AVREORVM EX EODEM FVNDO. ET CVM REQUISITVS ESSET AB ACTORE, VT HVNC FVNDVM FRVCTIBVS RESTITVERET, TEMERE HACTENVS ID RECVSAVIT ATQVE RECVSAT. Hic uides figuram simplicis libelli ex Enthymematis prima parte, quæ est antecedens, constantem. Sequitur nunc posterior pars seu consequens, quam conclusionem dicimus. Si maior quoq; propositio præcederet, sicut in formula interrogationis uides, quæ naturam & speciem actionis breuiter depingeret, ut olim haud dubiè ueneranda antiquitas obseruauit: haberes optimam Syllogismi compositionem, quam Iudex in cognoscendo, simplici quadam ueritate tutò sequi posset, nec daretur locus calumniosis diuerticulis & inuolutionibus causarum, ut fit. QVARE DICTVS SEMPRONIUS AGENS ADVERSVS TITIVM REVM, PETIT VT SECVNDVM OPTIMAM IVRIS FORMAM QVA FIERI POTEST, VESTRA SENTENTIA, DIFFINIATIS ET DECLARETIS, DESIGNATVM FVNDVM PERTINVIS SE AC NVNC QVOQVE PERTINERE, AD EVNDEM SEMPRONIUM IVRE DOMINII VEL QVASI DOMINII: VTQVE CONDEMNETIS TITIVM EO NOMINE, AC CONDEMNETVM LEGITIMIS REMEDIIS COMPELLATIS, AD RESTITVENDVM SEMPRONIO TALEM FVNDVM CVM ACCESSORIIS SVIS ET INSTRUMENTIS.

ITEM: CVM FRVCTIBVS ET EMOLVMENTIS PERCEPTIS, ET QVI PERCIPI POTVERVNT, SI EXTANT: ALIOQVI, VT SOLVAT AESTIMATIONEM CENTVM FLORENORVM. IN SVPER, DAMNA ET ID QVOD INTEREST, PRAETERITI AC FVTVRI TEMPORIS: SIMVL ETIAM SVMPTVS LITIS FACTOS ET POSTHAC FACIENDOS, VT IN PROGRESSV CAUSAE PATEBIT.

QVORVM OMNIUM PETIT ACTOR COGNITIONEM SVMMARIAM EX AEQVO ET BONO SIMPLICEM AC PLANAM, SINE STRICTA SVMMI IVRIS SOLENNITATE, INVOCANS VESTRVM IVDICIALE OFFICIVM, IN QVIBVS IVRE AVT CONSVETVDINE FVERIT IMPLORANDVM. SALVO PERMISSV EMENDANDI ET ALTERIVS ACTIONIS INTENDENDAE.

NON ASTRINGENS SE AD PROBANDVM NISI EA, QVAE AD OBTINENDAM INTENTIONEM ACTORIS SVFFICIVNT.

REQUIRIT ETIAM ACTOR, SAEPE DICTVM SEMPRONIUM REVM COMPELLI AD RESPONDENDVM HVIC LIBELLO, ET LITEM SVPER EO CONTESTANDAM, IVRAMENTVMQVE CALVMNIAE PRAESTANDVM.

DENIQVE, REVERENTER PETIT SVPER OMNIBVS HIS IVSTITIAM SIBI MINISTRARI.

Hoc est exemplum simplicis libelli, quem per omnes actionum species uariare non est difficile, modò rectè teneas cuiuslibet actionis circumstantiam.

EXEMPLVM DE TESTIBVS ABFVTVRIS.

MAGNIFICE DOMINE IVDIX, CVM OPTIMO LEGVM BENEFICIO PERMITTATVR: VBI COPIA QVORVNDAM TESTIVM NON SIT SEMPER AD MANVM, VT TVM PER OFFICIVM IVDICIS HVIC NECESSITATI SVCCVRRATVR, NE VERITATIS PROBATIO PEREAT: IDEO TITIVS CIVIS BONONIENSIS ACTOR, SVO NOMINE PETIT, VT LVTVM LONGA PEREGRINATIONE ABFVTVRVM, ET SEIVM SENEM ADMODVM: DENIQVE MARCVM PERICVLOSA VALETVDINE LABORANTEM, OMNES CONCIVES SVOS, IN TESTIMONIUM HVIVS CAUSAE QVAM IDEM TITIVS INTENDIT LIBELLO NVPER EDITO. Aut si nondū editus est, uariabis: Prope diem edendo ADMITTATIS VOCATOQVE SEMPRONIO ADVERSARIO, IVRAMENTA EORVNDEM RECIPIATIS, AC SVBINDE EXAMINETIS, DICTAQVE EORVM CLAVSA, AD TEMPVS PVBLICATIONI CONVENIENS CONSERVETIS. Multas ob causas malui hanc petitionis partem seorsum describere, præsertim, quòd non semper deseruiat. Proinde, si libello uolueris iungere, liberum tibi fuerit.

EXEM-

EXEMPLA POSITIONVM ET ARTICVLORVM.

MAGNIFICE DOMINE IVDIX: PROSEQVENDO COEPTVM CORAM VOBIS IVDICIUM, TITIVS ACTOR EXHIBET SVB IVRAMENTO CALVMNIAE, NO MINE SVO INFRA DESCRIPTOS ARTICVLOS SEV POSITIONES, QVIBVS PETIT A SEMPRONIO REO CONVENTO SIMPLICITER, PVRE, AC APERTE RESPONDERI PER VERBVM, CREDIT, VEL NON CREDIT.

I ITEM PONIT ET EST VERVM: QVOD QVIDAM CAIVS CIVIS BONONIENSIS TENVIT AC POSSEDIT FVNDVM TOT IVGERVM IN TALI LOCO.

II ITEM PONIT: QVOD POSSEDIT HVNC FVNDVM X.XX.XXX.XL.AN.

III ITEM: QVOD POSSEDIT EVM PRO SVO EX LEGITIMIS CAVSIS.

Hos tres articulos si probaueris, obtinebis in principe illa & summi iuris actione, quam Reiuendicationem appellant, quæ dominium rei exigit. Paulus in. l. In rem actio, in principi. ff. De Reiuendicati. Sin autem non possis probare, ut sunt certè magnæ difficultatis, tunc nihilominus obtinebis, modo si tuum ius ostenderis, per temperamentum Publicianæ, quæ contenta est probatione quasi dominij. l. i. ff. De Publicia. Et ideo utraq; actio, hoc libello cõiuncta est, quod permittitur iure, ne homines bonæ fidei suæ iacturam patiantur, & est cõmunis Doctorum sententia.

III ITEM PONIT: QVOD PRAEDICTVS CAIVS VENDIDIT SEMPRONIO ACTORI EVNDEM FVNDVM.

V ITEM: QVOD CAIVS TRANSTVLIT IN SEMPRONIUM POSSESSIONEM TALIS FVNDI.

VI ITEM PONIT: QVOD SEMPRONIUS NVMERAVIT CAIO PRECIUM FVNDI EMPTI. Idem est, si alio modo satisfecit.

VII ITEM: QVOD CAIVS ACTOR TENVIT ET POSSEDIT EVNDEM FVNDVM A TEMPÖRE VENDITIONIS.

VIII ITEM: QVOD PACIFICE POSSEDIT, QVATENVS AD REVM CONVENTVM ATTINET.

IX ITEM PONIT: QVOD PRAESENTE AC SCIENTE SEMPRONIO REO, TANTO TEMPÖRE POSSEDIT.

X ITEM: QVOD PRO SVO SEMPER VSQVE AD AMISSAM POSSESSIONEM FVIT EO FVNDI VSVS.

XI ITEM PONIT: QVOD OMNIA HAEC SVNT VERA.

XII ITEM: QVOD DE EIS EST PVBLICA VOX ET FAMA.

Ecce articulorum formula sic potest variari per omnes actiones faciliter. Iam si descriptum libelli contextum in hos articulos dispartias, facies libellum articulatam, redimesq; multiplicationem scriptorum, quæ sæpe solent obstare Iudicibus, ne causæ statum videant & ponderent. Cæterum quoniam multum expedit actione aliqua in factum interdicti, de possessione experiri, iuxta. l. Is qui destinavit. ff. De Reiuendica. Ideo si deiectus fuerit actor ut de possessione, declarabit hoc paucis articulis: & variabit libelli conclusionem, ut restituenda tantum possessionis cum omni damno mentio fiat, non etiam declarandi dominij, iuxta. §. Recuperandæ. Institut. De interdicti. l. i. ff. De vi & vi armat.

EXEMPLVM LIBELLI ARTICVLATI.

MAGNIFICE DOMINE IVDIX, CORAM VOBIS. Quanq̃ non erraret qui diceret apud nos agit: sicut sæpissime iurisconsulti dicunt aliquid apud Iudicē factum aut nō factum esse. Aramē usus recepit, & significatissime utimur his uerbis: qm̃ corā Iudice agere dicimur, cū eo præsente & intelligente, causam tractamus, iuxta. l. Coram. ff. De uerbor. significa. AGIT

IN

IN HOC IUDICIO SEMPRONIUS NOMINE SVO, CIVIS BONONIENSIS: ADVERSUS TITIVM CONCIVEM SVVM, AC ALIVM QVEMCVNQVE, NOMINE EIVS LEGITIME COMPARENTEM: PROPONENS SIMPLICITER ET SINE STRICTA IVRIS SOLENNI TATE HANC SEQVENTEM CAUSAM SINGVLIS ARTICVLIS COMPRAEHENSAM.

PETIT AVTEM HVIC SCRIPTO, VELVTI SVMMARIO AEDENDAE ACTIONIS LIBELLO, A PRAEDICTO ADVERSARIO RESPONDERI, LITEM CONTESTARI, IVS IVRANDVM CALVMNIAE PRAESTARI, CAETERAQVE SECVNDVM COGNITIONIS NECESSITATEM FIERI. QVATENVS VERO ARTICVLI ET POSITIONES CENSENTVR: PETIT EIS AB EODEM TITIO APERTE PER VERBVM, CREDIT, AVT NON CREDIT, RESPONDERI SVB PRAESTANDO IVRAMENTO. ET SI QVID AB EO NEGATIVM FVERIT, EXHIBET SE ACTOR PROBATVRVM, CITRA ONVS TAMEN SVPERFLVAE PROBATIONIS.

I ITEM DICIT IDEM SEMPRONIUS ACTOR, ET EST VERVM: QVOD INTER EVM FT REVM CONVENTVM FVERVNT QVAEDAM NEGOCIATIONES ET MVSTVAE RATIONES.

II ITEM PONIT: QVOD EX ISTIS NEGOCIATIONIBVS TANDEM SVNT NATAE CONTROVERSIAE.

III ITEM QVOD NONNVLLI BONI VIRI INTERCESSERVNT, VT HAEC CAUSA COMPONERETVR.

IIII ITEM, QVOD SECVTA EST COMPOSITIO, HIS CONVENTIONIBVS ET PACTIS SEQVENTIBVS.

V ITEM PONIT, QVOD INTERVENTV AMICORVM PACTVM FVIT, VT ACTOR SOLVERET IN ITALIA DECEM FLORENOS RENENSES NOMINE REI CONVENTI.

VI ITEM: QVOD ISTA DECEM SOLVERET IOANNI, FILIO EIVSDEM TITII REI, BONONIAE NVNC AGENTI.

VII ITEM DICIT CONVENTVM ESSE: QVOD REVS HABERET QVANDAM DOMVM ACTORIS IN TALI PLATEA, TALIBVS VICINIS.

VIII ITEM: QVOD TALEM DOMVM HABERET PLENO IVRE, NEC VLLO AERE GRAVATAM.

IX ITEM PONIT, CONVENTVM ESSE: QVOD VICISSIM ACTOR HABERET PLENO IVRE QVENDAM AGRVM REI CONVENTI, IN TALI LOCO.

X ITEM EST VERVM: QVOD IN EADEM CONVENTIONE, REVS PROMISIT VENDERE VINEAM IN TALI LOCO.

Semper meminisse oportet, ut addas designationes rei uenditae tam certas, ne ulla subordinari dubitatio, si forte plures sint res ad quas generalis designatio porrigi posset. Nam non sequeretur sententia diffinitiva, multo minus executio, quam certa esse oportet, iuxta. §. Curare. Instit. De actioni. Paulus in. l. Si in rem. ff. De Reuendica. ac ibi Bartolus tractat.

XI ITEM PONIT ACTOR: QVOD TITIVS REVS SOLENNI STIPVLATIONE PRAEDICTA OMNIA PROMISIT.

XII ITEM: QVOD IVRAMENTVM QVOQVE LEGITIMA FORMA ADDIDIT SE NIHIL PRAETERMISSVRVM EX PACTIS.

His duobus articulis habes duplex (ut uocant) uestimētum transactionis. Nam quanquam regulariter ex nuda transactione non nascatur actio, sed exceptio, iuxta. l. Cum mota. l. Cum proponas. Et. l. Siue apud acta. C. De transactioni. Tamen uestitur quatuor modis, hoc est, redditur efficax ad producendam actionem. Videlicet, Stipulatione, Iuramento, Traditione, & Acceptilatione, ut dicit. ll. Et. l. Vt responsum. C. cod. tit.

Si quis

Si quis ergo contraueniat promissæ transactioni & iurata, is fit famosus ex condemnatione, & nihilominus compellitur obseruare pacta compositionis. l. Si quis maior. C. De transactio. Et. l. penulti. in fi. C. De dignitati lib. XII.

Sed quæ competit actio? Respondeo: Ex stipulatione, si certum est promissum: aut ex stipulatu, si incertum continetur pactis. Quid igitur, si nulla interuenit stipulatio? Tunc præscriptis uerbis agendum est. l. Si profundo. C. De transactioni.

XIII ITEM: QVOD POENA DECEM AVREORVM EST IN CONVENTIONE ADIECTA.

XIII ITEM: QVOD TALEM POENAM SOLVERET PACTA NON SERVANS, ET INTERIM TRANSACTIO RATA MANERET. Hermogenianus eleganter in. l. penulti. ff. De transactio. De purganda aut mora, ad Bartolū in. l. Infulum. ff. De uerbo. obligatio.

XV ITEM PONIT: QVOD DE OMNIBVS PRAEDICTIS EST SCRIPTVM A PVBLICO TABELLIONE INSTRVMENTVM. Solent quoq; alijs scriptorum generibus quæ amici compositores subscribunt aut sigillo confirmant, declarari conuentiones transactionū. Plerunq; enim & chartæ subscriptis literis sic sciuntur, ut possit de fide nō faciliter dubitare. Sed quid si nullum extet scriptum de placitis? Certè non eò minus ualet transactio, tametsi probatio sit difficilior. l. Cum te. C. De transactio.

XVI ITEM PONIT: QVOD ACTOR OMNIA PACTA EX SVA PARTE IMPLEVIT. Ecce aliud uestimentum transactionis, quia actor cœpit tradere, quæ traditurum se paciscendo receperat.

XVII ITEM PONIT ACTOR: QVOD DE OMNIBVS PRAEDICTIS EST PVBLICA VOX ET FAMA.

QVARE PETIT ACTOR PRAEDICTVS TITIVM REVM CONDEMNARI, AC CONDEMNATVM LEGITIMIS REMEDIIS COMPELLI, VT PRAEDICTIS PLACITIS SECVNDVM PROMISSIONEM EIVS AC IVRAMENTVM SATISFACIAT: ET NIHILOMINVS POENAM DECEM FLORENORVM EIDEM ACTORI SOLVAT, SIMVL CVM DAMNIS, VT SVPRA. Quid enim opus est eandem cantilenam repetere? Quod si & hoc adicias: tametsi necessarium non sit, nihil erraueris: PETIT ACTOR SENTENTIA VESTRA DEFINITIVA DECLARARI ET PRONVNCIARI, NON LICVISSE NEQVE LICERE REO CONVENTO CONTRA SVPERIVS POSITA PACTA FACERE, NEC A RECEPTA TRANS ACTIONE TEMERE DISCEDERE. IDEOQVE EVNDEM REVM CONDEMNARI, &c.

Ecce habes libellum articulatam.

Ideo autem hoc transactionis exemplum adiecimus: quia frequentissimè solet accidere in foro, ut causæ seu controuersæ interuentu amicorum, bonis conditionibus componantur, quas tamen morosi sæpè homines & ad rixandum planè nati, temere transfiliunt. Quapropter, & pœna, & iureiurando confirmari solent, ut tractat Barto. in. l. Arbitr intra certum. ff. De arbit. Ac interim admonendi sunt illi, qui tam leui causa repudiant pacis conuentiones, quas iuramento promiserunt. Non enim effugiunt infamiæ notam, quacūq; tandem utantur cautela. Cuius ego memorabile adeoq; horrendum uidi exemplum, hoc seculo.

Sed potest ne is qui ex transactione implenda, tradit aliquid, agere, rem traditam restitui, aut satisfieri pactis ab aduersario? Respondeo, Non posse. Allegat enim contraria, qui uult rem traditam restitui, aut conuentionem impleri. Ergo repellendus est. l. j. C. De furt.

Excipe tamen. I. Si nominatim sit pactum, quod rata manente compositione, liceret rem traditam repetere. l. Qui fidem ff. De transactio. Et. l. Cum proponas. C. eod. tit. Ac petas (inquiunt Imperatores) uel pacto stari, uel restitui data. II. Si iusiurandum interuenerit. l. Si quis maior. C. eod. tit. III. Si per acceptilationem sublata fuit prima actio in transactione. l. Vbi pactum. C. dict. tit.

An ergo stipulator possit petere pœnam, & ut Iudex declaret ruptam esse cōuentionem ab aduer

ab aduersario, nec amplius seruandam? Respondeo, posse utrunque peti, ut tradunt Doctores secundum Accursium in. d. l. Qui fidem. Et Barto. ibi declarat.

Cæterum, regulare est, pœnam & executionem transactionis simul peti non posse, nisi nominatim sit cõuentũ, ut locis superius allegatis probatur. Quare solet frequenter adijci hæc clausula: Vt rato manente pacto, pœna possit peti.

Verum quid dicemus de mora purganda? Ponamus eum cum quo sic transactum est, ut intra tale tempus solueret aut faceret aliquid, uenire post diem, & satisfactionem offerre, excusabitur ne à pœna promissa? Respondeo, Hanc quæstionem ex bono & æquo tractandã esse. Nam post pauculos dies eum admitti, humanius est dicere: Præsertim, si causam fortassis allegare possit, ob quam satisfactio fuerit plusculum dilata. Paulus in. l. Si ex Lege. §. Colonus. ff. Locat. & conduct. Papinianus in. l. Si cum dies, in fi. cum. l. seq. ff. De arbit. Caius in. l. Et si post tres. ff. Si quis cautioni. Idem Paulus in. l. Sed & si. ff. De constitu. pecuni. Sed & si (inquit) alia die offeratur, nec actor accipere uoluit, nec ulla iusta causa fuit nõ accipiendi: æquum est succurri reo.

Deniq; non est prætereundum: Quod licitum est agere ex conuentione in qua fuerit aliquis confessus se debere centum, nõ alia scilicet causa adiecta, quàm quod ex rationibus inuicem collatis sic apparuerit, ut tractant in l. Nuda ratio. ff. De donati. Accedit. l. Publica, in fi. ff. Deposit. Et. l. j. C. De erro. calcul.

F I N I S.

REVERENDISSIMO
IN CHRISTO PATRI ET DOMINO,
DOMINO GEORGIO, ARCHIEPISCOPO LONDEN
si, omnibus modis dignissimo, domino meo gratioso s.



TAMETSI multis animi dotibus atq; præclaris certè donatus es, quæ immortalis nomine posteris te commendabunt, Reuerendissime Præsul, hoc unum tamen præcipuum tibi splendorem adfert, quod bonarum literarũ studiosos incredibili fauore prosequeris, ipse plane doctissimus. Nam uideamus passim magnos ab olim uiros non tam alio quolibet uirtutis genere, maximum sui desiderium posteritati reliquisse, quàm quod disciplinarum curam magno conatu susceperint: quippe, quod omnibus in uniuersum magnoperè profuerunt. Prouide, & tuus ille optimorum studiorum amor, quem ab incunte ætate conceptum, semper occasione data soles exercere, sua mercede non frustrabitur, interim quod ad me attinet, quantum tibi debeam facile agnosco, nisi planè stupidus sim, quod me in hac Republica hospitem, de te autem nihil prorsus emeritum, tanto fauore ac clementia sis prosecutus, ut certè pristinam Atheniensium liberalitatẽ, quam ad se uenientibus ultrò exhibebãt, omnibus numeris referre mihi uidearis. Quam ob rem ne prorsus ingratitude pessimo nimirum uitio, quod equidem longè à me alienum esse uelim, notandus uidear, malui hoc qualecunq; animi mei argumentum edere, & hunc libellum tuo nomini nuncupare. Primum, ut me nihil magis ambire uideas, quàm ut uel aliquid gratiarum tibi referam. Deinde, ut tua censura omnibus modis grauissima, studiorum meorum rationem discutias. Et mediufidius obsequiosissimè oro, ut liberè iudices, an operam hanc meam Reipublicæ profuturam existimes. Siquidem quàm feliciter scripserim, nescio, certè pio uoto me scripsisse, cõscientia mille testes, mihi patrociniabitur, satisq; fuerit, si tu officium meum hoc qualecunq; non contempseris. Vale fœlix.

R. G. T.
obsequiosissimus

Ioannes
Oldendorpius.

V QVAM

218
**FORMVLA INVE-
STIGANDAE ACTIONIS, PER QVAM**

VNVSQVISQVE IVS SVVM IN IVDICIO

persequatur, cum deliberatione æqui & boni.

QVAM GRAVITER ERRENT QVI NON

prius actionem inuestigant, quàm adeant Iudicem.



SEMPER quidem humanarum rerum hæc vicissitudo fuit à condito mundo, quòd optima quæque per abusum corrumpentur paulatim ad prauitatem, rursusq; Dei clementia Principes & boni uiri prodirent, quorum opera succedentibus seculis genuina ueritas uelut postliminio reduceretur. Idq; est quod Iustinianus utiq; bonus Princeps, fluxam uocat humanarum rerum conditionem, quæ nunquàm in eodem statu maneat, Nouell. De his qui ingre. ad appellatio. in principi. Verum in his rerum mutationibus nunquàm desperandum est, cum aliquod erroris uitium irreperit, imò manibus & pedibus, totoq; conatu incumbendum ijs, ad quos ea res quouis legitimo munere spectat, quò magis ad exemplum aliquod pristinae puritatis, luxata restituantur. Siquidem insigni aut malitia, aut insania censendi sunt illi, qui deterrere solent alios ab emendationibus errorum, tantum abest ut ipsi aliquam operam impendere uoluerint. Fortassis ideo, ne eiusdem erroris culpam agnoscant. Sed meminisse potius debent omnes boni uiri, maximam gloriam esse, adhibere opem & consilium emendandis (quatenus per humanam fragilitatem licet) incidentibus uitijs, præsertim in Ciuilibus disciplinis, quarum ductu ac uelut regula, omnis hominum uita sub honesta morum tranquillitate recte gubernari potest. Quo nomine non pudet Cæsarem ipsum latas pridem à se leges emendare, Nouell. De nupti. §. Nos autem. Et, Ut fili. frat. in principi. Nec enim imperij reformationes, quas singuli ferè Cæsares in Comitijs primarijs edere solent, aliò pertinent, quàm ut ceptis iam, uel mox imminentibus optimarum rerum deprauationibus, prudèter medentur & occurrant.

Itaque: cum inter alia multa corruptarum rerum exempla, crudelissimus tyrannus Mos perniciosam hunc errorem obtulerit, quòd in exercendis iudicialijs discepcionibus apud plerosq; causidicos (ut interim bonos, & graues uiros excipiam) qui sine delectu in foro causas agunt, nullus adhibeatur modus, nulla iuris ratio: nostri officij duximus studiosos huius erroris admonere. Videmus enim omnes passim parum curare, in quo causarum genere uersentur, multò minus quam actionis formulam intendant, tantum solliciti quo uerborum apparatu in iudicium perducant causam, quam nec semel cum suis circumstantijs rectè perpendierint. Præterea & in hoc falluntur, quòd Doctorum commentarios obiter legunt, & indices traditionum, quos Repertoria dicunt. Ibi si unum aut alterum uerbum forte inuenerint causæ suæ nonnihil ad sine, statim sibi persuadent uictoriam. Sic sine certa facti, & iuris seu actionis inuestigatione, illotis (quòd dicitur) manibus ad tractandas causas profiliunt, tandemq; præpostero ordine quòd primum esse debebat, id serò cum Phrygibus intelligunt, scilicet quàm impertinentem actionem proposuerint.

Erroris causa fuit, quòd in Tit. C. De iur. formu. & impetra. ait. Legunt sublatas esse actionum solennitates antiquas. Igitur putant incauti nihil referre quomodo proponatur factum, nec ulla opus esse actionis inuestigatione speciali. Sed Iason Instit. De actio. in principi. post Bar. in. l. Edita. C. De edend. multò rectius docet, hodie etiam actionem dici, & esse formulam, sicut olim fuit, tantumq; esse sublatas uerborum aucupationes. Ex quo infert, quòd l. Si seruus nauem. ff. De furt. ubi Paulus actionem uocat formulam uulgarem, non sit correctæ.

Vis autem uidere, quòd ad præparationem iudiciorum primum omnium requiratur inuestigatio & cognitio actionis, siue uerbis, siue ex scripto tractetur iudicium? Si causam expos
nas luy

nas Iudici, nonne aliquid tandem petendum est atq; concludendum? Nemo sanæ mentis negabit. Nam si ex facti serie quantumuis bene narrata, aut nullam, aut ineptam colligas conclusionem, totus libellus corruit, ut probat Iason multorum testimonijs in. l. j. ff. De eden. Et sicut in contractibus alijsq; rebus, ita multò magis in iudicijs, exitus eorum quæ proponuntur, hoc est, petitio, probat utrum iusta sit, an iniqua persecutio, argu. l. Si uoluntate. C. De rescinden. uenditio. Martianus in. l. Quædam. ff. De reb. dubi. Quædã (inquit) sunt, in quibus res dubia est, sed ex post facto retroducitur & apparet quid actum sit. Vbi Accurs. multa allegat similia.

Cæterum petitio, uel cõclusio libelli, non potest rectè produci, præterquàm ex natura & forma actionum, quæ per singulas propemodum species earũ uariatur iure, ut est uidere exit. Instit. De actionib. Ergo necessarium est, primo loco diligenter inuestigare ac cognoscere in specie Formulam actionis, qua uti uolueris. Non dico ut summo iure tantum, uerum etiam ut ex æquitatis censura, sicut infra dicemus, eam inuestiges. Sæpè nanq; prima facie uidebitur incauto, hanc uel illam actionem competere ad persequendum ius suum, cum autè ad æquitatis normam exegerit factum seu casum, neutra conueniet. Vlpianus in. l. j. §. Ideo autem. ff. Si mensor fal. mod. dixer. Loquens de mensore agri, qui operam suam præbuit pro honorario, & fefellit renunciando. Si autem (inquit) ex locato fuerit actum, dicendum erit nec tenere intentionem. Sed an mandati competit? Respondeo: Quòd nò, propter mercedem. Conceditur igitur actio in factum Prætoria.

Interest autem & litigatorum & Iudicis, ne quis antea ad agendam causam accedat, quàm teneat certò ac nominatim speciè actionis quam intendere uoluerit. Primũ enim actor ipse qui sciet quibus modis instruenda sit causa sua, si ignorauerit uim, ac potestatem actionis quam instituit? Deinde, reus quomodo intelliget utrum cedendum illi, an contendendum sit, si nesciat actionem aduersus se in iudicio deductam? Quo nomine Vlpianus in. l. j. in princ. ff. De edend. dicit: Aequissimum esse ut edatur actio qua quis uti uoluerit. Deniq; Iudex incertus erit quam rationem in cognitione ac sententia sua sequatur, nisi ad amussim audiat ab actore, quo iure aliquid apud se persequatur. Et hoc est quod Pomponius in. l. ij. §. Deinde ex his. ff. De origi. iur. Quas actiones (inquit) ne populus uellet, institueret: certas, solennesq; esse uoluerunt. Grauißima sanè est ratio, si rectè perpendatur. Et nihil aberrarunt, qui olim dicebant iuri & æquitati consentaneum esse, ut exprimeretur nomen actionis in libello. Quod tamen Azo & Ioannes negant consuetudine obseruari.

Sed donemus inconsuetum esse, ponamus iem iure non exigi, ut exprimatur nomen actionis in libello, permittit' ne consuetudo, mandat' ne ius, ut actor ipse uel patronus causæ nesciat speciẽ & nomen actionis? Certe nemo sanæ mentis dicet. Nam refert Pomponius in. d. l. ij. Seruium Sulpitium olim obiurgatum esse à Quinto Mutio, qui diceret: Turpe esse patritio & nobili uiro causas exoranti, ius in quo uersaretur, ignorare.

Sed qui tam parum solliciti sunt, quænam sit agendi formula quam tractant, hi uim ac potestatem actionum prorsus ignorat. Porrò cognitio actionis in his uersatur, uidelicet: Quo autore sit introducta: Ex qua causa: Cui detur: & aduersus quem: An porrigatur ad hæredes: Quid in ea ueniat: Quamdiu concedatur: Quis sit exitus: Quid spectandum sit Iudici, quid litigatoribus: An' ne sint adfinia remedia quibus uti possimus. Hæc autem qui ignorat, is rogo quibus modis feliciter acturus sit causam suam? Scire autem nemo potest, nisi qui singulariter actionum circumstantias rectè tenet, quoniam per omnes actiones uariantur. Consequitur ergo, stupidissimum esse actorem seu causidicum, qui sine certa actionis cognitione, causam perducit ad Iudicem, tamen si fortassis apparatus non desit uerborum, adeoq; multarum legum allegatio, quæ tamen non magis ad rem accedunt, quàm cupressus ad naufragium, apud Horatium.

Quare ut hunc errorem maioribus indicarem, sicut ex communi uoto tenemur omnes, iuxta. l. Eum, qui nocentem. ff. De iniuri. simulatque ut studiosæ iuuentuti, Romanæ grauitatis exempla circa actiones agnoscendas monstrarem, sumpsi hanc operam pio uoto. Et iterum protestatum esse cupio, me nullo pacto aut sentire, aut loqui de doctis, & sobrijs causarum patronis, quales hoc loco (Deo gloria) sunt, sed de temerarijs tantum, qui doctio-ribus etiam magnam adferunt inuidiam.

FORMULA INVEST.

QUOMODO INVESTIGANDA SIT

ACTIO.

PINCIPIO necessarium est ad inuestigandam actionem seu persequendi iuris tui formulam, ut facti uel casus speciem diligentissimè discernas. Nisi enim negotium ipsum prius rectè perceperis, impossibile fuerit, certam iuris & actionis rationem colligere. Quippe, quòd in causa & factus esse positum Alfenus respondit, & eleganti exemplo, de puero quodam per plostrum obruto, declarat, in. l. Si ex plagis. §. In cliuo. ff. Ad. Leg. Aquil. Et Vlpianus in. l. Cum duobus, in princi. ff. pro soci. loquens de duobus uicinis, quorum alter rogatu alterius fundum coniunctum emerat, nolens deinde cum uicino cōmunicare; secundum Iulianum scribit, implicitam esse facti quæstionem.

Totum autem factum expendere oportet, non unam aut alteram eius particulam, quò magis appareat, num simplex an multiplex sit: & quæ sint rerum, personarum, ac temporis circumstantiæ, sicut Triphonius eleganter colligit æquitatem, in. l. Bona fides. ff. Depos. Si totius rei æquitatem (inquit) quæ ex omnibus personis, quæ negotio isto continguntur, impletur, &c. Nemo enim in tam immenso negociorum (ut sic dicam) mundo, discernet rectè quòd ius, quæ actio cuiq; competat, nisi prius ad amissum explicatum habeat factum. Ut interim uideas quàm probe agant, qui negotium à litigatoribus uix totum audiunt, tantum abest quòd qualitatem eius deliberent, non memores quòd Vlpianus dicit, omnem definitionem in iure periculosam esse, quoniam non rarò ex modica causarum differentia subuerri potest. l. Omnis diffinitio. ff. De regul. iur.

Quò magis autem factum rectè discernas, redige in succinctas simplicesq; sententias ordinatim. Tum enim commodius apparebit scopus causæ, quem Rhetores Statum uocant, ut inde statuas ius persequendi. In iure Ciuili scopus causæ est, initium, quòd causa sequentium fuerit, uelut principalis pars negocij. Nam cuiusq; rei potissima pars principium est, dicente Caio in. l. i. ff. De origi. iur. Semper igitur respice unde cœperit negotium, & hoc quòd nisi euenisset, sequentia quoq; non contigissent, ut infra patebit exemplis. Porro, quicquid operæ collocaueris in discutiendo factò, redibit decuplo ad faciliorem iuris inquisitionem.

Deinde sic cognita facti specie quid sit, oportunitum est uidere quale sit, hoc est, quid ius de eo statuat & Lex uelut regula iustorum & iniustorum, omniumq; eorum quæ in Republica & foro Ciuili accidere possunt, ut Martianus secundum Crisippum Legem describit, in. l. ij. ff. De Legib. Qua in re consulendi sunt iurisconsulti & Cæsares Romani, non Reperitoria. Videndum enim cum primis est, ad quam negociorum formam pertineat: Vtrum sit contractus, an quasi contractus: an uerò maleficium, uel quasi maleficium: An nullius sit contractus uel acti negocij, sed tantum de dominij rerum sit quæstio: Num denique tam uaria sit facti species, ut ad certam ac nominatam iuris formam redigi non possit casus. Paulus appellat ex uarijs figuris causarum in. l. i. in princi. ff. De actionib. & obligationi. Caius nouum negotium uocat, in. l. Si tibi polienda. ff. De præscrip. uerb. Papinianus proprium cōtractum nuncupat, in. l. Rogasti. ff. eod. tit. Sic Cicero eleganter in lib. 2. De Orato. Ac primum (inquit) naturam causæ uideat, quæ nunquam latet: factum ne sit queratur, an quale sit, an quòd nomen habeat. Quo perspecto, statim occurrit naturali quadam prudentia, nō his subductionibus quas isti docēt, quid faciat causam, id est, quo sublato, controuersia stare nō possit. Subductiones, Cicero uocat inanes & sophisticas philosophorum argutias & disputationes, qualibus & nunc utuntur in dijudicandis causis, & tractando iure, magno studioforum incommodo. Enim uero eodem lib. loquens de philosophorum libris: Verbum (ait) prorsus nullum intelligo: ita sunt angustis & concisis disputationibus illigati.

Ex his itaq; inuestigationib. nō difficulter apparebit actio, & ius persequēdi in omni negotio. Nam contractus & maleficia, habent suas nominatas persecutiones, sicut & rerū controuersia. Reliquæ uerò causarum inuitatæ species, habent generales actiones, quibus uice aliarum utimur, ut tractat Papinianus in. l. i. cum alijs iurisconsul. in. ll. seq. ff. De præscrip. uerb. Tantum pro commentarijs ac Repertorijs Doctorum, ad eundi sunt autores Legum Romanarum. Incredibile enim dictu est, imò ne dici quidem satis potest, quantum profuerit assuesci lectioni Romanorum iurisconsultorum & Imperatorum. Primum, quòd autori-

tas co-

tas eorum certa est & necessaria, cū interim Doctorum præceptiones non nisi probabiles ac incertæ. Deinde, q̄ ingenia studiosorū transformari solent in morcs & phrasim loquendi præceptorum. Atq; illa est causa, quòd Romani Iuris proceres tanta Latini sermonis puritate, ac phrasim similitudine, eademq; grauitate scripserunt, & uelut uno ore interpretati sunt Leges. Nam magna pars eorum ab uno Papiniano præceptore imbuti, non nisi doctissima iuris monumenta in manibus uersabant: Contrà uerò, quòd recentiores iurisperiti, neglecto paulatim Romanorum exemplo, longeq; ab eorum imitatione discedentes, degenerarint, non dico quò tandem, sed res ipsa nos satis admonet, nisi planè ad utranque aurem dormiamus.

Interim uideamus exempla eorum quæ tradidimus præceptorum. Dedi (ponamus) procuratorem Titium. Huic Titio mandauit, ut causam meam in iudicio ageret. Causa autem requirebat probationes. Deposui apud eundem Titium quædam instrumeta, ut si opus esset, uteretur eis, ac interim custodiret. Finita causa, aut reuocato procuratorio Titij mandato, reposco instrumenta apud eum deposita. Ille negat, aut dolo fecit ne posset restituere. Ecce factum in simplices positiones redactum. Quis igitur scopus est in hoc casu? Certe mandatum quod Titio dedi. Quare? quia initium negotij fuit, & causam præstitit omnibus sequentibus gestis. Nisi enim procuratorem Titium dedissem, nulla secuta fuisset instrumentorum depositio. Vnde sequitur considerato initio, contractum mandati esse. Quæ igitur actio? Mandati est non depositi. Hoc exemplum est in. l. Si procuratorem, in princ. ff. Mandat. Vbi reiecta opinione eorum, qui depositi actionem dabant, mandati pro instrumento agentum esse statuit Vlpianus. Vniuscuiusque enim contractus (inquiens) & initium spectandum est & causa.

Aliud ex. l. j. §. Quòd si rem. ff. Deposit. Rogando mandauit tibi, quòd rem meam perferres ad Titium ut eam seruaret. Et si Titius non recepisset, quia non adesset aut nollet, tu custodires. Si rem nolis restituere, quæ mihi est actio? Prius sanè uidendum est, ad quam formam contractus spectet hoc factum. Nam si id quod de re apud Titium custodienda dictum est consideremus, depositum est. Sed initium spectandum est, ex quo mandatum iudicabitur, habens legem seu pactum custodiz. Itaq; mandati est actio. Aliud: Si tibi mandauero, ut rem ab aliquo meo nomine receptam custodias, idq; feceris, mandati an depositi tenearis? Et magis est ut actio mandati locum habeat, quia hic est primus contractus. Ead. l. j. §. Idem Pomponius. Multa præterea id genus exempla, ex Iure lectori sunt obuia.

In maleficijs quoq; principium facti plerunq; respiciendum est. Vt ecce: Si quis tibi mandauerit opus nouum ui aut clam, detrimento alterius facere, tuq; rursus mandaueris alijs, ne directò uidearis rem illicitam fecisse. In hac specie certum est, & te qui facienti mandaueris, & eum qui fecit nouum opus, teneri. Sed quid de tertio dicemus, qui primus mandauit? Si successum & exitum facti spectemus, uideri potest neq; ab eo factum esse, neq; eius iussu factum, cum facienti nihil mandauerit. Verum si ex principio damnum metiamur, utique & ipse cum primis tenebitur, qui nisi mandasset tibi, tu non mandasses alijs, nec opus fuisset factum. Rationem addit Paulus in. l. Si ego. ff. Quod ui aut clam. Et magis est (inquiens) & me, qui initium rei præstiterim, teneri.

Aliud memorabile exemplum est in. l. Quoniam. C. Ad. leg. Iuli. de ui. publ. seu priua. Vbi rectissime probatur, in uolentijs ac bellis illegitimis, rationem habendam esse principij. Quoniam (inquit) multa facinora sub uno uolentiz nomine continentur, cum alijs uim inferre certantibus, alijs cum indignatione resistentibus uerba caedesq; crebrò deteguntur admittæ: placuit, si fortè quis uel ex parte possidentis, uel eius qui possessionem temerare tentauerit, interemptus sit, in eum supplicium exerceri, qui uim facere tentauerit, & alterutri parti causam malorum præbuerit. Itaque cum bellum ex bello feritur, ut nuper quibusdam in locis magno Reipublicæ malo contigit, certè culpa ac pœna in eos iure est reijcienda, qui prioris belli autores fuerunt, & causam præbuerunt sequentibus discordijs: quos Deus tandem impunitos non relinquet, si utcunque per dissimulationem hominum pœnas, & fortè ad tempus, euaserint.

Inuicem hanc considerationem initij Vlpianus tam uerā existimauit, ut ad quadrupedes
V 3 quoque

quoque porrigeret, in. l. i. §. Cum arietes. ff. Si quadrup. paupe. feciss. dicit. Vbi cum arietes uel boues commisissent, & alter alterum occidisset, secundum Quintum Mutium distinguit, utrum is perisset, qui primus aggrediendo bellum cepisset, ut actio de pauperie non habeat locum: An uero is qui non prouocauerat, ut exerceatur actio. Committere enim ibi, prouocare seu prouocare accipitur. Vnde commissum bellum dicimus, quod lacessente iniuria, quasi re ipsa, aperte indictum uel ceptum est.

Sic itaque ex facto, ius & actiones discernere oportet, ac meminisse: iuris differentiam ex facto constitui, non autem contra, ius per falsas interpretationes torquendum esse, ut facto respondeat. Inde dici solet: causam specificam actionum ex conventionibus aut delictis hominum proficisci, sed remotiorem & mediatam. Obligationem autem causam propinquo rem esse, sed generalem, & sic coniunctam omnibus actionibus, ut nulla sit sine obligatione. Ut uel hinc appareat, impossibile esse actiones recte discerni, nisi prius ad amissum perceperis factum & conventionis negotium. Quod pertinet id quod Ulpianus eleganter in. l. Actionum. ff. De action. & obligat. Actiones autem (inquit) quaedam ex contractu, quaedam ex peccato, quaedam in factum sunt. Quam diuisionem si recte perpendas, facile uim personalium actionum explicabis (quod dicitur) ab ovo. Certè glossatores, sententiam huius diuisionis non perceperunt. Ideoque Accursius refert Ioannem non multum approbasse eam, cum tamen nulla sit utilior.

Cum itaque uersaris in huiusmodi inuestigationibus, legendi sunt iuris autores, qui incredibilem lucem adferent quibuslibet quaestionibus, modo ut sistas lectione, & repetas semel atque iterum quod legeris. Neque uero occurrentibus statim uti oportet ad diffiniendam iuris causam. Nam suspecta est huiusmodi facilitas, praecipue in tractando iure, quod penè immensum est. Porro in tabula depicta nobis euenire solet, ut admirantibus aliquandiu semper aliquid noui succedat. Contra uero, per transennam intuentibus, potissima pars artis & elegantiae non appareat. Vnde Celsus in. l. Si me & Titium. ff. De reb. credit. loquens de eo, qui pecuniam mutuam à meo debitore accepit, cum putaret debitorem Titium. An mihi (inquit) obligaris, subsisto. Audis uerbum subsisto: quasi dicat non pergo respondere de iure, nisi inito prius maturiore inuestigandi consilio. Et Ulpianus in. l. j. §. Secundo loco. ff. De postulan. Nunquid ergo (inquit) & magistratus gerere possit? Sed de hoc deliberabimus.

Præterea meminisse oportet, non satis esse ad inuestigationem iuris, si uerborum superficiem teneamus, sed interius respicienda est mens Legislatoris, qua ratione motus fuerit ad statuendum aliquid. Scire leges (inquit Celsus) non est, uerba earum tenere, sed uim ac potestatem, in. l. Scire leges. ff. De legib. Non, quod uoluerit Celsus negligi prorsus uerba, quorum primam oportet esse cognitionem, & sine quibus mens proferentis percipi non potest, ut ipse tractat eleganter in. l. Labeo ait. §. ulti. ff. De suppellect. legat. Imò sensu potius utrumque coniungendum esse. Quod cum neoterici iuris periti non fecerint, uidemus quod res deuenerit, ad quam uerborum & rerum incertitudinem prolapsi sumus, damno uix recuperabili.

Eodem pertinet quod Celsus praecipit, totam legem in omnibus suis partibus diligenter perspiciendam esse. Inciuile est (inquit) nisi tota lege perspecta, una aliqua particula eius proposita, iudicare uel respondere. l. Inciuile. ff. De legib. Saepe enim posterior pars priorè distinguit & declarat, aut etiam corrigit: ut apparet ex. l. Si tibi pecuniā. ff. Si cert. petat. Sed hæc (inquit Iulianus) intelligenda sunt propter subtilitatem uerborum, benignius tamè est, utrumque ualere.

Deinde, siue ueterum, siue recentiorum Legislatorum scripta legas, summa cura perpende, quo tempore latae sint leges: à quo: de quibus rebus. Num sint mutatae uel abolitae prorsus, uel ex parte. Nam Iustinianus Cæsar rectè dicit: nullam legem ab initio sic ferri potuisse, ut omnibus futuris temporibus æque conueniret, in Auct. ut defunct. seu funer. eor. Et sanè experientia nos docet, non omnia semper neque omnibus conuenire.

His obseruatis, tum si aliquid incidat quod operæ precium uideatur ex recentiorum præceptorum commentarijs discutere propter opinionem communiorem indagandam, certè non est improbandum. Est enim aliquid cum multis sentire, uel etiam errare, ubi res est dubia, nec

bia, nec constat certa ratione, errorem subesse. Sic Vlpianus in. l. j. ff. De offici. Quæst. Et sanè (inquit) crebrior apud ueteres opinio est, Tullum Hostilium primum in Rempublicam induxisse Quæstores.

Sed hic ne uel nimium temporis dispēdas, uel ad incertitudinē perducaris, semper utere consilio Vlyssis. Is enim Syreneos scopulos olim, obturatis auribus præternaugasse dicitur, ne dulcedine cantus moram admittens, periclitaretur, scilicet aliorum periculis admonitus & cautior. Eodem enim modo huiusmodi commentarios pro rerum forensium usu perlustra, ne uarietate & argutijs disputationum ac opinionum perducaris in errorem, quipè, quod nimium altercando, ueritas amitti solet, ut Seneca monet.

Qua in re Bartolus ille, non contemnendi sanè iudicij, plurimumq; profuturus Reipublicæ, si in meliora tempora incidisset, cæteris omnibus merito præfertur. Quoniam in distinguendis factorum speciebus ut certum ius colligatur, nulli secundus est inter iuris peritos illius seculi.

Quòd si omnes omnium Doctorum opiniones obiter uidere uolueris, ut communiorē amplectaris, ad eundem est Iason, qui præterquam quòd aliorum dicta recenset, parum in tractando iure præstat: atq; utinam hanc operam melius collocasset. Sic de reliquis iudicandum est, quorum infinitus est numerus.

Deniq; in his omnibus quæ prædicta sunt, summopere cauendum est, ne boni & æqui rationem prætereas. Cum enim in amplissimo humanarum functionum (ut sic dicam) labyrintho uerseremur, nisi æquitatis normam, uelut Thefei filum tenacissime retineamus ac sequamur, non patebit ullus ad ueram iustitiam exitus. Proinde, in actionibus rectè inuestigandis, oportet adhibere æquitatis censuram. Nam sæpe uidetur summo iure competere actio, nec competit: Et contrà, plerunq; stricto iure conceditur, cum tamen bonum & æquum sit eam non dari, ut est uidere apud Vlpianum in. l. Quo enim. ff. Rat. rem, haber. Summo iure (inquit) commissa est stipulatio. tamen ex æquitate promissor habet exceptionem doli mali aduersus agentem. Celsus in. l. Si me & Titium. ff. Si cert. petat. ubi loquens de eo, qui nullo præcedente contractu adeptus est pecuniam meam: Sed quia (inquit) pecunia mea ad te peruenit, eam à te mihi reddi, bonum & æquum est. Operæ precium me igitur facturum puto, si latius aliquanto de ratione boni & æqui tractauero.

Q U I D S I T A E Q U I T A S, Q U I D S T R I C T U M I U S.

OMnes in ore habent æquitatis uerbum, pauci uerò percipiunt rem ipsam. Nemo non dicit, præstabo quod æquum & iustum est. Vuas byllich und recht ist. Interim tamen si unum aut alterum interrogaueris, quid sit æquitas, audies, quàm eam materiam parum intelligant pleriq;. Adeò rara est huius studij exercitatio, in qua tamen longè magis profuerit uersari, quàm in uanis inutilium rerum disputationibus.

Strictum autem ius, quod aliàs summum ius dici solet, duobus modis intelligitur. Altero propriè, cum leges scriptæ nimis seueræ, ac sine ullo temperamento, aut trahuntur per interpretationem ad casus similes, in quibus tamen ratione circumstantiarum est aliqua dissimilitudo, aut in casu de quo loquuntur, nimis durus sensus extorquetur. Quandoquidem enim propter uarietatem negotiorum, necessarium erat legem in uniuersum loqui de ijs tantum quæ frequenter accidunt. Nec comprehendi possent omnes factorum articuli, ut Pomponius in. l. iura, & Iulianus in. l. Neq; leges. Et in. l. Non possunt. ff. De legib. Ideo succedit æquitas, per quam constanti uoluntate in huiusmodi casibus nominatim ac principaliter nõ comprehensis, deliberandum est, quid pronuncianum fuerit. Latissimè ergo patet æquitatis officium: quoniam interpretes esse debent omnium legum, scilicet ut sine uitio accipiantur, & cum opus est, flectantur ad leniorem sententiam. Idq; est quod Modestinus. ff. De legib. Nulla (inquit) iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur: ut quæ salubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriore interpretatione contra ipsorum commodum producimus ad seueritatem. Tales autem præduros interpretes, Acrobodicæos rectè appellant. Et Menander eleganter: Leges (inquit) optimæ sunt, sed qui nimis acute eas inspiciunt, sunt Sycophantæ.

V 4 Altero

Altero modo, summum ius improprie dicitur, cum fraus fit legi; hoc est, cum saluis verbis legis, sententia eius circumuenitur, quod fit aut detorquendo eam ad impertinentiam, aut eludendo ratione sophistica. Exempli gratia. Si quis legem hanc: Ne quis inuitus age re uel accusare cogatur: alleget ad defensionem calumniatoris, qui cum aliquandiu aduersarium suum sine causa in ius uocatum, damno adfecisset, non fuerit profecutus iudicium, ut dicit Iustinianus Nouell. De litigios. §. Omnem uero.

Item. Si quis leges quæ uim inferri uerant, uoluerit duntaxat interpretari de eo, qui neque corpus, neque bona alterius lædat, & non latius porrigere, certe is ex summo iure fecerit summam iniuriam: sicut grauissimè decreuit Marcus Imperator in. l. Extat. ff. Quod met. caus. Extat enim (ait Callistratus) decretum diui Marci in hæc uerba: Optimum est, ut si quas putaste habere petitiones, actionibus experiaris. Et cum Martianus inde diceret, Vim nullam fecis. Cæsar dixit, Tu uim putas esse solum, si homines uulnerentur? uis est & tunc, quoties quis id, quod deberi sibi putat, non per Iudicem reposcit. Audis, quàm hæc interpretatio longè dissideat à præcedente, quia plena est æquitatis?

Vnde Cicero lib. Officio. j. Existunt etiam (inquit) sæpe iniuriæ calumnia quadam, & nimis callida iuris interpretatione. Ex quo illud: Summum ius, summa iniuria, factum est iam trito sermone prouerbium.

Sed hoc quidem modo improprie ius dicitur. Nam pugnat cum iure. Paulus in. l. Contra legem, Vlpianus in. l. seq. ff. De legib. Proprie autem iam dictum prouerbium, ad priorem speciem pertinet. Et hæctenus de summo & stricto iure.

Æquitas autem, quam aliàs æquum & bonum, aliàs æquum & iustum, aliàs æquum bonum, sine copula dicimus, aliàs denique *ἐπιεικεία* uocant, est mitigatio legis scriptæ in aliqua circumstantia, utpote rerum, personarum, ac temporum. Ius est (inquit Donatus) quod omnia recta & inflexibilia exigit. Æquitas est quæ ex iure multum remittit. Exempla sunt Prætorum edicta. Quid enim aliud est restituere in integrum (ut ex multis unum uideamus) quàm laxare scripti iuris rigorem? Marcellus eleganter in. l. penult. ff. De in integr. restitutio. Diuus Antoninus (inquit) Marcio Auito Prætori, de succurrendo ei qui absens rem amiserat, in hanc sententiam rescripsit: ETSI NIHIL FACILE MUTANDVM EST EX SOLENNIBVS: TAMEN VBI AEQVITAS EVIDENS POSCIT, SVBVENIENDVM EST. Totum autem ius Ciuile plenum est id genus exemplis, quæ ut legamus & inuestigemus, nisi desit uoluntas, non tam magni negotij fuerit. Verum, ut nostro seculo in negocijs multifariam emergentibus prudenter imitemur, hoc opus, hic labor est. Quare florida iuuentus, cui traditur Ciuilis disciplina, frequenter exercenda est in hoc æquitatis studio, ut ad censendi grauitatē potius, quàm ad nimiam disputandi leuitatem manuducatur.

Ex quibus omnibus in primis apparet, summum ius, & æquitatem, differentia quidem esse, sed non diuersi generis. Nam æquitas, ius est, non illud quidem lege scripta comprehensum: sed præstantius meliusque. Porro, cum æquitatem dicimus, ipsam iuris medullam, germanamque iustitiam intelligimus, quam nullo scripto comprehendere: sed censendo duntaxat adsequi possumus. Nihil enim est, quod ad omnem humanitatis rationē propius accedit, quàm æquitas. Qua ratione Lilius lib. v. ius gentium siue naturale, uocat ius humanum. Et contra Vlpianus in. l. Furti. §. Pactusue. ff. De his qui notant. infami. Iniquum ius, appellat inhumanum, sicut & Iustinianus, durum & impium uocat, in Aucst. Nul. cred. agrico. &c.

Præterea constat ex prædictis, quod æquitas in scriptum redigi non potest, quanquam ius aliquod de casu speciali ad æquitatem redactum, possit scripto comprehendi. Æquitatis enim ratio ex sola deliberatione animi, secundum negotiorum circumstantias dependet. Et quandoquidem rerum humanarum uicissitudo non cessat, & incerta manet, ideo nec usus æquitatis certo sine describi potest. Quam ob rem tota errant uia, pariterque ostendunt se uim & potestatem boni & æqui non intelligere, qui distinguunt inter scriptam & non scriptam æquitatem, fingentes pugnare inter se, scriptum ius, & scriptam æquitatem: quorum neutrum probari ulla ratione potest.

Rectissime autem Scæuola in. l. De accessionibus. ff. De diuers. tempora. præscriptio. De accessionibus (inquit) possessionū, nihil in perpetuum neque generaliter definire possumus, consistunt enim in sola æquitate. Et Papinianus in. l. Mora fieri, in princi. ff. De usur. Nā ut

Pom

Pomponius (inquit lib. XII. epistolarum scripsit) difficilis est huius rei definitio. Diuus quoque Pius Tullio Balbo rescripsit: an mora facta intelligatur, neque constitutione ulla, neque iuris autorum quaestione decidi posse: cum sit magis facti, quam iuris. Quasi uero dicat: Facti primum circumstantiam discernere oportet. Deinde secundum æquitatis regulam quaestionem iuris dissoluere. Infinita sunt id genus exempla, in quibus non antea de iure quaerendum fuerit, nec quæquam describi potest, quam casus eueniat. Ergo tum æquitatem adhibere necessarium est, quoniam scripti autoritas nulla extat in speciem.

LYRE SCRIPTONE, AN ÆQVI-
tate iudicandum sit.

VTilissima inuestigatio est, utrum iure scripto, an æquitate iudicandum sit. Nam facile quis incautus hic impingat, præsertim qui argutis disputationibus materiam hanc tractare uoluerit, sicut faciunt plerique in l. Placuit. C. De iudic. Proinde sic statuendum est. In his casibus, in quibus leges & præiudicia maiorum habemus, ex scripto iure pronuncian- dum est. Quia propterea scriptæ sunt leges, ne quis ab eis discedens, arbitrio suo figat atque refingat æquitatem, ut Vergilius dixit. Neque uero imaginandum est, æquitatis censuram desiderari in his casibus, de quibus principaliter lex scripta statuit. Quis enim credat quempiam hoc seculo, grauiore deliberatione boni & æqui, iudicaturum esse, quàm à Romanis Legissatoribus iustitiæ consultissimis, factum sit, in illis speciebus de quibus nominatim ac principaliter scripserunt? Itaque iam descriptæ leges formam habent optimam, de negotiis nominatim comprehensis, nec egent censoribus: imò magis obseruatores desiderant ac nomophilaces, quales olim apud Athenienses erant. Porro, Iudicis decretum seu pronuntiatio, habet autoritatem, non quòd sit priuata autoritas (neque enim hoc Iudici expediret propter implacabilia condènatorum odia) sed quia uiua uox iuris scripti est, ut dicit Martianus in l. Nam & ipsum. ff. De iustit. & iur. Vlpianus in l. j. §. j. ff. De feri.

In illis uero casibus, qui nominatim scripta lege comprehensi non sunt (quandoquidem omnes comprehendi non potuerunt) si ex circumstantiis facti sit dissimilitudo quædam, non admittens ut referantur ad ius scriptum, permittitur sanè Iudici, ex probabili tamen humanitatis ratione, mitigare legem scriptam. Sicut enim peritus medicus, non omnium oculis uno collyrio solet mederi, teste Hieronymo xxix. distin. c. ult. Sic eruditi Magistratus, qualitatem rerum, personarum, & temporum perpendere debent, quid in huiusmodi factorum speciebus ex bono & æquo pronuncian- dum sit. Vlpianus eleganter in l. Iusurandum. §. penult. ff. De iureiuran. Non semper autem (inquit) consonans est per omnia referri iusurandum quale defertur, forsitan ex diuersitate rerum uel personarum quibusdam emergentibus quæ uarietatem inducunt. Ideoque si quid tale inciderit, officio Iudicis conceptio huius iusurandi terminetur. Et huc pertinet solertia, eruditio, & fides, quam Iustinianus Princeps in præfatione Inst. requirit in administratoribus Reipublicæ. Enimuero magna sciètia est in his non hallucinari quæ ex æquitate dependent.

Sic accipièda est. l. Placuit. C. De iudic. Placuit (inquit) in omnibus rebus præcipuam esse iustitiæ æquitatisque scriptæ, quam stricti iuris rationem. Siquidem Iuris stricti rationem appellat, non Ius scriptum, ut quidam putant, sed præduram, & ab humanitatis regula alienam interpretationem: aut etiam cauillationem sophisticam, eorum quæ lege comprehensa non sunt, de quibus superius dictum est.

Cæterum, si quid tam frequenter accidat, & tam magni momenti sit, ut in legem scriptam redigendum fuerit, ac natura sua cominodè redigi possit: tunc sanè opus est maiore, quam quorumlibet iudicum autoritate, hoc est, Imperatoria, ut certa semper interpretatione obseruetur. Quo sensu accipièda est. l. j. C. De legib. nec refragatur. d. l. Placuit. Inter æquitatem (inquiens) iusque, interpositam interpretationem nobis solis & oportet, & licet inspicere. Quasi uero dicat: Si interpretatio boni & æqui uarians non nihil à iure scripto, redigenda fuerit ad formam legis (loquitur enim de legibus & Constitutionibus) aut si implacabilis de lege dissensio sit inter maiores Magistratus, nostra autoritate oportet rem definiri, ut est exemplum in Auct. De litigio, in princi.

Aliud

Aliud, de calumniosa interpretatione quam nonnulli introducebant, exemplum est Nouell. Constitu. quæ ex adscripti. & liber.

Ex his habes, quomodo iudex æquitatis rationem sequi debeat, ne tamen ius scriptum contemnatur.

Q V A T E N V S H O C T E M P O R E L O C V M
inueniat usus æquitatis.

Cum paulo ante sit dictum, quod in his quæ iure scripto sunt statuta, & formam suam habent, non fuerit ambigendum de æquitate: fortè quis putabit, hoc tempore usum æquitatis non inuenire locum. Nam non uidetur quicquam nunc recens accidere, quod per tanta seculorum interualla non sæpius euenit. Si euenit, haud dubie redactum est in ius scriptum, per iurisconsultos & imperatores, qui uigilantissimi semper fuerunt, ne quid incertum relinqueretur in Republica. Ergo, quid nunc opus est censura æquitatis, quæ maiores nostri satis exercuerunt? aut quomodo locum inueniet in his, quæ scripto satis superq; uidentur comprehensa? Quare & Iustinianus Princeps toties gloriatur, se omnem uetustatem deperditam reparasse. Nouell. De mandat. Princi. in princi. Respondeo breuiter. Primum, impossibile est omnes casus scriptis Legibus complecti, etiam si totidem promulgentur, quot nunc extant: multò minus omnes circumstantiæ casuum possunt describi. Iulianus. l. Non possunt. ff. De legib. Non possunt (inquit) omnes articuli singulatim aut Legibus, aut Senatusconsultis comprehendi. Et Iustinianus ipse multis in locis admiratur hanc rerum uarietatem, quoniam experimento plerumq; didicit necessariam esse Legum emendationem, Nouell. De his qui ingredi. ad appelland. §. Illud etiam. Et tamen de testamentis plurima scripsisset antiquitas, adeoq; pleni Legum codices extarent, tamen fatetur aliquid euenire quod aut nouam legislationem, aut emendationem secundum naturæ consequentiam, hoc est, secundum æquitatem, desideraret. Nouell. De trient. & semis.

Deinde, plurima eueniunt quæ nullo modo describi, aut in certam legislationem redigi possunt, quoniam ex circumstantiis planè mutabilibus, non ex re aliqua constante nascuntur. Exempla propemodum infinita sunt, præsertim in cognitionibus iudicialibus. Interim unum aut alterum uideamus. Quæ argumenta ad quem modum probandæ cuiusq; rei sufficiant, nullo certo modo satis diffiniri potest. Callistratus in. l. iij. §. Eiusdem quoque. ff. De testib. Item: Si tempus nec minimum, nec maximum à Iudice statui oporteat, non est quod ex scripto aliquo petat formam, quia magis intellectu percipi, quàm elocutione exprimi potest, dicente Ulpiano in. l. Quo em. §. j. ff. Rem rat. habe. Item: Si disceptatio sit inter litigatores, utrum usufructuarius præstiterit ea quæ diligens paterfamiliàs in re sua præstare solet (Id quod in cautionem de usufructu deducitur) nõ est quod ex scripto iure petatur certa definitio. l. j. ff. V usufructua. quemad. caue. Idem est in plurimis rerum speciebus.

In his igitur consulenda est æquitas, incorrupto animi iudicio: exigenda tamen ad præceptiones seu regulas, saltem generaliter secundum naturæ rationem à peritioribus descriptas, ne à ueritatis scopo nimium aberremus: quam Iustinianus sapientiam gubernatiuam appellat rectè, Nouell. Neq; uir. quod ex dot. neq; mulier. In princi. Ad hoc autem non parum multum tibi deseruient Regulæ iuris, uidelicet redactæ in ordinem & locos communes, ut obuias semper habere possis. Sunt enim omnes naturæ & humanitati consentaneæ, nec aliud pertinentes, quàm ut illis ad formandum animi tui arbitrium utaris, cum de bono & æquo statuendum fuerit.

Quare uides, æquitatis usum & in legislationibus, & in iudicijs etiam nunc esse maximū, ac omnibus modis necessarium, ut interim sciamus nullam omnino iuris interpretationem rectè fieri, non adhibita boni & æqui censura. Vnde fit, quod Venuleius in. l. Continuus. §. Cum ita. ff. De uerbo, obli. Iudici tribuit arbitrium boni uiri. Cum ita (inquens) stipulatus sim, EPHESI DARI: inest tempus. quod autem accipi debeat, quæritur. & magis est, ut totam eam rem ad Iudicem, aut uirum bonum remittamus, qui æstimet, quanto tempore diligens paterfamiliàs conficere possit, quod facturum se promisit. Papinianus in. l. Quæsitum. ff. De testib. Veruntamen (inquit) quod legibus omissum est, non omitteretur religione iudicantium.

Hinc quo

Hinc quoque contractus bonæ fidei dicuntur, ex quibus simpliciter quadam ratione boni & æqui, absque ulla subtilitatis disputatione præstanda sunt etiam ea, quæ non fuerunt nomina cum inter contrahentes dicta. Stricti uero iuris, angustis finibus conclusi, nihil admittunt, quàm cuius facta est mentio. §. In bonæ fidei. Institut. De actionib. Iulianus in. l. Consensu, in fi. ff. eod. tit.

In summa: Qui rationem atque exercitationem boni & æqui ignorat, is sanè in discernendis humanarum functionum circumstantiis, maximam iuris partem ignorat. Est enim ius, ars boni & æqui, teste Vlpiano in. l. j. ff. De iusti. & iur.

A N I V D E X C O N S C I E N T I A M S V A M, A V T
probata in iudicijs sequi debeat.

Fuit ab olim disputatio inter Martinum & Ioannem, glossatores iuris Ciuilis, agitata autem latius per iurisperitos recentiores: Vtrum Iudex secundum conscientiam suam, an potius secundum acta & probata iudicare debeat. Ponamus duos in iudicio disceptare. Alter litigantium probationes adfert eius quod asserit. Iudex certò scit eum falso asserere, ut cunq; probauerit: uel contrà, scit uerum esse id quod probare non potest. Martinus dixit, conscientiam suam & ueritatem, oportere Magistratum sequi. Ioannes, probata uoluit præferri. Accursius & pleriq; alij distinguunt in Iudice duplicem conscientiam, uidelicet Iudicis, & priuati hominis. Si ut Iudex sciat, pronuntiabit secundum conscientiam suam: Sin autem ut priuatus, non æquè. Et sic interpretatur Vlpianum in. l. Illicitas. §. Veritas. ff. De offici. præsi. Veritas rerum (inquit) erroribus gestorum non uitatur. Et ideo præses prouinciæ id sequatur, quod conuenit eum ex fide eorum quæ probantur, sequi. Quid dicemus?

Breuitè, statuere in Iudice duplicem conscientiam, est contra naturam, ius, & æquitatem: deniq; est impossibile. Quia conscientia, est tacitum animi iudicium à communi Iustitiæ formula, quam Deus inculcavit omnibus hominibus, productum, per quod aut accusatur res mala, aut defenditur bona. Itaq; conscientia res est simplicissima, quæ diuidi non potest in uno atq; eodem homine, ut rectissimè sit dictum in. c. Literas. De restitu. spoliato. Qui facit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. Item: Conscientia mille testes.

Præterea, Aliud dicere quàm scias, nonne mendacium est, præsertim cum alicuius detrimentum sequitur? Rursus potest ne bonus uir censi is qui mentitur, falsum asserendo, aut uerum dissimulando ad læsionem innocentis? Certe nemo sanæ mentis dicet. Nam improbi hominis est mentiri, & simulare aut dissimulare ueritatem in læsionem alterius, iuxta. c. j. De crimini. fals. Quare punitur mendacium uelut delictum. Vlpianus in. l. Sed si ex parte. §. j. ff. Quod cum eo, qui in alie. potest. Vbi Accursi. citat leges eodem pertinentes. Ergo, cum Iudici duplicem tribuis conscientiam, adimis ei boni & innocentis uiri arbitrium, ac subuertis totam Magistratus autoritatem. Quòd longè absit à cogitatione Christiani hominis. Non frustra in. l. Cæteræ. §. Mala. ff. Famili. erciscund. Vlpianus loquens de Iudice hæreditatis diuidendæ: Boni enim (inquit) & innocentis uiri officio eum fungi oportet.

Deniq; cum Iudici probandum sit, non aduersario, iuxta. l. Quinquaginta, in fi. ff. De probationi. Si Iudex iam ueritatem certò tenet, quid opus est alia probatione? Qua ratione Vlpianus in. l. Si irruptione, in fi. ff. Fini. regun. probandi modum de finibus tutissimum censeset, quòd Iudex ipse loca suis oculis subiiciat. Dicemus ne tunc eum fines coràm intueri uelut Iudicem, an quasi priuatum? Certè, si fateri uerum uelimus, non nisi unum hominem dicemus una conscientia præditum, quem non decet uersipellem esse aut uarium.

Verum est, quòd nonnunquam unus atq; idem fungi potest pluribus officijs non repugnantibus: uerum item est, quòd multa iura in eiusdem persona aliquando concurrunt, iuxta. l. Tutorè qui. ff. Quib. ur indig. Sed ista longè distant à duplici conscientia Iudicis. Quia multitudo officiorum nemini nocet, imò magis prodest ijs quorum nomine suscipiuntur munera: non etiam est conscius falsitatis qui multa exercet iura. Is autem qui scit mendacium, nocet alij, particeps est læsionis, quæ sequitur ex dissimulatione.

Quamobrem sententia Martini glossatoris est uerissima, Iudicem uelut unum hominem, non habere nisi unam conscientiam, ac subinde primum æquitatis gradum esse in omnibus negocijs

negotij, præsertim in iudicijs, simplicem retinere ueritatem.

Hoc quoq; probat. d. l. Illicitas. §. Veritas. ff. De offici. præsid. si modò rectè intelligatur. Nam sic interpretari hæc uerba: Et ideo Præses prouinciæ, &c. hoc est, Iudex conscius mendacij quod adfert actor uel reus: est absurdissimus sensus. Et si desideraueris exemplum de summo iure, non potest ullum (ita Deus me amet) dari prædurius, quàm talis interpretatio.

Hæc autem est uera mens illius legis. Vlpianus primum præsupponit, ueritatem rerum, nullis erroribus gestorum uitari, & semper plus ualere quod uerum est, quàm quod aut simulando, aut errando agitur. Idem Vlpianus in. l. Si per errorem. ff. De iurisdictione. Et in. l. Si filia nupta, in prin. ff. Famil. erciscun. Ex hoc autem axiomate immutabili, rursus infert hoc modo: Et ideo Præses prouinciæ, cum diuinare non possit in facto litigatorum, & sit ne scius utrum falsum allegauerint an non, id sequatur quod proximum est, ex fide eorum quæ probabuntur. Ergo sentit Vlpianus, omnibus modis secundum illud, quod uerè obtinet iudicandum esse, si Magistratus certò sciat ueritatem, nec desideret probationes.

Ista interpretatio ex bono & æquo deprompta, secundum naturam est: neminem lædit: fauet ueritati: defendit innocentiam: explodit mendacium: accedit ad religionem iudiciorum. Breuiter, qui sensu communi uoluerit uti, is fatebitur hanc sententiam omnino sequendam esse.

F I N I S .

DE PROBATIONIBVS DICTORVM FACTORVM QVE APVD IVDICEM PRÆSTANDIS.



QVANDO QUIDEM hætenus de inuestigandis actionibus secundum boni & æqui rationem tractauimus, & nihil penè difficilius est in iudicialibus disceptationibus, quam intelligere, quid probandum, & cui deferenda sit probationis necessitas, quoniam ex æquitate hæc quoq; depēdent: ideo reor optima ratione in gratiam studiosæ iuuentutis, hoc loco de probationum circumstantijs aliquid adijciendum esse. Non quasi ex scripto satis cōprehendi possint (id quod multi frustra tentarunt) uerum, ut regulis aliquot secundum iurisconsultorum præiudicia summatim collectis, ostendam generaliter, quomodo ineunda sit deferendæ probationis ratio.

Est enim hæc materia, in singulis propemodum formulis actionum diuersa, ideoq; loco erit exempli, quo pacto ea, quæ certis legibus comprehendi non possunt, sint exercenda ad normam æquitatis. Porro, cum in toto iure uera simplicitas sit amplectēda, tum uerò in hac parte probandi facti, quod in controuersia uertitur, mordicus eam retinere oportet.

QVID SIT PROBATIO.

Probationem hic intelligimus, demonstrationem quandam factorum dictorumq; in causis apud iudicem controuersis. Nam cum aduersario assertionibus actoris contradicente, res fiat dubia, opus est externis rerum adminiculis, per quæ ueritas apprehendatur. Vnde probationem facti uocamus.

Cæterum, de facto controuerso in iudicijs, facienda est fides Iudici, nō aduersario. Vlpianus in. l. Inter stipulantem. §. j. ff. De uerbo. obligatio. Celsus in. l. Quinquaginta. ff. De probationi. l. j. C. De condictio. ob turp. uel iniust. caus. l. j. C. De reb. alie. non alienan. Si præstati provinciæ (inquit) probatum fuerit, &c. Porro, Iudicis partes sunt, cum exemplis præceptionum quas iusfrā trademus, tum ex animi sui sententia, secundum boni & æqui rationem æstimare, quid satis probatum, aut non probatum sit. Aduersarius autem suo commodo de feruens, nunquam fateretur uerum esse, etiamsi omnia probationum adminicula in unum conferres, adeoq; si solem ipsum pro ostendenda ueritate in manibus gereres.

Vnde apparet, probandi usum propter causas in iudicio controuersas institutum esse, ut ueritas certo constet rerum adminiculo, quod Iudex aut condemnando, aut absoluendo sequatur. Primum itaque non alia sunt litigatoribus probanda, quam quæ necessariò ad causam pertinent, iuxta. l. Ad probationem. C. De probatio. Qua in parte grauiter nōniquā errant Iudices incauti. Deinde, in his quæ satis manifesta sunt, & Iudici nota, meritò nō est requirenda probatio. l. Si uerò. §. Qui pro rei. ff. Qui satisfda. cogan. Nam quorsum attinet, rei satis demonstratæ frustra aliquid adijcere, ac interim litigatores temporis ac sumptuū iactura grauare? argu. l. j. in fi. ff. De dot. prælega. Quod accedit ijs quæ suprā diximus de conscientia Iudicis.

QUOTVPLEX SIT PROBATIO.

Duidamus nunc probationem, posteaquàm summatim tractauimus quid sit. Qua in re nonnihil oportet deferuire usui in forum nunc recepto.

Sunt autem duo capita probationis: Alterum plenæ ac iustæ, alterum semiplenæ. Plena probatio est, quæ tantam fidem facit, quanta ad diffiniendam controuersiam sufficit.

Huius autem probationis plenæ quot sint species, non satis conuenit inter Doctores iuris. Nos, ut crassissimè rem tradamus, sex species constituemus, ad quas cæteræ pertinent.

Prima est, quæ fit per duos aut plures testes, omni exceptione maiores, hoc est, quorum

X fides

fides nulla ex causa legitima potest eleuari, & qui communi hominum opinione reputantur boni uiri. Sunt enim nonnulli, quibus propter ætatem, uel malos mores, uel sexum, aut inimicitiam, uel fauorē, suspicionis exceptio rectè opponitur: unde nihil conferunt ad probationem, ut eleganter tractant, Modestinus in. l. ij. Et Callistratus in. l. iij. ff. De testib. Præterea, tamen si regulariter duo testes plenam probationem efficiunt, iuxta. l. Vbi numerus. ff. eod. tit. Vbi numerus testium (inquit Vlpianus) non adiicitur, etiam duo sufficient. Pluralis enim locutio duorum numero contenta est. Et, In ore duorum aut trium, stat omne uerbum. Sunt tamen causæ, in quibus cum maxima sit committendæ falsitatis suspicio, & latior occasio, plures testes requiruntur quàm duo. Ut in ultima uoluntate, scilicet, quam iterum declarare defunctus non potest. l. Hac consultiissima. §. j. C. De testament. l. ulti. C. De codicill.

Secunda species iustæ probationis contingit per instrumenta, hoc est, per scripturas fide dignas. Et, quanquam laxiore significatione, instrumenta dici possint ea omnia quibus causa instruitur, ut tam testimonia, quàm scripturæ, instrumentorum loco habeantur, ut dicit Paulus in. l. j. ff. De fid. instrumento. Hic tamen, quò magis singulas res, singulis appellationibus commode tractemus, pro scripturis accipienda sunt instrumenta, quibus legitima ratione fides est adhibenda. Veluti, quæ per tabelliones publicos, seu notarios, ut nunc uocamus, scribi solent: de quibus Nouell. De instrument. cautel. & fide. Vel quæ sigillo seu annulo signatorio confirmantur ab Episcopo, Magistratu, aut etiam ab ijs qui publici alicuius officij auctoritatem habent indubitata, sicut Irenarchæ olim erant, hoc est, qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus, præsertim uero ut itinerantibus pax & securitas conseruaretur, inuigilabant. Martianus in. l. Diuus Hadrianus. ff. De custod. & exhib. reor. Ut Irenarchæ (inquit) cum apprehenderint latrones, interrogent eos de socijs & receptoribus, & interrogationes literis inclusas atq; obsignatas ad cognitionem Magistratus mittant. Vtinam hodie principes nostri reuocarent ad Rempub. huius officij sanctissimam functionem. Item, libri & scripturæ in publicam custodiã rerû gestarum gratia repositi, integram fidem habent. Marcellus in. l. Censur. ff. De proba. Censur. (ait) & monumeta publica potiora testibus esse Senatus censuit. Et in Aucr. Ad hæc. C. De fide instrumento. Item charta (inquit) quæ profertur ex archiuo publico, testimonium publicum habet. Idem dicit Aucr. Ad hæc. C. De fid. instru. Vnde mirandum est quid in mentem uenerit illis, qui de literis, Episcoporum auctoritate probatis, propriam speciem constituunt, ac non potius huc referunt, sicut scripturas publici officij. c. Post cessionem. De probatio. c. Cum à nobis. De testib.

De libris antiquis nõ in loco publico custoditis, neq; hoc editis, ut probandis rebus gestis deferuierit, probari nõ potest quod Doctores tradunt, ut plenã fidẽ habeant. Multò minus de sculpturis columnarũ passim, quã utrobique suspecta esse potest scribentium leuitas. Redigemus autem ea ad semiplenam probationem. Et hætenus de publicis scripturis.

Priuatæ autem scripturæ, & priuata signa seu sigilla, aduersus eum quidem qui scripsit, signauit uel sigillauit, ut crassissimè loquar, plenè probant. Pro eo nullam fidem habent, cum alioqui homines auaritia corrupti, causa probationis multa pro arbitrio cõminisci possent, & scribere uel signare. Quod si gratia utriusq; contrahentis scriptum, & ab utroq; subscriptum uel signatum est, tunc cessat omnis suspicio, & creditur his priuatis instrumentis, ut quotidie uidemus. l. Quidam. ff. De constitu. pecunia. l. Fideiussor impetrauit. §. Pater Senj. ff. De pignori. & hypoth. Cum neq; consensum suum (inquit Modestinus) accommodauerit patri, nec signo suo, aut aliã scriptura, &c.

Tertia species, constat ex confessione facta in iure, hoc est, in loco ubi ius redditur. Paulus in. l. j. ff. De confess. Confessus (inquit) pro iudicato est, quia quodammodo sua sententia damnatur. l. j. C. eod. tit.

Nec est quod eludatur confessio ueritatis apud Iudicẽ, quasi nulla eius, aut aduersarij interrogatione præcedente, fuerit facta. Nam etsi sine interrogatione responderit, & fateatur aliquid actor uel reus, pro interrogato habebitur. l. Si sine. ff. De interroga. actioni. Vnde sunt qui ex tali confessione actionẽ producunt, in. l. Proinde. §. j. ff. Ad leg. Aquili.

Illud autẽ summoperè notandum est: Quod si quis falso confiteatur aliquid, quod paratus sit uel ex ipso naturali aspectu ostendere, non sic habere, utiq; ueritati dabitur locus. Vlpianus in. l. Vnde Neratius. §. ulti. Paulus in. l. seq. ff. Ad leg. Aquili. Si quis (inquit Vlpianus)

mus) hominem uiuum falso confiteatur occidisse, & postea paratus sit ostēdere hominem uiuum esse: Iulianus scribit cessare Aquiliam, quamuis confessus sit se occidisse. Vbi confessoriam actionem appellat, persecutionem ex lege Aquilia, aduersus confidentem damnum à se datum, ad differentiam negantis, quem oportet probando conuincere.

Quarta species necessariò probandi, uersatur in euidētia facti. Vt cum quid sensu corporeo coram percipitur. Si quis enim asserat uulnus atrox esse, & mox indicet locum, certè hæc probatio non potest reuocari in dubium. Paulus in. l. Vulneris. ff. De iniuri. Et Vlpianus in. l. Si irruptione. ff. Fini. regundo. Si ita res exigit, Iudex oculis suis subiicit loca, quorum fines regendi ac statuendi sunt. Vnde is qui in ipso crimine reperitur, sufficienter conuinci censetur.

Quinta species iustæ probationis, producitur ex iureiurando, quod ab altero litigatorum defertur alteri, uel quod Iudex decernit in supplementum semiplenæ probationis. Caius in. l. j. ff. De iure iuran. Maximum remedium (inquit) expediendarum litum in usum uenit iurisiurandi religio: qua uel ex pactione ipsorum litigatorum, uel ex autoritate Iudicis deciduntur cōtrouersis. Et Paulus in. l. seq. iusiurandum (ait) speciem cōtinet transactionis maiorēq; habet autoritatem quàm res iudicata. Eodē respexit Vlpianus in. l. Non erit. ff. dict. tit. Dato (inquit) iureiurando, non aliud quæritur, quàm an iuratum sit, remissa quæstione AN DEBEATUR, quasi satis probatum sit iureiurando.

Est autem hodie multis in locis duplex error in deferendo iureiurando. Primum enim, passim & sine delectu solent deferri, etiam cum res aliter probari potest, nec pluris æstimatur sacrosancta iurisiurandi religio, quàm apud cerdonem uilissimus piscis. Erroris causam sciolus aliquis præbuit, qui cum legisset obiter in. l. Iusiurandum & ad. §. Ait Prætor. ff. De iureiu. hæc uerba: Alterum itaq; eligat reus, aut soluat, aut iuret: non perspexit ea quæ præcedunt, multò minus quæ sequuntur, uidelicet, dari facultatem reo, ut si malit, referat iusiurandum. Item, officio Iudicis & causa cognita, nonnunquam refutari debere iniquam iuramenti conceptionem. l. In bonæ fidei. l. Delata. C. eod. tit. Hæc inquam non uidit quisquis ille fuerit erroris autor, sicut solet contingere his, qui non tota lege perspecta, temere iudicant.

In causis autem criminalibus, quæ apertissimam exigunt probationem, nō defertur iusiurandum. l. ulti. C. De probatio. l. Dolum. C. De dol. mal.

Sexta deniq; species plenæ probationis, colligitur ex legitima præsumptione, seu coniectura, ut rectius appellatur. Nam cum ex apertis rerum indicijs potest conijci aliquid esse factum uel non factum, accedente necessaria Iuris ratione: tunc censetur satis probari. Est autem indicium apertum, tale signum facti, quod urgeat animum boni uiri & constantis, ad credendum planè. Quamobrem Imperator in. l. ult. C. De probationi. Sciant cuncti accusatores (inquit) eam se rem deferre debere in publicam notionē, quæ munita sit idoneis testibus, uel instructa apertissimis documentis, uel indicijs ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita.

Hanc coniecturam Doctores, Iuris uocant & de Iure. Diuidunt rursus in temerariam, probabilem, uiolentam & necessariam, congerentes multa parum ad rem pertinentia. Tandem Bar. in. l. Nō est uerisimile. ff. Quod met. caus. rectè dicit, Doctores Iuris nihil boni adferre de præsumptionibus, nec esse materiam quæ ex præscripto certarum regularum tractari possit. Certè, ex re nata, & circumstantijs negotiorum ac personarū æstimare oportet, atque incorrupto animi Iudicio (quod arbitriū boni uiri dicitur) cēlere, quas præsumptiones uel coniecturas ratio admittat, quas uerò impugnet ut falsas, uel denique, quas in medio relinquat. Quare nascuntur quidem ex hoc postremo præsumptionum genere suspensiones, nonnunquam uerisimiles, sed tamen quæ non legitimæ uel sufficientes sunt ad docendum. Vt ecce, si debitori meo reddiderim cautionem, coniectura est necessaria, inter nos conuenisse ne peterem, ideoq; pro reo satis probatum uidetur, ut ego petens debitū, repellar exceptione. Verum, cum pignus reddidi non soluta pecunia, suspicio quædam nascitur, seu leuis coniectura pacti de non petendo: sed quia sæpe contingit quod propter preces debitoris ad aliquem usum pignus reddatur, uel etiam quòd semper sit apud debitorem, cum interim cautio non possit ullo usui prodesse: igitur hoc posteriore casu, redditum pignus non parit probationem solutz pecuniæ. Paulus in. l. Labeo ait. Modestinus in. l. seq. ff. De pact.

Iustæ autem præsumptionis exemplum longe clarissimū edidit Salomon Rex inter duas mulierculas, de infante contententes, utrius filius esset. Nam ueram matrem, naturæ ratio coëgit ad deprecandum ne puer diuideretur, cum altera mulier quæ mater non erat, facile consensisset. c. i. De præsumptio.

Illud tamen nemini est ignorandum, quod nulla coniectura tam uehementer urgere potest animum Iudicis, ut habeatur pro uera ac sufficiente probatione in causis criminalibus, ubi de uita hominis plerunque tractatur, re omnium maxima, & quæ damnum adfert nullo modo recuperabile. Ad torturam duntaxat sufficiunt huiusmodi legitima præsumptionis indicia, ut malefactor ipse cōfiteatur. Vlpianus in. l. Absentem, in prin. ff. De pœn. Sed nec de suspicionibus (inquit) debere aliquē dānari, Diuus Traianus Adsidio Seuero rescripsit. Satius enim esse impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnari.

In ciuilibus uerò causis, si utcunq; fallimur coniecturis, damnum est pecuniarium & recuperabile. Ideoq; indicia ueritatis rationem præ se ferentia, non minorem probationis, quàm instrumenta, continent fidem. l. Inditia. C. De Reiuendicatio. Maxime in his factorum speciebus, quæ difficiles probatu sunt. Veluti, cum quis filius fuerit probandus uel improbandus, ut in. l. Filium. ff. De his qui sunt sui uel alien. iur. Filium (inquit Vlpianus) cum definimus, qui ex uiro & uxore eius nascitur. Sed si fingamus abfuisse maritum (uerbi gratia) per decennium, reuersum, anniculum inuenisse in domo sua: placet nobis Iuliani sententia, hunc non esse mariti filium. Non tamen ferendum. Iulianus ait eum, qui cū uxore sua adsiuè moratus, nolit filium agnoscere, quasi non suum. Sed mihi uidetur (quod & Scæuola probat) si constet maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse, infirmitate interueniente, uel alia causa: uel si ea ualetudine paterfamiliās fuit, ut generare non possit: hūc, qui in domo natus est, licet uicinis scientibus, filium non esse. Hæc ille: quæ propterea retulimus, quia plena sunt præsumptionum exemplis, & interim ad amissum declarant, quomodo intelligenda sit. l. Si uicinis. C. De nupti. quæ ad probationē matrimonij & susceptæ filia, dicit sufficere uicinarum scientiam uel aliorum, quod quis uxorem liberorū procreātorum causa domi habuerit. Et rursus, quatenus accipiendum sit, quod dicitur: filium probari per nuptias. Sæpè namque una coniectura, quamlibet uerisimilis, per aliam in diuersum urgentem naturali ratione conuellitur, ut litus arare uideantur illi, qui præsumptionum materiam, in perpetuas regulas illigare frustra tentarunt: Eodemq; errore duci eos, qui tam uarijs diuisionibus dispergunt earum cognitionem, cum præstiterit scire, quod censura magis quàm curiosis præceptionibus intelligatur. Sic ergo distinguere causas præsumptionum satis est. Aut enim tam propè accedunt ad necessariam ueritatis rationem, ut plenam mereantur fidem, & probent id quod secundum eas asserimus. Et tunc, siue legitimas, siue iuris & de iure, siue necessarias præsumptiones appellaueris, parum refert: de quibus iam diximus. Aut uerò proficiscuntur ex causis quæ ueræ quidem esse possunt, sed interim in diuersum collectis rerum argumentis faciliter cedunt. Itaq; mouere non nihil solent animum: tamen ad credendum planè non perducere. Has probabiles, uel non necessarias præsumptiones, aut suspensiones rectè dixeris, uel etiam argumēta, sicut Arrius Menāder in. l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. De re milita. Sed licet (inquit) hoc liquidò cōstare nō possit: argumentis tamen cognoscendum est.

Frequenter ergo in rebus quæ difficilem habent probationem, non ita summo iure, ac ueluti ad normam Mathematicā exigendæ sunt probationes, sed sufficiūt uerisimiles coniecturæ, hoc est, quæ ad naturalem rationem tam propè accedunt, ut non facile ab ea diuelli posse uideantur. Vnde Lex nonnunquam quæ requirit euidentem probationem, contenta est coniecturis. Vlpianus in. l. Si constante in princ. ff. Solut. matrimo. Et constat (inquit) exinde dotis exactionem competere, ex quo euidentissimè apparuit, mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere. Cum tamen non aliter quàm ex indicijs, puta, quod maritus dilapidet continuo bona sua, doceri possit urgere illum ad inopiam. Alioqui, difficillima ac impossibilis penè fuerit probatio, non esse maritum soluendo. Modestinus in. l. In tempus. §. Quoties. ff. De hæred. instituen. Idem Vlpianus in. l. Licet Imperator. ff. De legat. Tamen hoc (ait) ita erit accipiendum, si nō fuit euidens diuersa uoluntas, quæ ex multis colligetur (an quis ab hærede legatum uel fideicommissum relictum noluerit à substitu-

to deberi

ro deberi. Ecce, uocat euidentem uoluntatem testatoris, quæ ex argumentis, & interpretationibus uerborum colligitur.

Sic furtum probatur indicijs, ut si ostium noctu fuerit contractum, aut si adhibitus custos aufugerit. Credendum est enim res quæ non reperiuntur, furto sublatas esse, arg. l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. De re milita. Quo loco elegans est exemplum comparandæ præteritæ uitæ ad præsentem, & contrâ.

Eadem ratione dolus malus, uel simulatio in contractibus, quorum utrumque in animo uersatur, cuius scrutator solus Deus est, non potest directò externis adminiculis probari. Igitur admittuntur coniecturæ collectæ ex facto quod uidemus. l. Dolum. C. De dol. mal. l. Quoties. C. De naufragi. li. XI. ubi ne ueritas lateat, etiam liberi nauarum admittuntur ad probationem naufragij. Et. l. Dolus. C. De rescinden. uenditio. Dolus emptoris (inquit) qualitate facti, non quantitate precij æstimatur.

Possessio quoq; agri, per culturam, multò magis per fructuum perceptionem probatur. Bal. in. l. iij. C. Fini. regun. post Accursiũ. Bart. in. l. j. ff. Solut. mari. arg. l. Litibus, in principio. C. De agrico. & censit. lib. XI. Eos tamẽ dicimus (ait) qui non ex longo prolixoq; tempore uel longinqua & inueterata redituum susceptione sufficientem habent cautelam. Sed & possessio, cuius initium excesserit prorsus hominum nunc uiuentium memoriam, fama potest probari, adeoq; testibus qui ab alijs se audiuisse dixerint. Idem censendum est de uetustioribus gestis, quæ alioqui uix probari possent. Baldus in. l. Conuenticulam. C. De Episc. & cleric.

D E S E M I P L E N A P R O B A T I O N E.

Alterum caput seu genus probationis est semiplena probatio, per quam rerum gestarum fides aliqua fit bono uiro, hoc est, Iudici: non tamen tanta, ut iure possit mouere eum ad ferendam in hanc partem sententiam. Quia caret plena fide, constans ex leuioribus argumentis. Huius probationis sunt quatuor species.

Prima: Cum unus testis pro actore uel reo dicit, Tametsi enim unius hominis quãtumlibet honorati testimonium, non censeatur iustam ac plenam fidem mereri, iuxta. l. Iurisiurandi. C. De testib. nõ tamẽ prorsus est contemnendum, Præsertim, si uir bonus sit & dicta eius alijs argumentorũ adminiculis confirmetur. Vnde semiplenam præstat probationem.

Quam ob rem Iudex qui singulas causarũ circumstantias dispicit, si nihil refragari uiderit, potest deferre iuramentum ei, pro quo est quasi probatio: Id quod uocant supplementum semiplenæ probationis. Vlpianus in. l. Si duo, in principi. ff. De iureiuran. Multum tamen (inquit) fidei & autoritatis apud Iudicem patronum habiturum, quo magis solum patronum se probaret, quod libertus iurasset alterum patronum non esse. Sic unius testis dictum facit suspectas tabulas testamenti, sed non plane euertit. Paulus in. l. j. in fi. ff. Testament. quemad. aperian. Si quis (inquit) se neget sigillũ suum agnoscere: non ideo quidem minus aperiantur tabulæ, licet aliàs suspectæ fient.

Sicut autẽ iuramentum litigatoris confirmat testimonium unius, ita fama adijcit fidẽ, modo non inconstans sit, nec improbis autoribus uel etiam ignotis, exorta. Callistratus in. l. iij. §. Eiusdem quoq; ff. De testib. Aliàs (ait) numerus testium, aliàs dignitas & autoritas, aliàs ueluti consentiens fama, confirmat rei de qua quæritur, fidẽ. Alioqui fama quantumuis inuulgata, non probat satis, sed coniecturam facit, quia sæpe fallax est rumor. Paulus in. l. ulti. ff. De hæred. instituen. Quia tamen (inquit) falsus rumor non solet obesse, &c.

Insuper testatoris autoritas nonnunquam facit, ut uni testi credatur: puta si quicquàm se cretò ei crediderit quod non alijs sciat. Nam cum non possit declarare eam rem defunctus, & uoluerit soli huic fidem adhibendam esse, standum sanè est ultimo arbitrio. Sczuola in. l. Theopompus. ff. De dot. prælegat.

Demq; litigatores consentire possunt ut uni credatur. Nam potest quis aduersarium suũ, & testem, & quodammodo Iudicem propriæ causæ pacisci. l. j. in principi. ff. Qua. rer. acti. nõ datur. l. ulti. C. De fideicommiss. Cum ipse (inquit) sibi Iudex & testis inueniatur, cuius religio & fides à fidei commissario electa est.

Secunda species non plenæ probationis, ex comparatione literarum producitur. Est au-

tem comparatio literarum ultimū subsidiū indagandæ ueritatis, quæ neq; testes, neq; tabellio produci possunt, ut ueritatē scripturæ, cuius controuersia uertit, attestentur. Cum enim alter litigatorum producit scriptum aliquod, alter negat eum scripsisse, qui author scripturæ dicitur, certè res fit suspecta. Quare hoc unum superest, ut ex aliquo instrumento minimè gentium suspecto, comparentur literæ, hoc est, character literarum, utrum omnibus numeris sit similitudo inter utrunque, an non sit. Ex eo nanque sequetur ueritas aut falsitas instrumenti quod profertur.

Sed quæ est scriptura fide digna, ex qua fieri possit collatio literarum? Respondeo, Primum: Scriptura priuata, hoc est, chirographum illius cuius scriptura negatur, subscriptū tamen & approbatum tribus testibus. II. Scriptum forense, id est, apud Iudicem confirmatum. III. Instrumentum publicum eiusdem primi authoris: cuius tamen fidem testes in eo descripti, prius testentur. IIII. Scriptura quæ aduersarius ipse profert, non potest illi esse suspecta, quin inde fiat collatio. V. Scriptum deniq; ex Archiuo, seu loco quod publice instrumenta reponuatur, minimè gentium suspectum est ad faciendam comparationem literarum, cuius Archiuo meminit Vlpianus in .I. Mortis. §. Solent autē. ff. De pœn. Hæc omnia probantur in .I. Comparationes, cum Auct. At si contractus. C. De fid. instrumento.

Quare Iustinianus in Auct. De instrument. cautel. & fid. §. In his uerò, rectissime consulit eis, qui uoluerint se & successores suos eximere huiusmodi comparandarum literarum molestiis, cum & tabelliones seu notarij, & testes breuissimo tēpore moriantur plerumq;. Possunt enim impetrare à competenti Magistratu, ut perspecta scripturæ (quatenus æquum fuerit) ueritate, confirmet eam esse ueram, autoritate sua, quæ nunquam potest reuocari in dubium. Idq; insinuationem dicimus, non exigentem ullos testes priuatos, argu. .I. In donationibus. C. De donationi.

Itaque talis scriptura collatione literarum expensa, non omnino plenam habet fidem in causis excedentibus libram auri, quoniam magnum periculum est, ne fallatur comparandi iudicium in discernenda similitudine aut dissimilitudine, quæ facile solet nobis imponere. Auct. Ad hæc. C. dict. tit. Est igitur in hoc genere cum primis exercenda æquitatis censura per Iudicem.

Tertia species imperfectæ (ut uerbis aliorum utar) probationis est, quæ constat ex scripturis priuatis, ac alijs quarū superius mentionem fecimus, ostendentes eis non adhibendam esse iustam fidem, ut tractatur communi doctorum sententia in .I. Instrumenta. C. De probatio. Semper autem sis memor axiomatis suo loco traditi, quod proferens id genus scripturas non omnino probat, nisi alia quoq; accedant ueritatis suffragia: tantū aduersus proferentem, nihil est quod uetat his scripturis omnino credi. Nam cum proferens asserat esse ueras, et aduersarius non reclamet, scilicet quia sibi patrocinentur, nō debet Iudex refutare id, quod litigatores approbant, qui & proprijs assertionibus possent credere.

Quarta denique species semiplenæ probationis, est ex præsumptionibus illis, quæ indubitam fidem non habent, nec tamen contemnendæ prorsus sunt, quarum & superius mentionem fecimus. Exemplum est de fuga, quæ magnam suspicionē parit aduersus fugientem, non tamen iustam fidem meretur in dicta causa, hoc est, nondum cognita re ipsa, ut tractatur in Auct. Si uerò. C. Ut omn. Iudi. tam ciuil. quàm milita. Et in hoc quidem articulo, bone Deus, quàm latè patet æquitatis ratio, quàm oportet Iudicem lynceis oculis (ut sic dicam) perspicere circumstantias omnium rerum.

VTRI LITIGATORVM SIT EX VARIIS
causarum circumstantiis decernenda probatio.

Maxima difficultas huius materiæ in eo uersatur, utri litigatorum decernenda sit probatio, nimirum, quod unumquodq; propemodum causarum genus, propriam habet rationem probandi. Ideoq; regulis aliquot & exemplis factorum, in summam cognitionem probationum studiosos perducemus, ut inde pro qualitate causarum collectis per similitudinem argumentis, reliqua discernant, uidelicet, in quem sit reijciendum onus probandi, semper tamen boni & æqui habita ratione.

Prima

Prima regula omnium generalissima, hæc sit. Actor asserens aliquid, probare debet. Quia iustum uidetur, unumquemque fidem facere eius quod intendit esse uerum, cum ab aduersario fuerit negatum. Præsertim, quod ex alia huic consequenti regula constat, aduersarium negantem non rectè grauari probatione, quoniam per rerum naturam reus conuentus negans, non possit præstare probationem. l. ij. ff. De proba. l. Actor. C. cod. tit. l. Qui accusare. C. De edend. l. Res. C. De rei uendic. §. Quod autem diximus. Instit. De legat.

SECUNDA REGULA.

VT ad species negotiorum descendamus, uidendæ sunt elegantissimæ illæ præceptiones Pauli in. l. Cum de indebito. ff. De probati. cuius partes, singulis regulis explicabimus, ut appareat incredibilis æqui & boni obseruatio. Cum enim de indebito quæritur in iudicio, uter probare debeat non fuisse debitum, in magna casuum uarietate, res ita temperanda est. Si reus conuentus, qui accepisse dicitur rem uel pecuniam indebitam, negauerit sibi quicquam fuisse datum, & actor qui dedit, legitimis probationibus, hoc est, testibus uel instrumentis (non tamen iureiurando scilicet deferendo, iuxta. l. Eum qui. ff. De iureiuran.) docuerit solutionem, tunc sine ulla distinctione onus probandi rejicitur in reum conuentum falso negantem, ut si uoluerit audiri, præstet probationes, scilicet quòd pecuniam debitam accepit. Hanc enim fert pœnam mendacii sui, quod utique non erat relinquendum impunitum, & ab innocente actore exigenda probatio. Ecce, quomodo propter circumstantiam mendacii uariatur ius commune. l. Cum de indebito, in princi.

TERTIA REGULA.

SI reus conuentus qui pecuniam indebitam accepisse dicitur, ab initio fuetit confessus suscepisse quidem pecunias, sed non indebitas: tunc reditur ad generalem regulam, ut is qui asserit indebitas soluisse, cõpellatur ad probationes, uidelicet quòd per dolum accipientis, uel aliquam iustam ignorantiam causam, indebitum ab eo solutum sit. Quia pro reo præsumitur: neminem tam resupinum esse, ut pecunias iactet, & indebitas effundat: Maxime, si sit homo diligens, & studiosus paterfamilias. Vnde uides, quomodo cessante causa diuersitatis & coniecturæ, reditur ad generalem regulam iuris communis. d. l. Cum de indebito. §. Si uerò.

QUARTA REGULA.

SI is qui indebitum repetit, sit pupillus, uel minor, uel mulier, aut uir quidem perfectæ ætatis, sed uel miles, uel agricola, & forensium rerum expers, uel alia simplicitate gaudens, & desidiæ deditus: tunc reum conuentum qui accepit pecuniam utcumque cõsententem, oportet ostendere huiusmodi pecuniam debitam fuisse solutam. Perpende igitur, quomodo propter personarum qualitatem non nihil diuersam, iterum uarietur ius summum ad normam æquitatis. Ead. l. Cum de indebito. §. Si autem is. Et operæpretium est, ut obserues istas uariandi rationes ad usum rerum prorsus similium aut. dissimilium.

QUINTA REGULA.

Qui partem pecuniæ queritur fuisse solutam indebitam, uel ab initio quidem fuisse debitam, sed uel dissoluto debito, uel cum exceptio competeret, postea per ignorantiam iterum se soluisse: Is omnia hæc probare tenetur, iuxta generalem regulam: Quòd dicenti pecuniam solutam esse indebitam, incumbit probatio, sicut & ei, qui opponi potuisse exceptiones affirmat. Considera & hic, quibus modis reditur ad commune ius propter coniecturas quæ sunt pro reo conuento. Primum, quia ex ea parte quam faterur debitam, uidetur etiam reliqua pars deberi. Deinde, quoniam propter tempus præteritum quo fuerit debitum, creditur & nunc in eadem obligatione uersari. d. l. Cum de indebito. §. Si autem pro parte. Istæ sunt causarum circumstantiæ secundum quas oportet æquitatem metiri.

SEXTA REGULA.

Sive actori, siue reo conuento incumbat onus probandi, utriusque licentia conceditur aduersario suo de controuersia iusiurandum deferre, aut delatum referre, quod Iudex sine alia probatione in sententia formanda sequatur. d. l. Cum de indebito. §. In omnibus autem. Nouell. De fid. instrumento. §. Si tamen.

Si quis non pecuniam uel etiam rem queratur indebitam esse solutam: sed asserat cautionē scriptam in qua contineatur sua confessio, indebitē expositam fuisse, tūc ita distinguetur: Si adiecta sit causa debiti, uel liberationis, uel alterius rei in cautionem deducta. Exempli causa: Titius fatetur chirographo uel etiā publica scriptura, se. X. debere Sempronio, ex causa empti ab eo equi. Hoc casu statur suæ confessioni, quoniam causa debiti eum non latuit: unde creditori nulla incūbit probatio, nisi debitor sic confessus, euidentissimis probationibus in scriptis, paratus sit ostendere sese hoc indebitē per cautionem promississe. Ostendet autem, si probabit ex alia causa eandem pecuniā deberi, quā quæ in cautione comprehenditur. Si uerò nullius causæ mentio fiat in cautionali scriptura, indiscretē loquente, puta, Titius fatetur se. X. debere Sempronio, aut Meuium à debito suo liberatum esse. In hac quidem specie, cū non admodum incredibile sit interuenisse errorē cōfidentis sine causa, actor idemq; debitor non est grauandus probatione, sed reum conuentum, hoc est, creditorem in quem cautio exposita est, oportet ostendere debitum esse quod in ea continetur. d. l. Cum de indebito. §. Sin autem cautio. Et hætenus de iussionibus illius elegantissimæ Legis, quæ in discernendis causarum circumstantiis, nusquam habet similem, ad indagandam æqui & boni rationem. Quid enim aliud facit iurisconsultus in tota illa Lege, quā quod excutit æquitatē pro casuum diuersitate?

OCTAVA REGULA.

Coniectura pro asserente legitima & sufficiens, transfert onus probandi in aduersariū: Cuiusmodi, cum frater petit partem prædij paterni, frater negans faciendam diuisionem, debet probare prædium ad se tantum pertinere. Nam bona paterna præsumuntur communia inter fratres. l. Siue possidetis. C. De probatio. argu. l. Si necessarias. §. penulti. ff. De pignora. actio.

NONA REGULA.

Opponens exceptionem per quam aliquid asserit, debet eam probare. Quoniam in exceptionibus dicendum est, reum conuentum partibus actoris fungi ut impleat intentionem. Tales sunt exceptiones solutionis, transactionis, præscriptionis, & cæteræ. Idem dicendum est de replicationibus, quæ uelut exceptiones sunt actoris. l. i. & ij. ff. De exceptio.

DECIMA REGULA.

Negans simpliciter factum, nulla adiecta loci uel temporis circumstantia, non est compellendus ad probationes. Ut si quis dicat, se non esse uocatū in ius, aut non cōtraxisse, uel rem litigiosam non esse aduersarij. Hanc enim appellant puram uel simplicem negationem, qua neq; expresse neq; tacite quicquam asseritur, sed intentio tantum actoris in iudicio fit dubia. l. ult. C. Quib. ad liberta. proclama. non lic. l. Nemo in fi. C. De acqui. possessio. l. Plures. in prin. C. De fid. instru. l. i. §. Sed cum possiur. ff. De collatio. bonor. l. Si ex cautione. C. De non numer. pecuni. §. Commodum. Instit. De interdict. Non autem tot Leges congero frustra. Nam singulæ habent aliquid diuersitatis, secundum quam iuris formam agnoscas multis modis uariari, quatenus ad probandi usum attinet.

VNDECIMA REGULA.

Negans aliquid certo loco uel tempore factum esse, non est immunis à probatione, quam & præstare potest, si ostendat alio in loco aut tempore factum fuisse, iuxta. l. Optimum. C. De contra. & commit. stipulatio. Et. §. Item uerborum. Instit. De inutili. stipulatio.

DODECIMA REGULA.

Is qui negat qualitatem personæ uel rei idoneam, utiq; probare tenetur. Nam quilibet præsumitur idoneus, sicut & quælibet res bona, nisi diuersum doceatur. Vlpianus in. l. Cum quidam ita fidei commissum. Papinianus in. l. Cum pater. §. Rogo. ff. De legat. ij. l. ult. ff. De liber. agnoscen. l. Si creditores, in fi. ff. De priuilegi. credito.

Neganti solennitatem iuris in aliquo facto fuisse adhibitam, incumbit probatio. Quoniam omnia censentur legitimè ac ritè facta, nisi contrarium aut appareat euidenter, aut probetur. Paulus in. l. Ab ea parte. ff. De probatio. l. Nec non. §. Quod eis inquit. ff. Ex qui. caus. maio. l. Non omne, ij. respon. ff. De regu. iur. Et hæc uera sunt in his quæ extra iudicium aguntur, & ad iudiciorum exercitia non pertinent. Verum, si quis negauerit iudicij solennitatem ante latam sententiam, non astringitur ad probandum, sed aduersarius probat. c. Quoniam contra falsam. De probationi. Acta enim, bona fide & publico iure describi solent, ut æquum uideatur negantem non esse onerandum, quia aduersarius facile potest probare.

DECIMAQVARTA REGVLA.

Quoties incidit quæstio utrū quis sit de hoc genere, uel de hac gēte, cū semper oportet probare, qui natiuitatis originem intendit. Papinianus in. l. j. ff. De probationi.

Vt autem uim horum uerborum rectè intelligas, non est ignorandum, Genus appellari, totius cognationis necessitudinem: Gentem uero, familiam tantum ex eodem parète masculo productam, nuncupari.

Cognatio tota seu genus diuidebatur apud Romanos, in agnationem & cognationem, quod & nunc sequimur.

Agnatio, erat inter eas personas, quæ idem nomen habebant, & cognomen gentilitatis, easdem imagines, eandem familiam: breuiter, qui omnia maiorum, etiam Religionis iura habebant: sicut & nuptias diuini & humani iuris communicationem uocat Modestinus in. l. j. ff. De rit. nup.

Cognatio autem à matre erat, & apud Ciceronē Stirps appellatur, lib. De Orato. j. Fungit ergo hoc uerbū Cognatio, tam cōmuni q̄ speciali significatione, propter uocabulorum inopiam, ut alia quoq; multa. Probat hæc distinctionem hodiernus quoq; usus. Ulpianus in l. ij. §. j. ff. De suis & legit. Iustinianus in. §. j. Instit. De legit. agnato successio.

Erant itaq; apud Romanos tria iura, quæ omnibus numeris (excepta quarundam rerum superstitione) nunc imitamur. Videlicet cognationis seu stirpis, Agnationis, & Gentilitatis. De cognatione & agnatione, uidimus: operæpretium est gentilitatis quoq; ius explicare.

Gentilitas nobilium fuit, scilicet eorum, qui sui generis imagines proferre poterant. Imaginibus enim ob insignem uirtutem ac rerum præclare gestarum decora, donari solebant. Qua ratione antiquissimi generis Stēma, fumosas imagines uocat Cicero in Pisonem. Contra, qui nullis maiorum imaginibus & nobilitate commendabātur, hi Terræ filij, à sese orti, ac noui homines nuncupabātur, quæadmodum Cicero de Lege Agraria loquens, seipsum appellat nouum hominē. Id quod magna laude contingebat, si quis uirtute faceret se nobilē ac imaginibus donandis dignum. Quare Tranquil. in Vesp. Flauia gens (inquit) obscura illa quidem, ac sine ullis maiorū imaginibus: sed tñ Reipublicæ nequaquam pœnitenda.

Accedebat & hoc cum prtmis ad nobilitatis commendationem, quod gentiles ab ingenuis oriundi erant, quorum maiorum nemo seruitutē seruiuit, qui capite non fuerunt diminuti, ut à libertis, uel à scriptitijs, uel alia conditione obnoxij, distinguerentur.

Hæc non sunt contemnenda, quoniam & nostri temporis gentiles seu nobiles (ut uulgo dicimus) cum agnationis iure de feudis controuertunt inter se, uel cum domino, non habent ferè digniora probandi argumenta ad ostendendam gentem suam, quàm ea, quæ ex imaginib. ac cognomine mutant, ut cū dicunt: Vuyr haben eynen schilt und helm. Nunc enim pro imaginibus, insignia gentilitia habemus, eadem tamē significatione, qua olim. Verum nonnulli fumosis imaginibus maiorum suorum dissimiles planè sunt. Quæ materia ad usum feudorum pertinet. Interim ex his facile est intelligere. d. l. j. ff. De probatio.

DECIMAQVINTA REGVLA.

Qui cum minoribus contraxit, is probat interuenisse solennitatem iuris, si fortè ab aduersario fuerit negata. Caius in. l. Quæcunque, in fi. ff. De Publicia. Qui à pupillo (inquit) emit, probare debet tutore autore, & Lege non prohibente, se emisse. Cur hæc tam diuersa

uerfa. Superius ne dictum est, & iustum uidetur, ab eo probationem exigi, qui solennitatem iuris negat, regulá XIII. Respondeo: Hanc differentiam proficisci ex æquitate, propter circumstantiam personæ, quæ multis captionibus est supposita, ut dicit Vlpianus in. l. j. in prin. ff. De minori.

DECIMASEXTA REGULA.

IN tribus iudicijs, scilicet Familiæ eriscundæ, communi diuidendo, & finium regundorum, cum uterque litigatorum actor & reus censeatur, ab utroq; exiguntur probationes: prius tamen ab eo qui ad iudicium prouocasset. l. In tribus istis. ff. De iudici. l. ij. §. In familiæ eriscundæ. ff. Famili. eriscil. l. Iudicium. ff. Fin. regun. l. ij. §. ulti. ff. Cõmu. diuidun. Idem est in duplicibus interdictis, cum uterq; se possidere intendit. §. penult. Insti. De interdict.

DECIMASEPTIMA REGULA.

IN alijs quoq; iudicijs simplicibus, ubi uisum fuerit Iudici, rectè decernitur utriq; litigatorum probatio. Neq; enim reus conuentus qualècunq; exceptionem obiecerit defendendo uidetur confiteri intentionem actoris. l. Non utiq; ff. De exceptioni. l. j. C. De probat. l. Quinquaginta. ff. eod. tit. Quinquaginta (inquit Celsus) testamento tibi legata sunt. Idem scriptum est postea in codicillis. Refert duplicare legatum uoluerit, an repetere: & an oblitus se in testamento legasse, id fecerit. Ab utro ergo probatio eius rei exigenda est? Prima fronte æquius uidetur, ut petitor probet quod intendit: sed interdum probationes quædam & à reo exiguntur. Nam si creditum petatur, ille respõdeat, solutam esse pecuniam: ipse hoc probare cogendus est. Et hic igitur, cum petitor duas scripturas ostendit, hæres posteriorè inanem esse, ipse hæres id approbare Iudici debet. Vides, quomodo iurisconsultus colligat æquitatem ex simili qualitate facti.

DECIMAOCTAVA REGULA.

SI reus fiducia iuris sui & innocentia, ultrò in se suscipiat onus probandi, mos ei gerendus est. Vlpianus in. l. Circa. ff. De probatio. Quòd si uterque probare uoluerit, primo loco actor, deinde reus admittitur, ut ibi tractat Accurs.

DECIMANONA REGULA.

Cum Iudex ex causa nonnunquam defert alterutri litigatorum iurifurandi conditionem, quam oportet suscipere siue actorem, siue reum: tunc uidetur incumbere probatio ei, cui defertur iuramentum. Caius in. l. Admonendi. Vlpianus in. l. Non erit ratum. §. Dato. ff. De iureiuran.

VIGESIMA REGULA.

IN quæstione falsitatis criminaliter accusando mota, acerrimam oportet fieri indaginem, argumētis, testibus, scripturarum collatione, alijsq; uestigijs ad ueritatem commode perducentibus. Nec accusatori tantum probationis necessitas indicēda est, sed etiam reo, ut inter utranq; personam sit Iudex medius, ordine probandi seruato, ut primo scripturam producens, deinde falsam arguens, ad probandum admittatur. l. Vbi falsi. Et. l. ulti. ff. Ad Leg. Corneli. de fals. Ciuilitèr autem, scilicet excipiendo, falsitatis disceptatione incidente, requirendum est Iudici, utrum instrumentum quod producitur, prima facie suspectum sit: puta, cancellatum, corrasum, aut à tabellione aliàs mendacij conuictò, descriptum: ut tunc producens probet rei ueritatem. l. Iubemus. C. De probat. An uerò nulla ex parte suspectum uideri possit, ut magis debeat excipiens probare falsitatē, l. Qui accusare. C. De edend. Animaduerte & hic, boni & æqui æstimationem, ex circumstantijs rerum atq; personarum.

VIGESIMAPRIMA REGULA.

IN crimine læsæ Maiestatis, aut proditæ patriæ, aut peculatus, aut sacramenti militaris deferti, Iudex non minus accusatorem ad docendum, quàm reum accusatum ad probandas defen-

defensiones quas allegat, urgere debet, ut tanti criminis executio acerbissima non fiat, nisi ueritate comperta. l.ulti, in fi. C. De abolitio.

VIGESIMA SECVNDA REGVLA.

Qui dicit mutatam uoluntatem alicuius, ei meritò decernetur probatio. Quare enim nō potius id quod hodie uolumus, cras quoq; uelle reputemur, cum sic propius ad mores constantis uiri accedere uideamur; quàm ut dicamur singulis horis aliud atq; aliud uoluisse, sicut leues & parum ingenui solent. Vlpianus in. l. Eum qui uoluntatem. Papinianus in. l. Cum tacitum. ff. De probatio.

VIGESIMATERTIA REGVLA.

Emptor probare debet rem de qua controuersia est, fuisse uitiosam antea quàm emeret, ut redhibeatur. Paulus in. l. Emptorem. ff. De probati.

VIGESIMA QVARTA REGVLA.

Qui dicit dolo malo aliquid factum esse, licet excipiendo, docere debet admissum dolum. l. Quoties. §. Qui dolo. ff. De probatio. l. in. in fi. ff. De tributo. l. Si prætor. §. Marcellus. ff. De iudic. Vlpianus in. l. Sed si ex dolo. §. ulti. ff. De dol. mal. De probando autem dolo suprà diximus.

VIGESIMA QVINTA REGVLA.

Sicut is qui ad libertatem proclamat, prior docere iubetur, siue sit filius, siue seruus uel subditus. Paulus in. l. Si filius. ff. De probatio. Vlpianus in. l. Liberis. §. ulti. ff. De libera. caus. Et. l. Vis eius. C. De probat. Ita ex diuerso, qui negat aliquem esse talem, qualem hæcenus reputauit communis opinio, puta filium uel alium cognatum, is probare debet. l. Non nudis. C. De probatio.

VIGESIMASEXTA REGVLA.

Ideiuussores pro tutore uel curatore acceptos, fuisse idoneos cum promitterent, oportet probare eum, cuius officium fuit prouidere, ut pupillo idoneè caueretur: non uerò pupillum quondam, agentem actione subsidiaria. Quia quales nūc sunt, præsumuntur fuisse cum acciperentur. l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. De re milita.

VIGESIMASEPTIMA REGVLA.

Cum de Lege Falcidia quæritur, hæredis est probatio, locum habere Legem Falcidiæ. l. Cum de Lege. ff. De probationi. Probabit autem faciliter, tot esse legata, uidelicet per testamentum: & tantum esse in bonis testatoris, per inuentarium. Si autem legatarij diuersum intendant, ipsos oportet probare. l. ulti. §. Licentia. C. De iure deliberan.

VIGESIMAOCTAUA REGVLA.

Possessio rerum corporalium, releuat ab onere probandi, non tamen uiolenta. uel clandestina detentio. §. Retinendæ. Insti. De interdict. l. Si quis liberum. ff. De probatio. l. Vis eius. C. eod. tit. Sic & quasi possessio iuris personalis, rejicit onus probandi in aduersarium. l. Circa. ff. De proba. l. Sicuti. §. Sed si quærat. ff. Si seruit. uendic.

VIGESIMANONA REGVLA.

Patronus, si ab aliquo quasi liberto, exigat operas, maxime artificiales, nihil iunatur quasi possessione operarum, nisi probet eas sibi deberi. l. Quoties, in prin. ff. De probationi. Vlpianus in. l. Si non fortem. §. Libertus. ff. De condictio. indebi. Vbi distinguit inter operas officiales, & fabriles, ueluti pictorias uel alias.

TRIGESIMA REGVLA.

Cum res aliena legatur, oportet legatarium probare, quòd testator sciuerit alienam esse uel obligatam: non autem hæredem, quòd testator ignorauerit. Quia ignorantia huiusmodi facti

di facti præsumitur, nisi diuersum doceatur. l. Verius existimo. ff. De probatio. §. Quod autem diximus. Insti. De legat. l. Qui cum tutoribus. §. ult. ff. De transacti. l. Hoc autem. ff. De administra. tutor. Coniunctis tamen personis, semper debetur, & ab hærede luendum est legatum rei alienæ. l. Cum rem alienam. C. De legat. Aequitas autem, est ratio huius iuris uariandi secundum diuersam qualitatem facti.

T R I G E S I M A P R I M A R E G V L A.

Chirographum cancellatum quocunque casu, nondum soluto debito, transfert onus probandi in creditorem, ut ostendat pecuniam uel totam, uel partem eius adhuc deberi: puta, si probauerit deletionem chirographi se inuito fuisse factam. Vlpianus in. l. j. §. Legi. Et. §. Sed consulto quidem. ff. De his quæ in testament. delent.

T R I G E S I M A S E C V N D A R E G V L A.

Donatio regulariter probanda est ab asserente. l. Nec ignorans. C. De donationi. Nisi ratio sanguinis, accedentibus alijs indicijs, constituat uerisimilem & sufficientem coniecturam pro donatario. l. Procula. ff. De probationi.

T R I G E S I M A T E R T I A R E G V L A.

Confessiones testatorum in ultima uoluntate, si in fraudem uideantur adiectæ, nihil profunt eis ad releuandam probationem, pro quibus adiunguntur. Fraus autem potissimum detegitur, cum incapaces sunt relictorum illi, ad quos huiusmodi confessiones pertinent. Sæuola in. l. Quidam testamētum. ff. De probatio. l. Legauit Titio. ff. De libera. legat.

T R I G E S I M A Q V A R T A R E G V L A.

Qui ætatem allegat ad fundandam intentionem suam, agendo uel excipiendo, is probat. l. Cum te minorem. C. De probat. l. De ætate. ff. De mino. uigin. anno. l. Si minorem. C. De in integ. restituo.

T R I G E S I M A Q V I N T A R E G V L A.

Qui in tempore fundat intentionem uel defensionem suam, utiq; debet eam probare. l. Matrem tuam. C. De probationi, quia temporis ratio incerta est.

T R I G E S I M A S E X T A R E G V L A.

Impugnans ultimam uoluntatem, necessariò probat causam quare non ualeat. l. Si scriptum. C. De probatio.

T R I G E S I M A S E P T I M A R E G V L A.

Is qui negat prospectum esse hæredi, cuius fortè in conuentione nulla est facta mentio, utique probabit, non actor. Ratio: quia negat rem naturæ consentaneam, quandoquidem eam hæredibus nostris, quam nobis ipsis cauere solemus. Igitur, æquum & bonum est, diuersum non credi, nisi probetur. Celsus in. l. Si pactum. ff. De probatio.

T R I G E S I M A O C T A U A R E G V L A.

Qui dicit sibi rem pignori uel hypothecæ obligatam, probare debet. Primum, quòd hoc ipsum sponte ac legitime factum sit: Deinde, quòd res obligata fuerit debitoris, eo tempore quo obligaretur. Martianus in. l. Ante omnia. ff. De probat.

T R I G E

QVomodo autem probandum sit, memoriam facti operis extare uel non extare, tradit Labeo in .l. penul. ff. De probati. Vt interim perpendas, quàm hæc materia, prorsus ex bono & æquo tractanda sit in iudicijs: Et quantum profit huiusmodi scriptis exemplis uti, ad inuestigandam probationem eorum casuum, qui uarijs modis incidere possunt, neque scripto comprehensî sunt.

ANNO TATIO DE NOMINIBVS QVORVNDAM IMPE RATORVM ET IVRISCONSULTORVM scitu necessaria.



SÆPISSIME fit mentio in iure Ciuili Diuorum fratrum: Item, patris cû filio: quorum tamen nomina pleriq; non perceperunt. Eodem modo, cum & iurisconsultorum tempora non satis obseruauerint, in magnû errorem lapsi sunt Doctores, quem ex diuersitate temporis explicare potuissent: Neq; enim parum refert intelligere, quo autore, & quo tempore scriptæ sint Leges, quæ sit prior, quæ posterior: Alioqui, cur tam diligenter tractasset Pomponius originem iuris & Magistratum?

Primum: In .l. De qua re. ff. De inofficio. testament. cum Paulus dicit, Constitutionem extare Diuorum fratrum, Accursius quasi nihil addubitans, subiicit: Seueri & Antonini: cû tamen ueritas refragetur, quia fratres non fuerunt. Sic in. §. Non tantum. Instit. De codicil. cum Iustinianus haud dubiè scriptû reliquerit: Sed Diui Seuerus & Antoninus, audaculus quidam exemplaribus multis adiecit: Diui fratres, quod rursus non subsistit.

Enimuerò, fratres fuerunt, Marcus Elius Antoninus, & Verus Commodus. Marcus enim Antoninus eximie doctrinæ ac probitatis Princeps, hunc Commodum fratrem suum ex adoptione Pij Antonini Principis, Imperij consortem fecit, & primi omnium Imperatorum, bini regnare cœperunt, Anno salutis .163. quos deinde multi sunt imitati, adeò, ut terni nonnunquam imperarent. Sed Marcus, Commodus non multò post mortuo, cum filio Commodus imperauit, homine pessimi ingenij, & omnibus incommodo.

Quare Vlpianus in .l. Congruet. ff. De officii. Præsed. refert Diuos fratres rescriptisse de furioso, qui admisisset parricidiû. Et Macer. in .l. seq. recensens uerba rescripti: Diuus Marcus (inquit) & Commodus Scapulæ Tertilio rescripserunt. Igitur Macer exprimit nomina fratrum, quorum Vlpianus meminit de eodem rescripto loquens.

Eodem pertinet, quod Callistratus in .l. Diuus Pius. ff. Ad leg. Cornel. de fals. loquens de poena summo iure indicenda ei, qui protulisset instrumenta, quæ uera probare non possent: Sed Diuus Marcus (inquit) cum fratre suo pro sua humanitate hanc rem tēperauit. Audis, summum ius fuisse temperatum per æquitatis humanitatisq; censuram?

Patrem uerò cum filio intelligi oportet, Seuerum, & Antoninum, Caracallum cognomento dictum. Is enim filius Seueri fuit, sed certè pœnitendus. Nam cum inter cætera scelera fratrem suum Getam occidisset, Papinianû quoque Ciuilis disciplinæ thesaurum, interfici iubebat, quòd parricidium eius excusare nolisset. Dicebat nanque Papinianus, non tã facile defendi posse, quàm perpetrari tam grande delictum.

Cum itaque legis apud Iurisconsultos, Diuus Antoninus cum patre rescriptis, accipiendi sunt Septimius Seuerus & hic Antoninus, qui proinde Magni sunt cognominati. Paulus in .l. ulti. ff. De uetera. Veteranos (inquit) Diuus Magnus Antoninus, &c. Martianus in .l. j. ff. De requiren. reis: Diui Seueri (ait) & Antonini Magni rescriptum est &c. Vlpianus in .l. Cum hic status, in prin. ff. De donatio. inter uir. & uxor. Cum hic status (inquit) esset donationum inter uirum. & uxorem, quem antea retulimus: Imperator noster Antoninus Augustus ante excessum Diui Seueri patris sui, oratione in Senatu habita, autor fuit Se-

Y narui

natui censendi, Fulvio Aemiliano et Numio Albino Consulibus, ut aliquid relaxaret ex rigore, Iuris &c. Age, quàm appositissimum exemplum præterea hic habes de stricto Iure, & æquitate. Summum Ius erat, non ualere ullam inter uirum et uxore donationē, ideoq; si procederet, reuocandā esse. l. j. l. Si sponsus. §. Circa uenditionem in. Et. l. Si id quod §. Si ex decem. ff. De donati. inter uir. & uxor. Contrā, bonum & æquum uidebatur, nō tam arctē astringi coniuges ad abstinendum à donationibus, nullo modo aut tempore ualituris: quandoquidem omnis uitæ commoditas iuxtā & molestia inter eos est communis Temperamentum ergo Imperatores adhibuerunt, ex censura boni & æqui, ut nonnunquā posset donatio inter uirum & uxorem confirmari. Et hæctenus de Imperatoribus, uideamus nunc de Iuris consultis.

Adrianus XII. Cæsar, Anno dñi CXX. inter optimos principes meritò, nō ultimo loco numerādus, pacis, & bonarum literarum amantissimus fuit: Imperiū Rom. incredibili maiestate adauxit, Bibliothecas instituit, indoctosq; professores (designato nihilominus eis per clementiam stipendio) ad unum mouit omnes, substitutis eruditioribus: Breuiter, nulli post Augustum probitate secundus, feliciter regnauit, magnūq; sui desiderium reliquit omnibus. Vtebatur his Iuriscōsultis, Iulio Celso, Neratio, Prisco, Saluio Iuliano, qui postea Antonino Pio quoque charus fuit. Autores Lampridius & Spartianus.

Antoninus Pius. XIII. Cæsar anno salutis CXL. usus est Saluio Valente, .L. Volusio, Metiano, Vlpio, Marcello, & Iaboleno, ut autor est Capitolinus.

Marcus Antoninus Philosophus, XIII. Cæsar, anno post Christū natum CLXIII. Scæuolam habuit suo tempore Iuriscōsultum nemini secundum.

Alexandro Seuero. XXII. Cæsari. anno seruatoris nostri CCXXIII. hi adfuerunt: Domitius Vlpianus, Iulius Paulus, Pomponius, Alphenus, Aphricanus, Florentinus, Martianus, Callistratus, Hermogenes, Venuleius, Triphonius, Metianus, Celsus, Proculus, & Modestinus: omnes discipuli Papiniani, qui Iuris asylū rectissime dictus est. Nam & doctrinam, & exemplum Iuris & æquitatis, contempto mortis periculo, præstitit immortalis gloria, ut suprā diximus. Fuit etiam Papinianus tempore L. Seueri XVIII. Imperatoris. Præceptore usus est Seruidio Scæuola, qui Antonino Pio à consilijs fuit.

Vlpianus autem tam charus erat optimo Cæsari Alexandro, ut neminem ad se uenientē solum admitteret, præter unum Vlpianum. Ex qua clementia, Vlpiano tam ingens parabatur inuidia, ut conspirarent nonnulli in mortem eius: qui cum uenientem illum pro more, nec ullius mali conscium, armati aggredierentur: Alexander ipse profiliens, pallio suo Vlpianum obduxit, ut ostenderet se illius defensionem suscepturum. Sic uirtus & eruditio semper habuit æmulos, nec certè nunc caret, quos tamen uincit omnes.

Erant autem hi Iuriscōsulti nō iuris stricti solum, sed æquitatis etiam studiosissimi, qualem Cicero describit suo tempore Seruium Sulpitium fuisse, cuius quoque meminit Pomponius in .l. ij. ff. De origi. iur. Hos igitur imitari debemus, & congratulari nobis, quod tam probi ac docti legū authores uiuendi regulas ediderint, de quorum fide nihil prorsus ambigendum sit. Omnes (inquit Cicero in Philip) qui ex omni ætate hic in ciuitate Iuris intelligentiam habuerunt, si unum in locum coferantur, cum Seruio Sulpitio non sunt comparandi, Neque enim ille magis Iuriscōsultus quàm iustitiæ fuit. Itaque quæ proficiscebatur à Legibus & à Iure Ciuili, semper ad facilitatem, æquitatemq; referebat. Neque cōstituerit litium actiones malebat, quàm controuersias tollere. Hæc ille.

A D L E C T O R E M.

Hanc qualemcunque operam meam, ut æqui boniq; consulas, amice lector, iterum atque iterum rogo. Nam si secus interpretaberis, tibi ipsi cum primis, simulat' que mihi feceris iniuriam. Tibi, quòd tam immitem prodas in te animum, ut ne quidem obsequentem studiosis ulla conditione admittas: Mihi uerò, quod innocenti, nec tã ullius rei, quàm ueritatis amplectēdæ cupido, falsa delatiōe niteris imponere. Proinde, si de causa hac iudicē agere malueris, non detrecto cuiusuis boni uiri censurā. Verū hac lege, ut non aliter de me statuas, q̄ tibi quoq; (si cōtingat) in tali causa ius dici uolueris. Tum enim, si reuera sentiam hunc libellum nihil profuturum, non deprecor ut pereat sanè. Interim bene uale.

D E

DE TESTIBVS



TESTIMONIORVM usus (inquit Archadius) frequēs ac necessarius est, l. j. ff. De testib. Frequentiam nobis ob oculos ponūt cotidie in iudicijs producti testes. Necessitatem uero, uel mediocriter eruditus facile colliget ex medio rerum agendarum usu. Neq; enim semper & ubiq; potest chyrographis, aut sigillis, aut alia scripturarum solennitate cōfirmari negotium. Vnde, si non etiā credendum esset bonis uiris, qui ueritatē dictōrū factorū uel testarentur, futuram experiremur maximā probandi angustiam, rerūq; omniū confusionē.

Qua ratione Accursius non ab re dixit, munus ferendi testimoniū publicum esse, argu. l. ij. §. j. ff. Si quis cautioni. Et. l. Sed & si per pratorē. §. ulti. ff. Ex quib. caus. maio. Quibus in locis absentia propter municipalem legationem, & propter testimoniū dicendum, similiter excusant, cum utriusq; absentiae sit eadem necessitatis ratio. Etenim testium usus naturali ratione à Deo opti. max. quoq; probatus, huc solum spectat, ut publice profit omnibus ad tuendam ueritatem aduersus mendacia malorum. Siquidem testes proprie dicuntur, qui de rebus & negotijs hominum fidem faciunt cum dubitatur, & ueritati patrocinantur. Inde appellati, quod tueantur statum causā, in Auc̄. De testib. in princi.

De numero autem testium traditur uulgaris regula. Quod ubi numerus testiū nō adijcitur, Lege cōmuni, uel propria ciuitatis, etiā duo sufficiunt ad faciendam plenam fidem. Vlpianus in. l. Vbi numerus. ff. De testib. Pluralis enim (inquit) elocutio, duorum numero cōtenta est. Pulchrē conuenit cum dicto Christi, ut in ore duorum uel trium stet omne uerbū Matth. XIX. Luc. XVII.

Possunt tamen & plures testes pro qualitate causarum, sed non pauciores q̄ duo produci. Et olim amplissimus numerus testium erat permissus, donec constitutionibus Principū hęc licētia ad sufficientē numerū coartaretur, scilicet quem Iudices moderentur, æstimantes quot testes in unaquaq; causa necessarios exegerit rerū & personarū qualitas, ut tot, nec plures euocari patiātur. Ne effrenata potestate (inquit Vlpianus) ad uexandos homines superflua multitudo testium protrahatur.

Illud autem regulariter uerum est. Quod uni testi etiā sublimis dignitatis, in nulla facile causa creditur. l. Iurisiurādi. C. De testib. l. j. §. Idem Cornelio. Et. l. ulti. ff. De quæsti. Quamquam semiplenam probationem faciat, modo si legitimam causam dicto & testimonio suo, etiā non interrogatus à Iudice, adijciat. l. Admonendi. ff. De iure iurand. l. In bonæ fidei C. De reb. credit. Bal. in. c. j. De contenti. inter dōmi. & fidel. de inuestitu. Require in libro probationum.

QVIBVS INVITIS NON DENVNTIATUR TESTIMONIUM.

Lege Iulia & Papia iudiciorum publicorum, cauetur, ne alicui inuito denunciatur, ut testimonium litis dicat aduersus socerum, generum, uiricum, priuignum, sobrinum, sobrinam, sobrino sobrinæue natum, eosue qui propiore gradu sunt. Summa, aduersus omnes cognatos & agnatos usq; ad septimū gradum. Itē, nec liberto ipsius litigatoris, liberorumue eius, parentum uiri uxorisue. Hęc ita accipiuntur: Quod sicut liberti & libertæ aduersus patronos: Ita patroni & patronæ aduersus liberos, non cogantur testimoniū dicere. Et generi appellatione, sponsus filix quoq; continetur, & soceri sponsæ pater. Paulus in. l. Iulia. Et Caius in. l. seq. ff. De testib. Vxor quoq; aduersus maritum non est cogenda dicere testimonium, argumento similitudinis à liberto ad uxorem, quantum ad reuerentiā attinet. l. Libertorū. C. De testib. Et. l. Alia, in fi. ff. Salut. matri. Quippe (inquit) cum contra receptam reuerentiam quæ maritis exhibenda sit, id esse appareat.

Publicani insuper, item, is qui non detractandi testimoniū causa aberit: Item, is qui exercitui præbendam conduxerit, testimonium in iudicio inuiti non dicunt. Vlpianus in. l. Inuiti. ff. De testib.

Senes præterea, hoc est, maiores. LXX. annis. Item, ualetudinarij quos morbus planē lecto detinet. Item, milites pro Republica armis occupati. Item, relegati quibus uenire nō

Y & licet

Iicet immunes sunt. Sc̄uola in. l. Inuiti. j. ff. De testi. l. j. C. Qui aetat. uel profes. se excuf. lib. x. l. ij. ff. De iur. immunita. l. ij. §. Testes. ff. De testi. l. ij. §. Ignominia. ff. De his qui notā. infami. l. In eadem, in fi. ff. Ex quib. caus. maio.

Proxenetā itidem & mediator, non cogitur ad testimonium in negotio cuius mediatorē se exhibuit. §. Quoniā uero legem. In Auc̄t. De testi. collati. 7.

Egregijs deniq; personis, inter quos & Doctores numerant. Item, ualetudine quacunq; molestatis, tametsi necessitas dicendi testimonij non prorsus remittitur, hoc tamē donatum est, ne ad iudicium uenire cogantur. Domi ergo suā, uel Iudicem, uel per alios discretos uiros ad hoc delegatos, audiendi sunt seu examinādi. l. Ad personas. ff. De iureiuran. Ad personas (inquit) egregias, eosq; qui ualetudine impediuntur, domū mitti oportet iusiurādum. Et in Auc̄t. Sed Iudex. C. De episc. & cleric. loquitur de sacerdotibus. Nouell. De h̄eredib. & falcidi. §. Hinc nobis, ubi tractans de conuocandis omnibus legatarijs & fidei commissarijs ad describendum h̄ereditatis inuētarium. Aut quosdam (inquit) pro eis agentes, si forte personarum natura, aut dignitas, aut qualitas, aut aetas, aut quālibet necessitas, facultatē eis non dat ad inuentarij pr̄sentiam. l. Medicos. C. De profes. & medic. lib. x.

Addunt illos qui uel ob paupertatem, uel ob ignominiosam missionem, nō sine dedecore in publico apparere possunt. Nam hi quodammodo in uinculis alligati accipiuntur. Vipianus in. t. In eadem. ff. Quib. ex caus. maio. Item, matres familiās ob honestatem publicā, argu. l. j. C. De offici. diuerso. iudic. Accurs. in. d. l. Ad personas. l. Maritus. C. De procurato. Ne f̄eminā (inquit) persequendā litis obtentu, in contumeliam matronalis pudoris irreuenter irruant, ne conuentibus uirorum uel iudicijs interesse cogantur. l. ij. §. F̄eminas quoq; C. De his qui ueni. aetat. impetra. l. ulti. C. De recept. arbit.

Pr̄dicti igitur omnes, cum inuiti testimonium dicere nō cogant, cōsequēs est, ut uolentes admittantur. Quod & uerum est, nisi naturalis & publica ratio donatā immunitatis obstat, ut in liberis, libertis, & uxore. Cum alioqui fauori priuatim & ciuili ratione pro se introducto, renunciare possint expresse uel tacite. l. Quod fauore. C. De legib. Bar. in. d. l. inuiti. Ceterum, si non testes solum immunitate donati, uerumetiam litigatorum uterq; confert ferint, expedita res est omnes recte testimonium dicere, etiam liberos & libertos. Bar. in. l. Qui testamento. §. Quācunq; ff. De testament. Pr̄terea, si pr̄ter hos testes nullo modo ueritas aliter apparere possit, utiq; cogendos esse eos ad dicendum testimonium bonum & æquum est, quamquam Accursio displiceat, in. l. Inuiti. j. ff. De testi. Ita tamē, quod hoc ipsum, uidelicet inopia probationis, ostendatur per producentē. Abb. in. c. Super eo. De testi. cogend.

Pr̄ter hos itāque testes priuilegiatos, reliqui omnes cogi possunt, ut ueritati testimonium perhibeant quatenus sciunt. l. Cum ab initio. ff. Quemad. testa. aperian. Cum ab initio (inquit) aperiendā sunt tabulæ, pr̄toris id officium est, ut cogat signatores conuenire & sigilla sua recognoscere. l. Si quādo, In princi. C. De testi. l. Locum habet. §. Exhibere autem. ff. De tabu. exhiben. Et si fortē (ait) non obtemperent testes, Labeo scribit coherceri eos a Pr̄tore debere. Cohercentur autem, uel captis pignoribus, uel indicta multa, argu. l. j. §. Quid ergo. ff. De uent. inspicien. l. j. In princi. ff. Si quis ius. dicent. non obtemperat. Et. §. Quibus. Instit. De satisfda. tutor.

Non tamen testes temere sunt euocandi per longum iter, aut etiam plus æquo retinēdi, cum dispendio rerum suarum: quādo iniquum est damnosum cuiquā esse offitium suum. Quāre diligentia iudicantis est explorare, quā consuetudo in eo loco, in quo iudicat fuerit. Nā si probabitur s̄pē in aliam Ciuitatem testimonij gratia plerosque euocatos, non est dubitandum quin euocandi sint, sumptu producentis, testes ad cognitionem necessarij. Sin minus, scribendum est ad Iudicem loci in quo sunt testes, ut auditis illis pro Iure, dicta eorum conclusa & sigillata, ad Iudicem causā remittat: nuncio ad hoc iurante. l. ij. §. ulti. ff. De testi. in Auc̄t. Eod. tit. §. Et quoniam scimus. Auc̄t. Apud eloquentissimum. C. De fid. instrumto. l. Si quis ex signatori. ff. Quemad. testat. aperiant.

De retinendis autem testibus, impendijs haud dubie producentis, uel iudicis, si ex officio suo illis utatur, iux. l. ij. §. Idem Diuus in fi. ff. De testi. ne interpretatio temporis quo retinere eos liceat, nimis licenter fiat à desidiolis iudicibus. xv. dies statuti sunt, quibus elapsis liberum

liberum est testibus, etiam sine permissu Iudicis, discedere, nullo modo reuocandis, Ipse uero Iudex per quem stetit quo minus testes audirentur, ad omnem iacturam parti læsæ, ex bonis sarciciendam, conueniri potest ex conditione. l. Si quando. C. De testib.

Q U O T E M P O R E P R O D U C E N D I
sint testes.

REGULARITER autem ante litem contestatam, non solent admitti testes in iudicijs. Quoniam priusquam audita fuerit responsio aduersarij, utrum neget, an confiteatur intentionem actoris, nullus aditus patet Iudici ad cognitionem principalis causæ, ideoq; non potest fieri locus producendis testibus ad probandum, c. Quoniam frequenter, in princ. Ut lit. non contest. Bar. in. l. Si quando. C. De testib.

E X C I P E.

I Quoties uerisimiliter timendū est de morte, uel diuturna absentia testium, admitti possunt lite nondum contestata. l. In Lege Aquilia. ff. Ad Leg. Aquili. l. iij. §. Duæ autem. ff. De Carbo. edict. l. iij. cum seq. ff. De mort. caus. donatio. Sic tamen, ut consignentur testimonia apud Iudicem, usq; ad litis contestationem in causa, omnibus modis intra annum persequenda, aliàs euanescent. d. c. Quoniam frequenter. §. Sed si actor.

II Cum testes producantur ad perpetuam rei memoriã, nulla adhuc imminente cõtrouersia, non solum in de quorū morte uel absentia timetur, uerū etiam si alij sint boni uiri: tūc nulla requiritur lites contestatio. Ideoq; dicta eorū statim publicantur & in publicam formam instrumenti rediguntur. Multis enim modis nostra potest interesse, ne pereat nobis nostrisq; successoribus rerum gestarum memoria. c. Significauit. Et. c. Albericus. De testi. Aucl. Sed & si quis. C. Eod. tit. §. Et hæc omnia. In Aucl. De testib. Vnde apparet, quàm longe hæc species producendorum testium, à superiore distet. Ideoq; usus eius perpetuus est, & legitimum consiliū conseruandæ memoriæ. l. ulti. C. De re iudica. Gesta (inquit) quæ sunt translata in publica monumenta, habere uolumus perpetuam firmitatem. Neq; enim morte cognitoris, perire debet publica fides. l. j. §. Recte autem faciēt. ff. V usufruct. quemadmod. caue. l. In Lege Aquilia. ff. Ad Leg. Aquili. l. Si quis domum. ff. Locat. l. Qui tabul. §. Inde potest ff. De furt.

III Cum impugnatur electio uel matrimonium, ne dilatio sit nociua, non expectatur lites contestatio ad producendos testes. d. c. Quoniam frequenter. §. Porro.

IIII Cum de crimine inquiri aduersus absentē. Eod. c. Quoniam frequenter. §. Sunt & alij.

V Actore contumace, potest reus conuentus lite non contestata testes producere. Aucl. Qui semel. C. Quomod. & quand. Iudex. Quia non est in eius potestate, sicut actoris, quando conueniatur. l. Petendæ. C. De tempo. in integ. restitution.

VI Vbicunq; iudicis officio aliquid expeditur, ut restitutio in integrum. l. j. Et Aucl. Si omnes. C. Si mi. ab hæredi, se abstine. l. In causæ. j. §. Causa autem. ff. De minori.

VII In causa finium regundorum. l. iij. C. fini. regundo.

VIII Vbi uertitur publicum detrimentum, argu. l. Ne diu. C. De pœn. Ibi enim loquitur de perfido officiali seu apparitore, qui scelera habeat uenalia, destituendo celerrimè.

IX In causa appellationis. l. ulti. §. Illud etiam. C. De tempo. appella. Quia (inquit) hoc speciale priuilegium eius est qui appellationi examinandæ præsidet, posse ex una parte causam dirimere.

X Cum alicui decernitur à Iudice terminus ad agendum, ut exinde non audiantur, post elapsum tempus secundum unam partem, lite non contestata, restit admittuntur testes. l. Si ea

Y ; que

quæ .C. De his qui accusa. nō poss. l. ult. C. De usur. pupillari. l. Diffamari, C. De ingenuis manumiss.

XI In omnibus exceptionibus dilatorijs, ante litem contestatā admittuntur testes, quia eo tempore solent discuti. Simili modo in his peremptorijs, quæ antè & post litiscōtestationē opponi possunt, si fortè causa dirimendarum litium statim obijciantur, possunt & testes produci ante contestationem. c. j. De litiscōtesta. lib. VI. l. j. Et .l. Si se non obtulit. §. Condemnatum. ff. De re iudicat. l. j. §. ulti. ff. Ad Senatusc. Tertulia. Quod ait senatus quæ Iudicata, transacta, finitaue sunt, rata maneat, ita intelligendum est: Vt iudicata debeamus accipere ab eo cui iudicandi ius fuerit. Transacta, scilicet bona fide ut ualeat transactio finita, uel consensu uel longo silentio sopita. His adde exceptionem præscriptionis, Iurisiurandi, solutionis, acceptilationis, & ceteras id genus, quibus ostenditur actorem nullum planè ius habere persequendi. Idèò quoq; cum antè, tum post litē contestatam admittuntur, ac per testes probantur. Bar. in .l. Post rem iudicatam. ff. De re iudicat. l. Nā & postea, in princi. ff. De iureiuran. l. Eleganter. §. Si quis post. ff. De conditio. indebit. Palam enim iniquum est, si ne ullo iure quenpiam experiri in iudicio. l. Quoties. §. Item si temporali. ff. De adminif. tutor. l. Si quid. §. Illud. ff. De petitio. hæredi. hæc est communior & æquior præceptorum Iuris sententia, nequicquam reclamante Ioan. Andre. cum Specula.

XII Vbicunq; non exigitur libellus, & cognitio causæ ex scripto solenniter: Ibi antè litē contestatam quoq; admittuntur testes. Spec. in Tit. De teste. §. Nunc tractamus quandò, uersic. Trigesimo sexto. In omnibus emergentibus

Hæc uera sunt in ciuilibus litibus; in criminalibus autem causis, quarum cognitionē exactiorem esse oportet, non admittendi sunt testes, nisi lite contestata. l. ult. C. De probationi. Tractatur in .d. c. Quoniam frequenter, in princi.

Est quoq; alia regula. Quòd publicatis testiū dictis, non admittunt alij testes, ne subornentur qui ueritatem testimoniōrū euertant, hoc est, aut addant aliquid quod priores testes non dixerunt, aut immutent. §. Quia uerò multi, In Auc. De testib. collati. VII. c. fraternitatis. Eod. tit. Sic etiam ubi renuntiatum est productioni testiū, nemo amplius admittitur, siue iā aliquos siue nullos testes produxerit cū renuntiaret. c. Cum uenisset. d. tit. Auc. Iubemus. C. De iudici. Et ibi Bar. Multò magis cum in causa conclusum est, dicente Specular: in tit. De teste. §. Satis utiliter, uersic. Hoc etiam nota. Instrumenta autè usque ad conclusionē in causa recipiuntur. c. Cum dilectus. De. fid. instru.

E X C I P E.

I In causis appellationum etiam post publicationem, alij testes admittuntur. l. Eos. §. Si quid autem. C. de appellati. l. Per hanc. C. de tempori. appellati. c. Cum Ioannes. Dict. tit. De fid. instru. Ibi: Quod & si nouum esset capitulum, pendeat tamē ex ueteri.

II Exceptiones peremptoriæ. possunt publicatis testibus, proponi & probari, nō solū instrumentis, uerum etiam testimonijs. Est enim nouus articulus. l. Siquidem. C. de exceptioni. l. Peremptorias. C. Sententi. rescin. non poss. Vnde is qui ante apertas testificationes maluerit peremptoriæ exceptionis probandæ laboribus se inuoluere, audiendus quidem, sed stultus censetur, glos. in. c. De testibus, Eo. tit. De testib.

III Inter alias personas, Et cum est diuersus modus agendi: Item, super nouis articulis, recipiuntur denuo post publicationē testes. c. Præsentata Eo. tit. l. ulti. C. Eod. tit. Et .l. penul. in fi. C. De arbitr. c. Cum in tua. Et. c. Fraternitatis, dict. tit. De testi.

III Si obscura dixerint testes, possunt apertis testimonijs à iudice interrogari ut se declarent: sed hoc petere quasi suo iure litigatoribus non licet, argu. l. Repeti. ff. De quæstio. l. Vbicunque. ff. De interroga. actioni. Putat etiam Specular. in hoc consuetudinē utriusq; à iure dissonam, respici in tit. De teste. §. Satis utiliter. Versic. Quid ergo si peto. c. Cum clamor. De testi.

V Si testes de aliquibus articulis, interrogati non fuerint, uel incuria, uel dolo Iudicis, ne præsumitur

præsumitur, tunc non obstat aperta esse testimonia, quin possint litigatores & productores petere testes denuo interrogari. c. Per tuas. De testi. Speculat. in tit. De teste. §. Nunc uidentur, in fi.

VI Ad probandam absentiam eo tempore, quo aliquid factum esse dicitur. c. Ex tenore. Eo. tit. l. Optimam, in fi. C. De contra. & commit. stipu.

VII Ad probandam falsitatem testium, etiam post sententiam, nedum publicatione, testes admittuntur. c. Licet de probationi. c. Sicut. Et. c. Series, ubi notatur. De testib.

VIII Si pars uolens producere testes nondum didicerit testificata, quanquam sint publicata, & forte aduersarius ea uiderit, se incio aut inuito, ut notatur in. c. Constitutis. post glos. per Ioan. Andre. quem sequitur Pet. de Auchara. in consili. CCXXIII. Incipi. Ad euentiam præmitto. Speculat. in. d. tit. De teste. §. Satis utiliter, uersic. Quod autem dixi. Nam & cum Iudex indiscretè aperit dicta testium, non nocet litigatoribus producturis alios testes, dicente ibidem Specula.

IX Cum testes ad æternam rei memoriã examinati & publicati sunt, secundum formam supra tractatam, tunc alij nihilo minus testes, si ad litem peruentum fuerit, produci possunt. Specul. in dict. loco, uersic. XVII. Si testes.

X Post publicationem testes reprobatorij admittuntur. c. Licet dilectus. De testi. Speculat. ibidem, uersic. XVIII. Si princeps. Qui dicit etiam principe rescribente hoc recte fieri, scilicet quod publicatis testimonijs alij nihilominus testes recipiantur. Vocant autem testes reprobatorios, quibus cum res aliter ostendunt, consequens est reprobari priores testes. Quod sicut ab aduersario conuenio excipiendo: Ita rursus ab actore replicando fieri potest, & tunc uulgò dicuntur reprobatorij reprobationum. Tam magno studio legislatores curarunt, ut ueritas adamussim ostendi posset, nulloque subterfugio confunderetur.

D E P E R S O N I S T E S T I V M.

Vulgatissima regula est. Omnes testes admitti, non solum in pecuniarijs litibus, uerum etiam in criminalibus causis, quibus non interdicitur testimonium. Archa dius in. l. j. in princi. ff. De testi. Videndum ergo est de his qui non admittuntur, ut simul intelligamus illos qui in testificationibus suis eleuari non possunt, die men nicht moeghe updriuen, utpote, omni exceptione maiores, ut nunc loquimur, argu. l. j. in princi. ff. De his qui sunt sui uel alie, iur.

I Parentes utriusque sexus, non sunt idonei testes in causis liberorum, neque contra, liberi in controuersijs parentum. Idque in infinitum per omnes gradus ascendentes ac descendentes. Nec refert utrum in potestate, an uero emancipati sint liberi. Paulus in. l. Testis idoneus. ff. De testi. Et l. Parentes. C. Eod. tit. Quo loci Bar. & alij cum Accursio, idem sentiunt de parentibus & liberis naturalibus tantum. Imò & Spurius damnati coitus, adnumerat Ioan. Andre. apud Specula. in tit. De teste. §. j. Versic. Item, quod est parens. Quia omnium par affectus est, natura cogente. §. ulti. In Auct. Quib. mod. natura effici. sui: argu. l. Quique, in fi. Et. l. Parentes. ff. De in ius uocan. Verum in alieno negotio uel testamento, parentes & liberi testes fieri possunt. Quoniam nihil nocet ex una domo seu familia, plures testes adhiberi. Ulpianus in. l. Pater & filius. ff. de testi. Præterea, parentes inter liberos eiusdem gradus, recte dant testimonium, quia par inter utrosque affectionis causa, omnem suspicionem fraudis tollit. l. Non solum. §. j. ff. De rit. nupti. Vbi Bar. de cæteris quoque cognatis idem ius asserit, argu. l. Extraneo quoque. §. j. ff. De quæstio. Cum enim (inquit Papinianus) in socium cædis, socius postularetur, de communi seruo habendam quæstionem rescripsit. l. Hoc quod placet. C. Eod. tit.

Denique, cum de ætate aut cognationis gradu queritur, fortè propter matrimonij uires, uel ob aliam liberorum causam, parentes tanquam in magna probationis angustia, audiendi quidem sunt, quos uerisimile est ista non ignorare, sed non plena testium fide, uerum ut

Iudex anfam inde arripiat perquirendæ ueritatis .l. Etiam . ff. De proba. Etiam matris (inquit Herēnius) professio filiorum recipitur . Sed & auix recipienda est . Scæuola tamen respondit, ueritati locum super fore. Bar. in .d.l. parentes.

II Fratres & reliqui cognati ex latere, non prohibentur in causis fratrum & cognatorū suorū pecuniarijs, testimonium dicere. Nisi obstet ratio domesticæ cohabitationis, aut profusæ beneuolentię. Bar. in Ead. l. Parentes Bal. in .l. Quin liberi . C. De testib. Et quanquam iuxtā prædictam regulam cognati nulla Lege prohibiti, rectè admittantur, non tantam tamen fidem faciunt iudici, quantam extraneus testis faceret, ut notat Bar. in .l. Qui testamento .l. Quęcunque . ff. De testament.

In criminalibus uerò causis, cognati usque ad tertium gradum non admittuntur, cū propter suspicionem affectus, tum ne in propria causa uideantur admitti, quandoquidem iniuria, censetur cognatorum communis. l. Lege Cornelia . ff. De iniuri. Tractat Bar. secundum Accursium in . d . l. Parentes. Existimans idem ius esse de causa status, ac alijs grauioribus pecuniarijs litibus, quæ criminalibus in hoc æquiparantur.

III Maritus pro uxore, aut uxor pro marito non testificatur. Primum ideo quod cēsentur una caro, ut quos deus coniunxerit. Deinde, quod inter domesticos numerantur, utētes rerum omnium communione & mutua reuerētia .l. j. ff. Rer. amota. l. Aduersus. C. De crimi. expila. hæredi. 33. q. v. Est ordo. Bar. in. l. ij. C. De testib. Spec. addit, etiam consensū aduersarij ut producat uxor in iudicio, nihil agere, in tit. De teste . § . j. uersic. Quid si aduersarius

III Socer, hoc est, pater mariti, in causis eius: Contrā, gener, id est, maritus filię, in cōtro uersijs foceri, repelluntur, altero parentis, altero filij locum obtinente . l . Quia parentis . ff. Solut. matri. Bar. in .d.l. Parentes.

V Domestici non sunt admittendi ad fidem testimonij pro eo de cuius domo producuntur. Paulus in .l. penulti. ff. De testi. l. ij. C. Eod. tit. Domestici autem intelligēdi sunt omnes qui in eadem domo cohabitant, iuxtā .l. Respiciendum. § . furta . ff. De pcen. Nam domestica (inquit) furta uocant, quę serui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij apud quos degunt, surripiūt Et .l. Si quis. C. De his qui accu. nō poss. Si quis (inquit) ex familiaribus, uel ex seruis cuiuslibet domus.

Cæterum, ubi ex probata domesticorum constantia & simplicitate, cessat suspicio, nec sunt aliæ probationes, audiendos eos esse existimat. Bar. in. d. l. ij. Quoniam plerunq; res domi gestæ, per alienos nō faciliter doceri possunt. l. Consensu. § . Super plagis. C. De repudi.

Vt autem domestici reputentur, æstimandum est tempus ferendi testimonij. Tunc enim si reuera non sint in domo producentis, etiamsi tempore gesti negocij fuerint, non est cur repellantur. Et contra si tunc in domo eius habitent, cum haud ita pridem alibi habitassent, uti que inter domesticos numerandi sunt. l. j. § . Item Nummio. ff. De quæstioni. l. Notionem, in fi. ff. De uerbo. signifi.

Quod tamen uerum est, nisi opera producentis mutata sit conditio domestici, fortè tantisper donec testimonium dixerit. Nam huiusmodi simulata mutatio, quā nōnulli pro cautela suggerunt, nihil prodest. Simulatio autem probari potest ex coniecturis, maximè, si lato testimonio ad priorem cōditionem mox redeat .l. Si uentri, in fi. ff. De priuile. credito. l. Petens . C. De pact. . argu. l. diuortium. ff. De diuorti. Si in breui (inquit) reuersa est uxor, nec diuertisse uidetur .l. Plerique . ff. De rit. nupti. l. uir mulieri . ff. De donati. inter uir. & uxor. Sic seruo ad hoc manumisso, ne torqueatur, non prodest manumissio. l. j. § . Si seruus . ff. De quæstioni. Eadem ratione, Si quis curauerit ac subornauerit accusatorē, qui testes aduersarij de eodem delicto reos agens, uelut participes criminis suspectos faceret iudici, meritò perdit hanc fraudis operam. d. l. j. § . Cum quis latrones. Neque enim (inquit Vlpianus) inualidum argumentum haberi mendati debet siue calumniæ in te instructę. Itē, Si quis testes ab aduersa parte producendos, sine ulla causa ad rixā & uerbera prouocet, ut sic inimicitix exceptionem eis opponat, aut alijs id genus calumnijs utatur, nihil agit, Bar. in. d.

In. d. §. Cum quis latrones. Bal. in. l. Sed & si quis. §. Illud sciendū argu. in. l. Filia meæ. ff. Solu. matri. Auçt. Si testis. C. De. testib. argu. in. l. ij. §. Sed si agant. ff. De Iudici. Aut erit (inquit Vlpianus) in potestate cuiusq; pulsando, eos subijcere ipsos iurisdictioni dū se iudicāt.

VI Amicitia admodum propensa inter testem & producentem, uel inimicitia inter aduersarium & testem capitalis, plerunq; non sinit testimonium fide dignū censi. Vnde Callistratus in. l. ij. in princi. ff. De testi. Vel an ei (inquit) inimicus sit, aduersus quem testimonium fert, uel amicus ei sit pro quo testimonium dat.

Sicut igitur amicitia diuersos gradus habet usq; ad specialem quendam & uehementissimum affectum, qui suspectus esse potest, ut interius communis illa charitatis familiaritas, quam homo homini debet natura, commendat unumquemq; & ostendat bonū uirum esse, tantum abest ut detrahat fidei testimoniorum, ita ex diuerso: Inimicitia, aliās grauior & capitalis, aliās leuior & minus acerba solet incidere. Quæ omnia solers Iudex ex bono & æquo qualia sint, censendo magis, quàm disputando debet æstimare. Bar. in. l. Eos. C. De testib. Et in Auçt. Si testis. Ibidem. Quo in loco grauem inimicitiam diffinit, non tantum si accusatio criminalis inter partem & testem ueretur, uerum etiam si bonorum uel omnium, uel maioris partis controuersia incidat, aut etiam status, quorum nomine nihilominus quàm capitū discrimine affici solemus. Item, iniuria quæ re infertur, ut si quæ domo expellam, grauem inimicitiam parit. Sicut etiam contumelia uerborum, per quam fama læditur. l. Si inimicitia. ff. De his quib. ut indig. Sed & si (inquit) palam & aperte testatori maledixerit & infastas uoces aduersus eum iactauerit. Item, is qui inimicis meis continue adest & conuersatur, mihi quoq; grauior censetur inimicus. c. Repellantur. Et. c. Cum oporteat. De accusatio. l. Liberi, in fi. C. De inofficio. testamen.

Quocirca allegās amicitiam uel inimicitiam aduersus testem, adijcere debet qualitatem eius & circumstantias, ex quibus Iudex intelligere possit ac statuere, quatenus locum habere debeat exceptio. l. j. §. Præterea. ff. De quæstioni. Præterea (inquit Vlpianus) inimicorum quæstioni fides haberi non debet. Nec tamen sub prætextu inimiciarum, detrahenda erit fides quæstioni, sed causa cognita habenda fides, aut non habenda. Similiter in. l. ij. in fi. ff. De admē. lega. distinguit inter grauissimas inimicitias & leuē offensam, quatenus ad reuocanda legata attinet. Adde. l. Athletæ. §. Dat remissionem. Et. §. Amplius. l. Propter litē, in princi. ff. De excusa. tuto. §. Inimicitia. Instit. Eod. tit.

Vbi uero probatum fuerit inimicitiam semel incidisse, non præsumitur secuta reconciliatio, malitia carnis semper aduersante, nisi fuerit probata, teste Innocentio in. d. c. Cum oporteat, argu. l. In ipsius. C. Famili. eriscū. Bal. in. d. Auçt. Si testis. Accursius in. §. Si uero quis dicat. in Auçt. De testib. tradit, testes odio ac simultatibus affectos adeo non admitti, ut ne quidem iudicium faciant ad torturam. Egregium exemplum est de testibus ex concepto odio aduersus Susannam lasciuientib. & quo exitu cesserint illis falsa testimonia,

VII Subditi producentis, suspecti testes sunt, animo eorum ne ueritatē proferant, metu occupato. Idonei nō uidentur esse testes, quibus imperari potest ut testes fiant, dicit Iulianus in. l. Idonei. ff. De testib. Et imperator in. l. Eos. C. Eod. tit. Vult eos testes ad iuuandam ueritatem adhiberi, qui omni gratiæ & potentatui fidē religioni iudiciariæ debitā, possint præponere. Hæc autem si in uniuersum accipiamus de omnibus subditis, futurū fuerit plerisque Magistratus in tota ditione sua non inuenturos idoneos testes. Vnde Bar. in. d. l. Idonei secundum Accursium, distinguendo sic tēperat rem. Aut constat palam Magistratum esse talem, qui libenter admissurus sit quod testis ueritatē profiteatur. Similiter & testē reputari bonū uirū, ut qui uerisimiliter nolit superiorum gratia mentiri. Et tunc nihil uetari admitti subditū, cessante causa suspicionis. Aut in confesso est Magistratū tyrannicis moribus esse præditum, quæ credendum est iniquè laturū ueritatis testimoniū. Quo casu nō audietur subditus, haud dubie metu potestatis concussus, præsertim si homo sit tenuioris fortis. l. Fulcinius. §. Quid sit autem. ff. Quib. ex caus. in possideat. Potest enim (inquit) quis latitare non turpi de caus

causa, ueluti, qui tyranni crudelitatem timet. l. j. in princi. C. Si rect. pronunti. Aut denique sub dubio est, qualis sit Magistratus, qualis item testis. Et tunc tutius est, testem non admitti, iuxta supradictam iuris regulam.

Vasallus autem utrum in causa domini testis admittatur, Specula. in tit. De teste. §. j. Ver sic. Sed nunquid uasallus. More suo uarie tractat. Verius est, quod ex qualitate personarum secundum superiorem distinctionē, hanc quoq; speciem metiamur. Quod & Ioannes Andrea ibi annotauit. Semper tamē, ubi uasallus in causa domini testimoniū dicturus est, oportet ei iuramentum fidelitatis, quatenus ad testificationem attinet, a domino remitti, sicut & alijs subditis speciali iureiurando constrictis. De ciuibus autem uel subditis cuiusque uniuersitatis, communis sententia hæc est. Si res litigiosa principaliter spectat ad uniuersitatē, honore, dominio, usu, aut alio quouis commodo, singuli censentur idonei testes, quū non ipsorum, sed uniuersitatis res est. l. in tantū. §. uniuersitatis. ff. De rer. diuisi. l. Sed si hoc. §. Qui manumittitur. ff. De in ius uocand. ubi Bar. notat. Sin autem commodum rei cuius fuerit controuersia, redit immediate ad mēbra uniuersitatis, suspicio nascitur in eorum testimonijs. Quin præterquam quod subditi sunt, uidentur etiam quodammodo in re propria testimonium dixisse. l. Nullus. ff. De testib. l. Omnibus. C. Eod. tit. Exempla sunt in l. Ciuitatibus, in princi. ff. De legat. l. Ciuitatibus (inquit) legari potest quod ad honorem ornatum que Ciuitatis pertinet. Ad ornatum, puta quod ad instruendum forum, theatrum, stadium legatum fuerit. Ad honorem, puta quod ad munus edendum, uenationem, uel ludos scenicos, ludos Circenses, relictum fuerit. Aut quod ad diuisionem singulorum ciuium, uel epulum relictum fuerit: hoc amplius, quod in alimenta ætatis infirmæ, puta senioribus, uel pueris puellisque relictum fuerit, ad honorem Ciuitatis pertinere respondetur. Nostri exemplū asserre solēt de prato litigioso, in quo ciuibus q̄q; pecus suū pascere liccat.

VIII Socius, aut particeps criminis, neque pro socio neque aduersus sociū fidem habet. l. Enim. C. De testib. Si socij (inquit) & participes criminis non dicantur. l. Si filium. C. De libera. caus. l. Repeti. ff. De quæstioni. Is qui de se confessus est (inquit Modestinus) in caput aliorum non torquebitur. l. Viro. l. Cum mulier. ff. solut. matri. l. Si quemquam. C. De Episc. et cleric. Nonnunquam tamen in magnis sceleribus socius criminis de socio interrogatur, non ad iustam probationem, sed ad inquirendam ueritatem. l. In crimine lesæ Maiestatis. c. j. de confess. II. In Symonia, hodie frequentissima. De testib. c. j. lib. 6. III. in la trocinio. l. Prouinciarū. C. De feri. l. Diuus Adrianus. ff. De custodi. reor. IIII. Ob falsam monetam. l. j. in princi. C. De fals. monet. v. In delictis seruorum. l. ulti. ff. Ad exhibē. VI. In ueneficijs & magicis artibus. l. ulti. C. De malef. & mathe. l. j. C. De custodi. reor.

Socij autem ciuiliū negotiorum, quemadmodum & illi quorum res litigiosa communis est sine societate, alter pro altero testimonium dicere non possunt. Bar. in .d. l. Quoniā reiecta distinctione Accursij. Nam utriusq; eadem est causa defensionis, siue omnium bonorum, siue rei duntaxat litigiosæ, diuiduæ uel indiuiduæ socij fuerint, per. l. Si separatim, in fi. ff. De appellatio. Quod est rescriptum (inquit) in cōmuni causa quoties alter appellat, alter non, alterius uictoriam etiam ei proficere qui nō prouocauerit, ita demū probādū est si una eademque causa fuerit defensionis. Et. l. j. C. Si unus ex pluri. appella.

IX Infames, iure optimo repelluntur, quales describuntur in Tit. ff. De his qui notantur infami. Quia cum ferre testimonium ueritati, sit publicum munus maximè reuerendum, ut supra dictum est, non nisi bonos uiros & integræ famæ admitti decet. Accipienda autē est infamia, quæ per legitimam iudicis sententiam nulla appellatione suspensam indicta est cōuicto de crimine. l. ij. §. Lege Iulia. ff. De testib. ludicatus (inquit) uel conuictus erit. Si quis igif accusatus fuerit de crimine, aut si cui per exceptionē obiectum sit crimen famosum in iudicio, interim testimonij officiū nō est ei interdicendū. Neq; enim statim reus est, simulq; de crimine quis fuerit accusatus. 15. q. ult. c. ult. Idē, si quis dānatus appellauerit. Quā pendente appellatione nō censet condemnatus, estq; integer status eius. l. ij. §. ulti. ff. de pœn. l. j. ff. Nihil nouan. appel. interpo. l. Furti, in princ. ff. De his qui notantur infama. Sed si furti (inquit Vlpianus) uel alijs famosis actionib. quis cōdemnatus prouocauerit, pendente iudicio nondum inter famosos habetur. Et hæc ita habent in causis pecuniarijs.

In crimi-

In criminalibus uerò iudicijs, accusati uel per exceptionem notati de crimine, pendente eo iudicio testimonium dicere non possunt. Hic enim requiruntur testes omni suspitione carentes. Et negari non potest, grauari quidem & in discrimen ac magnā dubitationem reuocari opinionē seu famā hominis accusati, eamq; nec statim dilui per appellationē interpositam. l. Is qui reus. ff. De public. iudici. ubi Bar. notat.

Vnde cum testi obijcitur crimen, addendæ sunt omnes circumstantiæ eius, sicut in libello accusationis, teste Bar. in. l. iij. §. Lege Iulia. ff. De testi. Alioqui Iudex non posset æstimare qualitatem infamiæ, quam utiq; magna prudentia ex æquo & bono perpendere debet, adeoq; non semper ex præscripto Legis. l. Quæsitum. ff. De testib. Veruntamē (inquit Papinianus) quod Legibus ommissum est, non omittet religione iudicantium, ad quorum officium pertinet eius quoq; testimoniū fidē quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Quasi uero dicat, quanto magis quod homo de crimine suspectus dixerit, perpendendum est?

Illud tenendum est: Quod sicut homo integræ uitæ præsumitur bonus, donec probetur diuersum. c. ulti. De præsumptio. l. Non omnis. §. A barbaris. ff. De re milita. l. Cum pater. §. Rogo. ff. De legat. II. Ita rursus: Qui semel fuit crimine notatus, semper præsumitur malus, iuxta uulgatā regulam. l. Quod si nolit. §. Qui mācipia. ff. De ediliti. edict. l. Capitaliū. §. Solent. ff. De pœn. l. Si cui. §. j. ff. De accusatio. Puto (ait) non facile admittendum eum, qui semel calumniatus sit. Quando igitur mores & uita hominum nonnunquam immutari solent, respiciendum est tempus redditi testimoniū. Nam si testis eo tēpore idoneus, postea fuerit in crimen prolapsus, non nocet producēti. Quod enim rite & secundū Leges ab initio actum est, non debet ex alio euentu resuscitari. l. Sancimus. C. De adminif. tutor. Nec culpandus est producens, quod non diuinauit testē futurū peiorē, argu. l. Si fideiussor. §. Si debitor. ff. Mandat. l. Apud Celsum. §. ulti. ff. De dol. mal. exceptio. Idem est. Si quis tēpore dati testimoniū reputabatur cōmuni opinione idoneus, cū reuera nō esset. §. Testes. Instit. De testamē. l. j. C. Eod. tit. Ioan. notat apud Spec. in tit. De teste. Versic. Quid si post datum testimonium. Refutata distinctione eius.

X Homicidam quoq; censeri indignū ut testimoniū dicat, Spec. recte docet indistincte, in tit. De teste. §. j. Versic. Itē quod est homicida. iij. q. v. Constituimus. Nihil moror annōtatā distinctionē Ioan. Andre. Nam & usurarius, qui bonorum duntaxat aliquid adimit proximo etiam restitutus usuris eleuari potest. l. Improbum. C. De his qui notā. infami. Quāto magis igitur is qui tollit uitam?

XI Infames de facto, hoc est, leuiores & improbatos præditi moribus. Item, ignotis & obscuris, in causa criminali non adhibetur fides. Et si utcunq; deficiēte probatione, recipiendi fuerint, tormentis eos subdi oportet. l. Ob carmen. §. Si ea. ff. De testib. argu. l. Qui ultimo. De pœn. Sæpe etiā (ait) ideo seruari solēt post damnationē, ut ex his in alios quæstio habeatur. In Ciuili autem negotio, audiuntur quidē, sed nō tanta fide quanta reliqui testes integri, Bar. post Accurs. in. l. j. C. De summa trini. & fid. catholi.

XII Impuberes & minores XIII. annis, à testimonio arcētur tam Ciuilisq; criminalis controuersia. l. Qui testamento, in princi. ff. De testamen. Et. §. Testes autē. Instit. Eod. tit. Immatura enim ea ætas est ad ferendum testimoniū. Idq; Callistratus sentiens. Quidā (inquit) propter lubricum consilij sui. In. l. iij. §. Lege Iulia. ff. De testib. Ad hæc, nullus testis sine iuramento admittitur. l. Solam. C. Eod. tit. Sed impubes iurare non potest. l. Qui iurasse, in prin. De iureiuran. l. Videamus, in princi. ff. De in lit. iuran. xxii. q. v. c. Paruuli. Et. c. Pueri. Ergo.

Cum tamen ad pubertatē peruenerint legitimæ iam ætatis, possunt testificari de his quæ uiderūt pueri & impuberes, præsertim proximiores pubertati scilicet attingētes annū ætatis decimū. Hoc em̄ nulla Lex eis interdicit, iuxta regulam. l. j. Et. l. Ex eo. ff. De testib. Et Specula. in tit. De teste. §. j. Versic. Sed nunquid factus pubes. Dicit ita cōmuniter sentire iuris præceptores. Quod tamen Ioānes Andre. ibi recte putat accipiendum esse de illis rebus & negotijs, quæ capti puerorum & impuberum uerisimiliter possunt percipi. Alioqui cessare. Specula. sententiam, exemplo. l. j. §. Impuberes. l. De fal. monet. Vbi loquens de do-
mo in

causa, ueluti, qui tyranni crudelitatem timet. l. j. in princi. C. Si rect. pronunti. Aut denique sub dubio est, qualis sit Magistratus, qualis item testis. Et tunc tutius est, testem non admitti, iuxta supradictam iuris regulam.

Vasallus autem utrum in causa domini testis admittatur, Specula. in tit. De teste. §. j. Ver sic. Sed nunquid uasallus. More suo uarie tractat. Verius est, quod ex qualitate personarum secundum superiorem distinctionē, hanc quoq; speciem metiamur. Quod & Ioannes Andrez. ibi annotauit. Semper tamē, ubi uasallus in causa domini testimoniū dicturus est, oportet ei iuramentum fidelitatis, quatenus ad testificationem attinet, a domino remitti, sicut & alijs subditis speciali iureiurando constrictis. De ciuibus autem uel subditis cuiusque uniuersitatis, communis sententia hæc est. Si res litigiosa principaliter spectat ad uniuersitatē, honore, dominio, usu, aut alio quouis commodo, singuli censentur idonei testes, quū non ipsorum, sed uniuersitatis res est. l. in tantū. §. uniuersitatis. ff. De rer. diuisi. .l. Sed si hoc. §. Qui manumittitur. ff. De in ius uocand. ubi Bar. notat. Si autem commodum rei cuius fuerit controuersia, redit immediate ad mēbra uniuersitatis, suspicio nascitur in eorum testimonijs. Quin præterquam quod subditi sunt, uidentur etiam quodammodo in re propria testimonium dixisse. l. Nullus. ff. De testib. .l. Omnibus. C. Eod. tit. Exempla sunt in .l. Ciuitatibus, in princi. ff. De legat. l. Ciuitatibus (inquit) legari potest quod ad honorem ornatum que Ciuitatis pertinet. Ad ornatū, puta quod ad instruendum forum, theatrum, stadium legatum fuerit. Ad honorem, puta quod ad munus edendum, uenationem, uel ludos scenicos, ludos Circenses, relictum fuerit. Aut quod ad diuisionem singulorum ciuium, uel epulum relictum fuerit: hoc amplius, quod in alimenta ætatis infirmæ, puta senioribus, uel pueris puellisque relictum fuerit, ad honorem Ciuitatis pertinere respondetur. Nostri exemplū asserre solēt de prato litigioso, in quo ciuibus q̄q; pecus suū pascere liccat.

VIII Socius, aut particeps criminis, neque pro sotio neque aduersus sotiū fidem habet. l. Enim. C. De testib. Si socij (inquit) & participes criminis non dicantur. l. Si filium. C. De libera. caus. .l. Repeti. ff. De quæstioni. Is qui de se confessus est (inquit Modestinus) in caput aliorum non torquebitur. l. Viro. l. Cum mulier. ff. solut. matri, .l. Si quemquam. C. De Episc. et cleric. Nonnunquam tamen in magnis sceleribus sotiis criminis de sotio interrogatur, non ad iustam probationem, sed ad inquirendam ueritatem. I. In crimine lesæ Maiestatis. c. j. de confess. II. In Symonia, hodie frequentissima. De testib. c. j. lib. 6. III. In la trocinio. l. Prouinciarij. C. De feri. .l. Diuus Adrianus. ff. De custodi. reor. IIII. Ob falsam monetam. l. j. in princi. C. De fals. monet. v. In delictis seruorum. l. ulti. ff. Ad exhibē. VI. In ueneficijs & magicis artibus. l. ulti. C. De malef. & mathe. l. j. C. De custodi. reor.

Sotij autem ciuiliū negotiorum, quemadmodum & illi quorum res litigiosa communis est siue sotietate, alter pro altero testimonium dicere non possunt. Bar. in .d. l. Quoniā reiecta distinctione Accursij. Nam utriusq; eadem est causa defensionis, siue omnium bonorum, siue rei duntaxat litigiosæ, diuiduæ uel indiuiduæ sotij fuerint, per .l. Si separatim, in fi. ff. De appellatio. Quod est rescriptum (inquit) in cōmuni causa quoties alter appellat, alter non, alterius uictoriam etiam ei proficere qui nō prouocauerit, ita demū probādū est si una eademque causa fuerit defensionis. Et. l. j. C. Si unus ex pluri. appella.

IX Infames, iure optimo repelluntur, quales describuntur in Tit. ff. De his qui notan. infami. Quia cum ferre testimonium ueritati, sit publicum munus maximè reuerendum, ut supra dictum est, non nisi bonos uiros & integræ famæ admitti decet. Accipienda autē est infamia, quæ per legitimam iudicis sententiam nulla appellatione suspensam indicta est cōuicto de crimine. l. in j. §. Lege Iulia. ff. De testib. ludicatus (inquit) uel conuictus erit. Si quis igit accusatus fuerit de crimine, aut si cui per exceptionē obiectum sit crimen famosum in iudicio, interim testimonij officium nō est ei interdicendū. Neq; enim statim reus est, simulatq; de crimine quis fuerit accusatus. 15. q. ult. c. ult. Idē, si quis dānatus appellauerit. Quā pendente appellatione nō censet condemnatus, estq; integer status eius. l. ij. §. ulti. ff. de pœn. l. j. ff. Nihil nouan. appel. interpo. l. Furti, in princ. ff. De his qui notā. infam. Sed si furti (inquit Vlpianus) uel alijs famosis actionib. quis cōdemnatus prouocauerit, pendente iudicio nondum inter famosos habetur. Et hæc ita habent in causis pecuniarijs.

In crimi-

In criminalibus uerò iudicijs, accusati uel per exceptionem notati de crimine, pendente eo iudicio testimonium dicere non possunt. Hic enim requiruntur testes omni suspitione carentes. Et negari non potest, grauari quidem & in discrimen ac magnā dubitationem reuocari opinionē seu famā hominis accusati, eamq; nec statim dilui per appellationē interpositam. l. Is qui reus. ff. De public. iudici. ubi Bar. notat.

Vnde cum testi obijcitur crimen, addendæ sunt omnes circumstantiæ eius, sicut in libello accusationis, teste Bar. in. l. ij. §. Lege Iulia. ff. De testi. Alioqui Iudex non possit æstimare qualitatem infamiæ, quam utiq; magna prudentia ex æquo & bono perpendere debet, adeoq; non semper ex præscripto Legis. l. Quæsitum. ff. De testib. Veruntamē (inquit Papinianus) quod Legibus omissum est, non omittet religione iudicantium, ad quorum officium pertinet eius quoq; testimoniū fidē quod integræ frontis homo dixerit, perpendere. Quasi uero dicat, quanto magis quod homo de crimine suspectus dixerit, perpendendum est?

Illud tenendum est: Quod sicut homo integræ uitæ præsumitur bonus, donec probetur diuersum. c. ulti. De præsumptio. l. Non omnis. §. A barbaris. ff. De re milita. l. Cum pater. §. Rogo. ff. De legat. II. Ita rursus: Qui semel fuit crimine notatus, semper præsumitur malus, iuxta uulgatā regulam. l. Quod si nolit. §. Qui mācipia. ff. De ediliti. edict. l. Capitaliū. §. Solent. ff. De pœn. l. Si cui. §. j. ff. De accusatio. Puto (ait) non facile admittendum eum, qui semel calumniatus sit. Quando igitur mores & uita hominum nonnunquam immutari solent, respiciendum est tempus redditi testimoniū. Nam si testis eo tēpore idoneus, postea fuerit in crimen prolapsus, non nocet producēti. Quod enim rite & secundū Leges ab initio actum est, non debet ex alio euentu resuscitari. l. Sancimus. C. De adminif. tutor. Nec culpandus est producens, quod non diuinauit testē futurū peiorē, argu. l. Si fideiussor. §. Si debitor. ff. Mandat. l. Apud Celsum. §. ulti. ff. De dol. mal. exceptio. Idem est. Si quis tēpore dati testimoniū reputabatur cōmuni opinione idoneus, cū reuera nō esset. §. Testes. Instit. De testamē. l. j. C. Eod. tit. Ioan. notat apud Spec. in tit. De teste. Versic. Quid si post datum testimonium. Refutata distinctione eius.

X Homicidam quoq; censerī indignū ut testimonium dicat, Spec. recte docet indistincte, in tit. De teste. §. j. Versic. Itē quod est homicida. ij. q. v. Constituimus. Nihil moror anno tatā distinctionē Ioan. Andre. Nam & usurarius, qui bonorum duntaxat aliquid adimit proximo etiam restitutus usuris eleuari potest. l. Improbum. C. De his qui notā. infami. Quāto magis igitur is qui tollit uitam?

XI Infames de facto, hoc est, leuioribus & improbatis præditi moribus. Item, ignotis & obscuris, in causa criminali non adhibetur fides. Et si utcunq; deficiēte probatione, recipiendi fuerint, tormentis eos subdi oportet. l. Ob carmen. §. Si ea. ff. De testib. argu. l. Qui ultimo. De pœn. Sæpe etiā (ait) ideo seruari solēt post damnationē, ut ex his in alios quæstio habeatur. In Ciuili autem negotio, audiuntur quidē, sed nō tanta fide quanta reliqui testes integri, Bar. post Accurs. in. l. j. C. De summa trini. & fid. catholi.

XII Impuberes & minores XIII. annis, à testimonio arcētur tam Ciuilisq; criminalis controuersia. l. Qui testamento, in princi. ff. De testamen. Et. §. Testes autē. Instit. Eod. tit. Immatura enim ea ætas est ad ferendum testimonium. Idq; Callistratus sentiens. Quidā (inquit) propter lubricum consilij sui. In. l. ij. §. Lege Iulia. ff. De testib. Ad hæc, nullus testis sine iuramento admittitur. l. Solam. C. Eod. tit. Sed impubes iurare non potest. l. Qui iurasse, in prin. De iureiuran. l. Videamus, in princi. ff. De in lit. iuran. xxii. q. v. c. Paruuli. Et. c. Pueri. Ergo.

Cum tamen ad pubertatē peruenerint legitimæ iam ætatis, possunt testificari de his quæ uiderūt pueri & impuberes, præsertim proximiores pubertati scilicet attingētes annū ætatis decimū. Hoc em̄ nulla Lex eis interdicit, iuxta regulam. l. j. Et. l. Ex eo. ff. De testib. Et Specula. in tit. De teste. §. j. Versic. Sed nunquid factus pubes. Dicit ita cōmuniter sentire iuris præceptores. Quod tamen Ioānes Andre. ibi recte putat accipiendum esse de illis rebus & negotijs, quæ captu puerorum & impuberum uerisimiliter possunt percipi. Alioqui cessare. Specula. sententiam, exemplo. l. j. §. Impuberes. L. De fal. monet. Vbi loquens de do-
mo in

mo in qua falsa moneta cuditur, publicanda & Fisco applicanda, præter pœnas ipsius falsarii. Impuberes uerò (inquit) si etiam conscij fuerint, nullum sustineant detrimentum. Quia ætas eorum quid uideat, ignorat. l. ulti. ff. De iur. & fact. igno. Impuberes (ait) sine tutore agentes, nihil posse uel scire intelliguntur.

Puberes uero minores tamen XX. annis, in criminalibus causis non recipiuntur testes, Venuleius in. l. In testimoniū. ff. De testib. Sed in pecuniarijs litib. nulla lege sunt prohibiti.

XIII Mulieres in iudicijs criminalibus non possunt dicere testimonium, iure Pontificio; excepta læsa maiestate, in qua generaliter omnes etiam impuberes audiuntur. l. De minore, in princi. ff. De quæstioni. Sunt enim mulieres sexu fragili, & merito suspectæ in seueritate criminum, XXXIII. q. v. Mulierem (ait Ambrosius) constat subiectam dominio uiri esse, & nullam autoritatem habere. Nec docere potest, nec testis esse, nec fidem dare, nec iudicare. In pecuniarijs uerò, uel criminalibus etiam quæ ciuilitè intendunt, mulieres eodem iure testificari possunt. c. Quoniam. Et. c. lam literis. De testib.

Iure autem Ciuili nulla causarum distinctione facta admittuntur, hoc est, tam in nummarijs quàm in criminalibus cognitionibus. l. Ex eo. ff. De testib. Ex eo (Inquit Paulus) quod prohibet Lex Iulia de adulterijs, testimonium dicere condemnatam mulierem, colligitur etiam mulieres testimonium in iudicio dicendi ius habere. Non tamen in testamento. l. Qui testamento. §. Mulier. ff. De testamen. Idem ius est de Hermophrodito, muliebri sexu uirilem superante. l. Quæritur. ff. De stat. homi. l. Repetundarum. ff. De testib. Verum, minor fides dictorum adhibenda est mulieribus, quàm uiris, sicut etiam circa adolescentum & minorum XX. annis testimonia obseruandum fuerit cauto Iudici. Siquidem in multis iuris nostri articulis, deterior est conditio fœminarum, quàm masculorum. l. In multis. ff. De stat. homi.

Cæterum consuetudo propius accedit ad ius Pontificum, quàm Ciuile, non facile admittens mulierem multis in speciebus, nisi uirorum testimonijs non possit apparere ueritas, ut annotatur apud Spec. in tit. De teste. §. j. Verfic. Item, quod est mulier.

XIII Mente capti, propter continuam mentis ægretudinem, nunquã admittuntur. Furiosi uerò tempore intermissi furoris, adhiberi possunt, nec aliàs. l. Cum furiosus. ff. De iudici. l. Qui testamento. §. Nec furiosus. ff. De testamen. Alioqui enim tempore furoris, dormientibus et absentibus comparantur. l. j. §. Adipiscimur. ff. De acqui. posses. l. Ergo. ff. Ex quib. caus. maio.

XV Muti, Surdi, hoc est, qui omnino nihil loqui uel audire possunt, à testimonio dicendo secluduntur. Non autem qui tardius audiunt uel difficulter loquuntur. §. Testes. Instit. De testament. §. Item surdus. Instit. Qui. non est permis. facer. testament. l. Discretis. C. Qui. testament. facer. poss. Neque uerò hæc uitia naturæ, suppleri possunt per scripturam. Quia testimonium in quo multa interim perpendenda sunt, uiua uoce, non scriptura reddi oportet. iij. q. ix. Testes, Et. v. q. ij. Relatum. Accedit quod Adrianus Princeps rescripsit, testibus se non testimonijs crediturum.

De cæcis Specu. nō dubitat quin admittendi sint ferendis testimonijs earum rerū quæ uiderint antè cæcitatem. Itidem et in alijs negotijs quibus cæci interfuerunt, modò eis familiariter notæ sint uoces contrahentium. Tit. de teste. §. j. uerfic. Sed nunquid cæcus. Accur. notat in. §. Si uerò absunt aliqui. in Auct. De hæredi. et falci. ibi. Et uidisse quæ tunc agebantur.

XVI Is cui interdictum est bonis à lege uel à iudice, nullã fidem meretur in alienis negotijs, quando quidem propria fatuè tractat & inconstanter, ut sunt prodigi. Quo argumento ab incuriositate propriarum rerum, ad alienas, utitur etiã Paulus apostolus circa munus episcopatus. Adde. §. Testes. Instit. De testa. l. Is cui. ff. eod. tit.

XVII Impij, uelut Iudæi, Pagani, hæretici, nullum dicunt testimonium, quoniam inter infames iure censentur. l. Quoniam. Et Auct. Gazaros. C. De hæretic. Accur. in. l. j. C. De sum. tri-

sum. trini. & fid. catholic. Verū aduersus eos Christiani, admitti possunt testes. Et ipsi inter sese non repelluntur, ut impiorum causa impios testes habeat. d. l. Quoniam.

XVIII Corrupti testes, precibus, pecunia, aut promissione ut ferant uel non ferant testimonium, nullam faciunt dictorū fidem, etiam si nihil mētiti sint. Ob hoc ipsum enim quod corrupti sunt, interdicitur eis officium dicendi testimoniū, omnibus modis sanctum. l. Si quis testibus. C. De testib. l. ij. ff. De cōfessionibus. j. q. j. Confessionis. Bar. in. l. Si quis testib. ff. De testib. Corruptionem autem non ad unam aut alteram speciem referre oportet, sed generaliter ad omne compendium quod testis sensit, iuxta. l. j. in fi. cum. l. ij. & ij. In princi. ff. De calumnia. Ita tamen, ut liquidis probationibus ostendatur Iudici corruptionis crimen. Verum sumptus ad uitam necessarios, potest testis à producente accipere. c. Statutum. §. penult. De testib. lib. vi. Et. iij. q. ij. Liberi testes.

Huc pertinent testes instructi a litigatoribus, uel procuratore, aut aduocato eorum, quid dicere debeant in testimonio suo. Specula, in. tit. De teste. §. j. Versic. Item, opponitur testis quod recepit à quocunq;. Testis autem corruptus præterquam quod non admittitur ad testimonium, puniendus etiam est à Iudice, una cum corrupente, etiam si effectus falsitatis non sequatur, ut tractatur in. d. l. Si quis testibus, argu. l. ij. ff. De condictione. ob tur. caus. à Iudice ad testem collecta similitudine.

XIX Administratores, Iudices, & assessores, uel arbitri. Item, aduocati, procuratores, tutores, & curatores, dum muneribus suis præsent, palam est nō recte adhiberi testes, propterea, quod diuersis & repugnantibus officijs fungi non possunt. l. Ille à quo. §. Tempestiuū. ff. Ad Senatufcon. Trebellia. l. Si plures. ff. De pact. l. Nemo. C. De assessori. l. Ne in arbitris. §. Sin autem in scriptura. C. De recept. arbit. Vel solius arbitri (inquit) sermones minime esse credendos. Magnum insuper affectum habere creduntur erga causas eorum, quibus præsent, ut uerisimile fuerit eos multa nō dicturos, aut etiā secus quā acciderint dicturos, quorum utrunq; mendacium est.

Expletis uero muneribus & officijs eorum an liceat eis testimoniū dicere in causis, quas olim tractassent, Ioannes Andreę, apud Spec. in tit. De teste. §. j. Versic. Sed nūquid rector, rectissime distinguit. Si in negotio controuerso sit aliquid quod prædictis personis tandem imputandum fuerit, quia in officio suo fecerint aut prætermiserint id quod facere uel prætermittere non debuerant; tunc omnibus modis suspecti, non debeant admitti testes, sicq; intelligendam. l. ulti. ff. De testib. Mandatis cauetur (inquit Archadius) ut Præsides attendant, ne patroni in causa cui patrociniū præstiterint, testimonium dicant. Quod & in executoribus negotiorum obseruandū est. Accur. in. l. Qui testamento, in princi. ff. De testamē. Sin autem nihil omnino periculi uel damni ad eos propter gestum officium pertineat, utcunq; de causa pronunciatum fuerit per Iudicem: Hoc casu cessante suspitione, non sunt arcendi à testimonio, iuxta. l. Deferre. §. Item decreuerunt. ff. De iur. fisc. Cum dicit: Nulla constitutione prohibitum esse procuratorem interrogari.

XX In re uel causa propria, nemo idoneus testis esse potest. l. Nullus. ff. De testi. l. Omnis. C. Eod. tit. Hoc autem latius patet. Nam negocia siue proprio siue communi iure, alijs principaliter ad nos pertinent, de quibus expedita res est, cui enim credatur sibi ipsi testimonium dicenti? alijs per consequentiam ad nos spectant, uelut uenditores rei litigiosæ, aut fideiussores eius, qui de eodem debito conuenitur. Et quandoquidem hic etiam comodum uel detrimentum testis ex euentu litis redundare solet, suspicio affectus facit ut quodammodo propria causa censeatur. Quò pertinet omnes de quibus in præcedente specie diximus, quā causa per consequentiam muneris uel officij gesti ad eos pertinens, propria eorū quodammodo uidetur, ut uel hac ratione non sint admittendi testes in ea. Itaq; uenditor pro emptore, proxeneta uel mediator pro altero contrahente nisi uterq; cōsenserit, donator pro donatario, colonus pro domino, fideiussor pro debitore, testimonium nō dicunt. Accur. in. d. l. Omnibus. Legatarius uero cuius utiq; interest ultimā uoluntatē non perire, cū & legatū intiret, iuxta. l. j. ff. De codicil. rectè tamen adhibetur testis in causa testamentaria, cum fauore

Z ultimæ

ultimæ uoluntatis, tum propter multitudinem septem testium, quæ suspicionem mitigat. *l. Qui testamento. in principi. ff. De testamen.* Qui testamento (inquit) hæres instituitur, in eodem testamento testis esse non potest. Quod et in legatario et in eo qui tutor scriptus est, cōtrā habetur. Semper itaque ad excutiendam testium fidem in causis, quibus aliquando præfuerunt officio, cura, aut sollicitudine, respiciendum est, primum an de eo quod ipsimet egerunt, an de alieno facto producant. Nam proprii facti, uehementer suspecti testes sunt. Deinde, num ullius damni periculum, uel utilitatis argumentum, ex condemnatione aut uictoria producentis, rediturum sit ad testes. Ut ecce Sempronium constituo procuratorē uel nuntium, ad numeranda decem Titio creditori meo. Is negat se recepisse. Vocatus ego in ius ad probationem soluti debiti, produco Sempronium testem, sed minus idoneum. Quia si acceptam pecuniā fortē nō numerasset Titio, utiq; tenebit mihi mādanti. *Bar. in. d. l. Omnibus.*

Semper autem intellige has personas, uel ob gestum officium, uel ob affectum propriæ causæ, non admitti pro eis quibus præfuerunt, uerum aduersus eos produci, nihil uetat, cū etiā generale hoc sit in omnibus penē testium personis, exceptis impijs, famosis & ijs qui ad testimonium dicendum inuiti nō coguntur, ut infra dicemus: teste *Bar. secundū Accur. in d. l. Omnibus. Et. l. ulti. ff. De testib.*

XXI Excommunicati uerbo Dei in Ecclesia: Vel imperiali autoritate, quos bannitos uocant, merito repelluntur, *xxiii. q. i. Miramur.* Extant de imperiali banno multorum Cæsarium nuper æditæ Constitutiones.

Apud Hebræos excommunicati, Apofynagogi dicebantur, quasi synagoga exacti & extorres. Nunc excommunicatos uocamus, quibus sicut humanitatis Ius uicissitudinē officiorum interdicitur. Et sicut, quos maiore execratione mulcandos esse Ecclesiastica autoritas censuit, anathema appellant, ex eo quod in cippis exposita est eorū detestatio & proscripta. Sic rebelles imperatoris censuræ, denuo excommunicari solent banno, ut utar uerbo uulgarī, duplicato, mit der acht und aueracht. Quam pœnam Romani olim interdictionē ignis & aquæ nuncupabant, mutuatam à Græcis, apud quos Draco, cū de cædibus ferret Legem Atheniensibus, statuit hominem homicidam, aqua ablutoria, libationibus, crateribus, sacris, & foro arceri, quo magis terribile pestilensq; scelus uideretur, hominem alterū alterius interemptorē esse. Hæc pœna erat proxima capitis supplicio, cū usus ignis & aquæ interdiceretur, sine quibus nec ortus hominis, nec uitæ progressus constare possit, quare & in nuptijs utebantur, & Scæuola aquæ & ignis solennitatem, pro nuptijs dixit in *l. penulti. ff. De donati. inter uir. & uxor.*

Postea uerò, ut multæ fuerunt & rerū & Legum uicissitudines loco interdictionis ignis & aquæ, successit deportatio, cum quis retenta libertate, Ciuitatē perpetuo exilio amittebat, aduocata ei interim aliqua insula in qua degeret, quæ dicebat media capitis diminutio. *Vlpianus in. l. ij. §. Constat. Martianus in. l. Quidam sunt. ff. De pœn. §. Maiore. Instit. De capit. diminu. Hodie instar interdictionis reductū est, ut supra diximus.*

XXII Motus officio in quo deliquit, suspectus est ne in testimonij quoq; munere debitā fidem fallat. *l. ij. ff. De Senato.* Cassius Longinus (ait Martianus) non putat ei permittendū, qui propter turpitudinem à Senatu motus, nec restitutus est, iudicare uel testimonium dicere. Quia Lex Iulia repetundarū, hæc fieri uetat. *Paulus in. l. Cum Prætor. §. Non autem. ff. De iudici. l. ij. & l. Iudices. C. De dignitati.*

XXIII Testes non rogati in negotio, ut memoriæ cōmendarent ea quæ agerentur, quāquam adessent coram, repelluntur à testimonio in causis quæ specialiter hoc exigūt. *l. Rogandi sunt testes in contractibus ex scripto factis. §. Et licet. In Aucl. De testib. ii. In testamentis faciendis & aperiendis. l. Hac consultissima. in prin. C. De testamen. l. Testium. Et aucl. Rogati. C. De testib. iii. In matrimonio. xxx. q. v. Nostrates. iiii. In diuortio, quod Christianis ex una tantum adulterij causa permittitur. l. Nullum diuortium. ff. De diuorti. v. In solutione eius pecuniæ, quam testator in sacculo consignatā deposuit. l. j. §. Si pecunia in sacculo. ff. Depositi.*

His autē casibus, ei qui dicit testes fuisse rogatos, incumbit probatio. *l. Ab ea parte. ff. De probatiō*

probatio. Alioqui regulariter, ad faciendam fidem rei gestæ, satis est testimoniū eius qui adfuit etiam non rogatus, Caius in. l. Ad fidem. ff. De testib. Vnde, quod à Tabellionibus rogatur testes in quibuscunq; negocijs, extra iuris necessitatē ad cautelam pertinet, minime tñ nequam. Specula. in tit. de teste. §. j. Versic. Sextus si depositarius.

XXIII Verboſi, testes suspecti sunt, iuxta uerissimum prouerbium: Loquacitati raro deesse mendacium. l. ulti. C. De donatio. Quid enim (inquit) uerbis opus est, quæ rerū effectus nullus sequitur? Vani ergo & mendaces præsumuntur, uerboſi homines.

D E D I C T I S . T E S T I V M.



Pincipio: In criminalibus causis, & quæ his similes censentur in magnis pecuniarijs litibus, ut omne periculum falsitatis facilius euitetur, testes apud Iudicem ipsum præsentari debent, & sic testimoniū dicere. Auſt. Apud eloquentissimum. C. De fid. instrumento. Auſt. Ad hæc. C. De Iudici. Et in Auſt. De testib. §. Et quoniam. Quare Adrianus princeps Iunio Rufino Proconsuli Macedoniae, rescriptit, testibus se non testimonijs crediturum. Aliam enim existimabat longèq; maiorem auctoritatem præsentium testium, aliam testimoniorum quæ recitari solent. Quæ crimina (inquiens) obiecerit apud me Alexander Apro, quia non probabat, nec testes producebat, sed testimonijs uti uolebat, quibus apud me locus non est. Nam ipsos interrogare soleo. Rectissime sensit prudentissimus Imperator. Multa enim obseruanda sunt Iudici in persona testis præsentis: ueluti, mutatio uultus in pallorem aut ruborem, titubatio & inconstantia loquendi, trepidatio corporis, & alia huiusmodi: Cum sit difficile, crimen non prodere uultus. Et præclare natura, quæ simulationi sedem in fronte, sermoni in ore dedit, ut conspicuo in loco diu fallere nō possent. Fit enim perraro, frons ut ita sermoni subseruiat, aut uerba fronti conueniant, quin male conscia mens quoquo modo prodatur. Scitum etiam illud aiunt, diu neminem personam ferre posse. Vnde Archadius in. l. de minore. §. Plurimum. ff. De questione. Plurimum quoq; (ait) in excutienda ueritate, etiam uox ipsa & cognitionis subtilis diligentia affert. Ut interim hic animaduertant Magistratus, quàm probe fungant iudicandi munere, & quantam adferant Reipublicæ perniciem: taceo de priuatis litigatorum dispendijs, cum passim in omnibus causis examinationem testium delegant alijs, adeoq; solis tabellionibus omnium rerum ignorantissimis. Nec uero quicquā hunc errorē excusat, quod dicunt omnia testimonia cum suis circumstantijs diligenter describi, idq; satis uideri. Specula. in tit. De teste. §. Nunc tractandum Versic. Hoc autem sciatis quod is. Nam, dic mihi rogo, quibus pennis depinget, aut qua uerborum phrasi assequetur tabellio habitū uultus in teste toties immutatio, quem uix oculis intentis apprhendere possumus. Et uide, quid Spec. dicat in Eod. tit. De teste. Nec iudex (inquiens) hoc officium, in quo tota uis causæ est, notario committat. Videndo enim præsentem testem iudex ex sermone uiuo æstimare potest, non absentem ex scriptis alienis. Quam ob causā Adrianus Iunio Varro Legato Ciliciæ sic rescriptit. Tu magis scire potes, quanta fides habenda sit testibus, l. Curent. ff. De testib. Curēt Magistratus (inquit Venuleius) cuiusque loci testari uolentibus, & seipſos & alios testes uel signatores præbere, quo facilius negotia explicentur & probatio rerum salua sit,

II Testium dictis nulla fides adhibetur, nisi prius aduersario p̄sente iurent se in causa ueritatem dicturos, eorum quæ sciuerint, omnemq; falsitatis calumniam euitaturos. l. Si quāddā, In princi. Et, l. Iurisiurandi. C. De testib. Cuius Iuramenti effectus est, ut eius Religione adigantur testes ad dicendum, quicquid de toto negotio uiderint coram uel audiuerint. Nā pro utraq; parte ueritatē pandere debēt, Auſt. Sed iudex. C. De Episc. & cleric. Et in Auſt. De testi. §. Et quoniam. Accur. in Auſt. De sanctis. Episc. §. Nulli.

Igitur, si testes interrogati, uel sua sp̄te apertius aliquantō pinguiusq; dicant de his quæ ad causam pertinet, quàm in positionibus seu articulis litigatorum, non satis planis, comprehenduntur: non sunt testimonia eorum improbanda, quasi ultra seriem præscriptam, præsertim à non interrogans, prolata. Nam semel iam atque iterū diximus, testes introduci ad dicendum ea quæ causam contingunt, argu. l. ij. ff. De Iuris. omni. iudic. Et quanquam positiones eduntur & articuli, non tamen litigatores uidentur renuntiare his, quæ testes fortè rē

Z z melius

melius tenētes, ad causam suā pro ueritate dicturi sint, argu. l. j. ff. De hæredi. instituen. Qui neque legaturus est quid (inquit Vlpianus) neque quenquam exheredaturus est, quinque uerbis potest facere testamentum, ut dicat, Lutus Titius mihi hæres esto. Non tamen per huiusmodi breuitatis studium adimitur amplissima testandi potestas. Quinimo potest Iudex, & si ad excutiendam ueritatem conducere uideat, debet etiā interrogare testes extrā positiones & articulos de appenditijs causæ, præsertim, si aduersarius id petat in suis interrogatorijs, post litem contestatā: cum id nulla Lege prohibeatur, argu. l. ulti. In fi. ff. Quod met. caus.

Verum est, quod antè litem contestatam testes ad probandam aliquam exceptionem dilatoriam producti, nō debeant interrogari de negotio principali, nondū discutiendo. Quæ admodum, si de possessione fuerit controuersia, non sunt interrogandi de proprietate, quæ alterum cum altero nō oporteat inuito actore confundi, Spec. in tit. De teste. §. j. Versic. Itē quod deposuit super alio. c. De testibus Eod. tit. in fi. ff. De peti. hære. Vbi loquens de asserēte sibi extrā testamentum libertatem, audiendo quidem illo pendente hæreditatis cōtrouersia, Dummodò (inquit) prædicatur iudici liberalis causæ, ne ullum adminiculum libertatis ex testamento admittatur. l. Si duo patroni. §. Idē Iulianus scribit, ff. De iureiurā. Nec paruum (ait) iudex debet, si tentauerit is probare, furem eum esse. l. ulti. C. Qui legi. perfo. stand. in iudi. hab. l. j. §. Idem Cornelio Proculo. ff. De quæstioni. Tractans enim de seruis nō interrogādis in dominū. Nec quidē (inquit) si ultrò aliquid dixerint, obesse hoc domino

Possunt tamen ob reuerentiam Dei, cuius nomen frequenter inuanū dehonestari solet à pejerātibus, si maluerint litigatores, præsertim hi, aduersus quos producunt, remittere testibus iuramentum, ut sine eo dicant ueritatem, argu. l. j. ff. De feri. Et. l. ulti. C. De tempo. appellā. Accur. in. d. l. Iusurandi.

III Testimonia eorum, qui non uocata parte aduersa recepti fuerint, carēt fide & nihili reputantur. Quia præsentia, uel per contumaciam absentia aduersarij requiritur, cū sua non mediocriter interfit uidere testium personas quales sint, & utrum iurauerint. Item, exhibere iudici interrogationes, si uoluerit, testibus sigillatim prælegendas ut respōdeant, In Auct. Et hic uerò multoties. De testib. Oportet & illum (inquit, scilicet aduersarium) in ea Ciuitate cōstitutum in qua testationes dantur, admonitum à iudice siue à defensore, præsentem esse, & audire attestationses. l. Si quando. C. De testib. l. Si postulauerit. §. Quæstioni. ff. Ad leg. Iulii. de adulte. Quæstioni (inquit) interesse iubentur reus reāue, & patroni eorum, & qui crimē detulerit, interrogādiq; facultas datur patronis. Quos locos iuris, sine calumniosa interpretatione, sic exaudire oportet, ut receptioni testium partes intersint: Non uero, quòd litigatores sub tempore dicendi testimonij seu examinationis, adesse prætermittant, sicut multis Ciuitatibus Tyrannus mos obtrusit. Nam, quid aliud hoc est, quàm libertatem dicēdi testibus adimere? Quare communi consuetudine receptum est, ut examinatio testium, semotis arbitris fiat apud Iudicem, excipiente notario omnia quæ dicuntur & respondentur ad interrogata. l. Nullum. C. De testib. Vbi loquens de priuilegio fori non opponendo ad definiendam testificandi improbitatem. Huiusmodi præsidio (inquit) denudato, ita adiudicantis intrare secretum. In Auct. d. §. Et hic uerò multoties: mox declarans quomodo intelligi uelit præcedentia uerba, audire attestationses. Etenim (inquit) publicabuntur. Quasi dicat. Ex recitatione audiet, nō ex ore testis, cui interim sub iureiurando dato silentiū indici solet usq; ad publicationem. Spec. in tit. De teste. §. Nunc tractandum. In princi.

III Testis, nisi legitimam causam addat, per quam uerisimile fiat, eum certo scire quod dixit, eleuari potest testimonium eius. l. Cum hi. §. Vult igitur. ff. De transactio. Vult igitur oratio (inquit Vlpianus) apud Prætorem de istis quæri, in primis de causa transactionis, deinde de modo, tertio de personis transigentium. l. Solam. C. De testi. In Auct. Eod. tit. §. Et licet dudum. Aut etiam (ait) causam testimonij fortè faciant manifestam. l. Hæ enim, in princi. ff. De suspect. tuto. Decreto igitur (inquit) debet causa remouendi significari. l. j. C. De apoch. public. lib. x. Quod tamen tunc obtinet, cum testes interrogantur de causa scientiz. Alio-

tiæ. Alioqui, si breuitatis fortè studio ipsi ultro non addant, nihilo tamen minus ualet dictum eorum. Accurs. in. d. l. Solam. Spec. in. d. tit. §. j. Versic. Itè, quod interrogatus nō red dit causam. Vbi Ioannes Andreæ testatur sic obseruari consuetudinē. Neq; enim præsumitur aliud dixisse testis, quàm reuera sciat, memor sui iuramēti. j. q. vii. Sancimus huiusmodi.

Cum autem ineptam rationem adfert, totum testimonium facit inutile, quatenus ad eam facti speciem attinet, cuius causam inutilem dixit. Nam, quod præterea ad rem in alijs speciebus prolatum est, quare suam fidem seorsum non habeat? Non obstat. l. Falsa. ff. De condi. & demonstra. Falsa demonstratio (inquit Paulus) neque legatario, neque fideicommissario nocet. Quoniã ibi de ultima uoluntate tractatur, quæ dependens ex sola testatoris auctoritate, si quomodocunque apparuerit, nihil curatur de causa adiecta. Hic uerò de testificationibus loquimur, quæ non in arbitrio testis, sed in cognitione ueritatis consistunt. Scire namque ueritatē rerū, nisi per causam, non possumus, ut tractat Io. An. apud Spec. in. d. §. j. Versic. Sed quid si causam inseruit.

Causam itaq; testis accipere oportet eam, quæ de proprijs sensibus corporeis profert, nō de alienis: utpote, quia ipse uidit, audiuit, gustauit, tetigit, uel olfecit. Siquidem de his quæ in facto uersantur, & sensu corporeo percipi possunt, interrogandus solum est, & respondere cogitur, non de iure aut alijs argumētis, quæ intellectus censuram requirūt. Cæterū, si quid ex alio didicerit uel audiuerit testis, cum ipse interim abfuisse, non creditur ei. l. Testiū. C. De testib. Vbi loquens de scriptura debitorum, aduersus quā solutio quoque, aut ex scripto, aut quinque testibus probanda fuerit, Hicq; (ait) cum sacramenti religione deposuerint, sub sua præsentia debitum esse solutum.

Præsentem enim hic intelligimus, qui coram percepit quid ageretur aut diceretur, l. Coram, ff. De uerbo. signifi. Coram Titio (inquit) aliquid facere iussus, non uidetur præsentem eo fecisse, nisi is intelligat. Itaq; si furiosus, aut infans sit, aut dormiat, non uidetur coram eo fecisse. Qui tamen eò loci fuit, undè uocē exaudire potuit, quā scilicet familiariter notam habuit, præiens utique censendus est. l. j. §. Eodem autē testō. ff. De Senatuf. Syllania.

Aliquando etiam testimonium de alieno auditu ualet. l. Cū de cognatione uel affinitate tractatur. Modo tamen testes sunt omni exceptione maiores, qui dicant se audiuisse à maioribus suis, & aperta computatione distinguant gradus, uiderintque ipsi personas, de quarū cognatione quæstio est, sese pro talibus mutuo gessisse. c. Licet ex quadā. De testib. Quod nisi admitteretur, impossibile fuerit consanguinitatē docere, argu. l. Nō facilè. ff. De gradi. ii. Cū queritur de memoria uetusti operis. l. Si arbiter. ff. De probati. l. ij. §. Idem Labeo. ff. De aqu. pluui. arcēd. Nec utique (inquit) necesse est superesse qui meminerint, uerum etiam si qui audiuerint eos qui memoria tenuerint. iii. Ad probandam famam, recipiuntur testimonia alieni auditus. Nam fama, à for. faris, hoc est, loquor, est incertus rumor de re aliqua, bonus uel malus, sine cognitione ueri. Quanquam rumor propriè de recēti uolat per ora hominū: fama etiam appellatur de re inueterata, firmataque in huiusmodi opinione, quamuis incerta. Virgilius elegāter, Fama malum, quo non aliud uelocius ullum, Mobilitate uiget, uiresque acquirit eundo.

V Obscura uel ambigua testimonia, rectè impugnantur. Cum enim ubiq; commendatur apertus sermo, in attestationibus tamen totius litis discrimē complectentibus, uerba requiruntur certa & expedita. Iterum ergo testis obscure dicens interrogandus est, uel si absens aut mortuus denuo interrogari non potest, ut ipse mentem suam declaret, potest iudex interpretari dictum eius, modo tale sit quod interpretationem admittat, tam in ciuilibus quàm in criminalibus causis. c. Cum clamor. De testi. argu. l. In prætorijs. ff. De Præto. stipula. Et l. Hæredes. §. j. ff. De testament. Poterit ne (inquit) postea declarare de quo senserit? Et puto posse. Nihil enim nunc dat, sed datum significat.

Sic autem est interpretandum, ut res potius ualeat quàm pereat, semper tamen aduersus producentem. l. Quoties in actionibus. ff. De reb. dubi.

VI Cum testis non simpliciter dicit, sed uarie profert eandem rem, inditium est non le-

Z 3 ue, aut


ue, aut ignorantie aut mendacii, quorum utrunq; suspectum facit, adeoque inualidum testimonium. Sicut enim ignorantia aut etiam dubitanti testi non creditur, Ita multo minus mentienti & falsum dicenti, ulla fides est adhibenda. l. ij. ff. De testi. Et ideo (inquit Modestinus) testes qui aduersus fidem testationis suae uacillant, audiendi non sunt. Verissimum est, quod dici solet. Mendacem diu memorem esse oportere, ne subinde inter dicendum sui ipsius ob lito uerum excidat.

Potest autem testis non solum redargui falsitatis & mendacii, quo tempore disputantur dicta eius, & tum extra ordinem puniri à Iudice, Verum etiã finita causa, accusari potest de falso. l. Nullũ. C. De testib. l. Qui falso. ff. Eod. tit. l. Eos qui. ff. Ad Leg. Cor. de fals. l. Ex liberis, Et. l. unius. §. Testes. ff. De questionib. Litigatores quoque de damno per mendacium testis illato, possunt eum conuenire, argu. ij. q. ix. Nihilominus. Quocirca Augustinus in c. j. De crimi. fals. Falsidicus testis (inquit) tribus personis est obnoxius. Primum Deo, cuius presentiam contemnit. Inde Iudici, quem mentiendo fallit, Postremo innocenti, quem falso testimonio lædit. Reus autem est falsi, non solum qui falsum profert, sed & qui ueritatem occultat calumniosè.

VII Testimonia, quæ solam negationem continent, nullo loco, tempore, aut alia certitudine mixtam, merito eleuantur: quia is, qui negatiuam sententiam profert, nihil dixisse uideatur, Cũ per rerũ naturam, negationis nulla sit probatio. l. Actor. C. De probati.

VIII Si testes, non seorsum & sigillatim, sed simul omnes examinati fuerint, præsumit quod alter alterum instruxerit. Cum enim posterior, prioris testimonium coram intelligit, facile potest sententiam eius sequi & approbare, etiam si de tota causa nihil sciat. Vnde corruptissima consuetudo est, qua sic obseruatur multis in locis. Producent simul omnes testes, inter quos eligitur unus, qui omnium nomine dicat, scilicet, egregie doctus, si non etiã corruptus à producente, quid potissimũ dicendum sit. Tum Iudex interrogans eos: Quid scitis (inquit) de hac causa? Tbi cum primus dixerit, reliqui quoq; ad testimonium eius se referunt. Et is qui à libellis adest, eodem errore, descriptis aliquot uerbis primi testis, ita subdit. Secundus testis idem dixit. Tertius quoq; idem. Deus bone, quid aliud hoc est, quam apertissimã ansam porrigere mendacijs: ut Spec. tractat in tit. De teste. §. j. Versic. Item, Quod nõ fuerunt sigillatim. Et. §. Nunc tractandum, in princi.

D E I N T E R R O G A T O R I I S T E S T I V M.

 D inuestigandã rerum controuersarum ueritatem, permittitur litigatoribus, ad uersus quos testes producantur, ut interrogationes ex scripto edant iudici, secũdum quas petant, eos de circumstantijs causæ diligenter examinari. Quod si uel negligentia, uel calumnia secus fiat, testimonia pereant, nisi denuo interrogentur testes, etiam post publicationem. c. Per tuas, De testib. l. ulti. ff. De interroga. actioni. Si tamen superuacaneũ quid fuerit in exhibitis interrogatorijs, potest iudex, imò debet reijcere, cum aduersario non detur copia antè publicationem. Quemadmodum etiam tenet iudiciali offitio, sine ullius interpellatione, testes non idoneos, palam repellere. Innocen. c. Intima uit. De testib. Accur. in. l. ij. In princi. ff. Eod. tit. argu. l. Quos phibet. ff. De postulã. Quos prohibet Prætor (inquit) apud se postulare, omnimodò prohibet, etiã si aduersarius eos patiatur postulare.

Eadem ratione, si litigatores, uel per simplicitatem, uel inopiam, nullas ediderint interrogationes, aut minus ad rem pertinentes, utiq; Iudex, exemplo Adriani Principis, interroga re eos debet. Ex quo natum est, quod adijci solet nunc interrogatorijs, Reliqua supplebit industria iudicis.

Primum itaque testes interrogandi sunt de qualitate personarum suarum, utrum idonei sunt, an non, secũdum locos exceptionum superius de personis testium traditos. Et si quem mouerit

mouerit, quasi nimis durum sit urgeri testes ad confessionem proprii criminis. l. Nimis graue. C. De testi. Imo, nec audiendum esse eum, qui allegat propriam turpitudinem. l. Transactioe finita. C. De transactio. Is meminerit, priuatis grauaminibus uel incommodis, publicam utilitatem præferendam esse, propter quam receptum constat, ut testis respondere cogatur de his, quæ generaliter descripta sunt in. l. iij. ff. De testib. Et. iij. q. iij. §. Si testes. De alijs uero in speciem criminibus interrogari non debeat, Ioan. Andre. apud Specula. in tit. De teste. §. Iam de interrogatorijs, Versic. Sed nunquid quæritur ab eo.

Deinde, quatenus ad testimoniorum fidem excutiendam attinet, interrogandi sunt de causa scientiæ: uidelicet, utrum uiderint, audiuerint, uel alio sensu corporeo perceperint id quod dicunt uerum esse.

Item, an noscant personas controuertentium, qui uocentur, & ubi habitent. Verum de habitu corporis, & qualitate uestium, nimis curiosa fuerit interrogatio. Nisi sint suspecti de mendacijs. Nam tunc omnium rerum, quibus ueritas apprehendi, & mendacium detegi possit, circumstantiæ diligenter inquirendæ sunt: Veluti, de statura, de uestitu, de modo loquendi, quibus uerbis usi sint contrahentes, an steterint uel sederint, quis prior uenerit & recesserit, sub quo Imperatore, ac alijs huiusmodi, argu. c. Occidit. XXIII. q. VIII.

De die & hora tunc necessario interrogandus est testis, cū prius facti derogat posteriori, aut cōtrā, posterius priori. l. Quoties. ff. De regul. iur. l. In operis. ff. locat. l. Sed & posteriores. ff. De legi. l. Cum hic status. §. Ait oratio. ff. De dona. inter uir. & uxor. l. Pacta nouissima. C. De pact. Sunt etiā quædā negotia, ex quorū natura specialiter exigūt probatio tēporis, diei & horæ, ut in. l. Aut qui aliter. §. j. ff. Quod ui aut clam. l. Optimā. C. De contra. & cōmitten. stipula. l. j. §. Interdictum autem hoc. ff. De ui & ui armat. Hic igitur, si testes nihil dixerint, aut diuersum de tempore, non ualent eorum testimonia. iij. q. ix. Nihilominus. Alioqui regulariter admittuntur in contractibus, etiam si de tempore non dixerint, aut interrogati responderint se non recordari, per. l. Libellorum. ff. De accusatio. Neq; autem diem (inquit) neq; horam inuitus comprehendet. Tempus enim faciliter memoria excidere solet plerisque obliuiosis hominibus, scilicet, cum in speciem de die & hora quæritur. Cæterum, si omnes testes producti super articulo temporis mentionem faciente, dixerint se nō meminisse, quo anno aut mense factum sit, aduersus hos maxima nascitur præsumptio mendaci, Ioan. Andre. apud Specula. in tit. De teste. §. Iam de interrogatorijs. Versic. Licet autem testis interrogatus. De qualitate uero temporis, an fuerit dies clara aut nebulosa, & cætera id genus, non sunt interroganda, nisi ob suspicionem, ut supra.

Deniq; interrogaciones captiosæ prohibentur, ut si Iudex uel litigator quærat, utrum testes credant esse uerum quod dixerint, & incauti respōdeant, utiq; hoc se credere. Tum exinde uoluerit impugnare testimonia, quasi incerta sint ex opinione tantum inani.

Subijciamus exempla interrogationum in causa iurisdictionis.

I Si testes, secundum positiones actoris, dicant eum à subditis reputari Magistratū & habere iurisdictionem, interrogandi sunt, quid sit Magistratus & iurisdictio: quomodo sciant aduersarium quasi possidere, administrare, & agere Magistratum, ubi, quando, & qua in hæc fieri uiderint? Quibus & quot præsentibus?

II Si dicant, aduersario fuisse præstitam à subditis obedientiam, quærendum fuerit. Quid sit obedientia? Quando, ubi, à quibus, & in quorum præsentia præstita sit? Si testentur se audiuisse, quærendum statim à quo, ubi, quando, & quoties audiuerint? An suo uel alieno nomine aduersarius sit usus obedientia?

III Si testes dicant, ab aduersario in tali Magistratu latam fuisse sententiam, quærat in qua causa, inter quos, ubi, quando, an ex scripto, an ex non scripto, quibus præsentibus. Et utrum huiusmodi sententia transuerit in rem iudicatam, & sit demandata executioni? Vtrū sit appellatum ab ea?

Z 4 In cau

I In causa matrimonij, si dicant secundum positionem actoris conuenisse de ea re cognatos, interrogandi sunt de causa scientiæ, qua hora, quo die, quo anno, in cuius domo, in qua parte domus, quos uicinos habeat illa domus, quibus præsentibus?

II Si asserant per uerba præsentis temporis fuisse contractum matrimonium, quærendum est, quomodo sciant, quænam dicantur uerba præsentis, & quæ futuri temporis? uter prior stipulatus sit ab altero, uir ne à muliere, an mulier à uiro, an statim secuta sit responsio? An ne processerit res ad copulationem in conspectu ecclesiæ, quibus modis, an annulo aureo, aut argento facta sit, utrum stando an sedendo, serio ne, an per iocum? utrum metus interuenerit, an sponte contraxerint? Quo anno & mense, qua hora? An noscant contrahentes matrimonium? Num sciant aliquod impedimētum legitimum huiusmodi nuptiarum? An traduxerit eam domum & tractauerit more maritali?

De fama interrogandi sunt, quid sit fama, ubi, quoties, & à quibus audiuerint? Quando cœperit talis fama? utrum amico aut inimico affectu uidebantur primi autores famæ?

In causa emptionis & uenditionis, quærendum est: An de precio conuentum sit, & quanto? utrum data fuerit arra? Solutum ne sit premium, an fides de eo habita? an res fuerit tradita? Num uenditor fuerit dominus rei traditæ? Ac ita ferè de mutuo alijsq; contractibus sentiendum est, ut de his potissimum inquiratur, sine quibus legiūme non consistunt. Ex contractu uerò causis, de dominio quæritur.

Ad probandam possessionem, si testes dicant aduersarium possidere domū, inuestigare oportet: An uiderint eū cū sua familia eandem domū habitare ad instar aliorū uicinarū? an ibi negotia sua gerens merces importauerit & exportauerit? Si de fundo cōtrouertet, utrum uiderint eum arare, seminare, metere, inuehere frumenta, per se uel per alios, & cætera id genus agriculturæ officia. Sin autem de re mobili disceptetur, quærendum est de usu eius, puta, quando & quoties uiderint aduersarium ueste litigiosa indutum, palam ne an clam?

Eodem modo circa quasi possessionem iuris uel artificij: An uiderint testes, aduersarium publice exercētē huiusmodi artificium? Num res ex arte paratas exposuerit uenales? An audiuerint eum reputari artificem ab alijs eiufdem artis peritis?

Vnde constat forma interrogandi circa præscriptionem, quæ ex possessione contingit tantum ut de numero annorum inquiratur, & an tot annis continuo possederit? Num de ea interim fuerit conuentus in iudicio?

Filiatio quoq; & reliqua cognatio, quoniam in iure consistit, per causas de ea quærendum est, quas possint testes corporali sensu apprehendere: An noscant eos, ex quibus natum se dicit aduersarius? Constet ne inter eos legitimum matrimonium? An uiderit & audiuerit eosdem aduersarij parentes se mutuo appellasse coniuges, ac tali affectu gessisse? Num audiuerint aduersarium ab eis fuisse nuncupatum filium, & consueto amore semper educatum? An audiuerint uicinos quoq; reputasse uerum matrimonium, & aduersarium ex eo genitum esse?

In criminalibus quoq; causis, interrogandi sunt testes diligenter de iniuriæ circūstantijs, quis cœperit iniuriam admittere, ob quam causam, quibus uerbis aut factis? Quid responderit aut fecerit aduersarius? Et, si dicant uim fuisse factam, ut uis repelleretur, quærendum est, utrum incontinenti, an ex aliquo interuallo sit facta defensio? Quibus armis, quibus auxiliantibus, quo loco, quo modo? Num alia uia reus potuisset inuaforem repellere, aut effugere, quàm ut eum planè occideret? Qui sciat omnia ista?

Similiter circa furtum interrogandi sunt testes: Num uoluntate domini acceperit rē qui furti accusatur? An sit ea familiaritate domino iūctus, ut uerisimiliter credere potuisset, se uolente eo accipere? Vtrum sciant, eum alijs quoq; aut furtis aut uitæ sceleribus inquinatū esse?

Alias interrogaciones tu ipse ad exemplum prædictarum non difficulter colliges, si expendas rerum circūstantias.



SABPISIME contingit apud Iudicem, testes diuersa ac planè pugnātia dicere. Nam aliās unus atq; idem testis, sibi ipsi contradicit, aliās unus à multis, aliās de niq; plures à pluribus dissentiunt.

I Cum idem testis sibi ipsi contradicit & ex dýametro secum pugnat, neces-
sario sequitur, in altera parte mentiri eum & falsum dicere, ideoq; nō ualet testimoniū eius.
l. Cum precū. C. De libera. cau. l. Professio tua. C. De muneri. patrimo. c. Licet, De proba-
ti. Cum alij (inquit) sibi met in serie testimoniū contradicant. iij. q. ix. Puta, nisi incontinenti
antequam à Iudice discesserit, corrigens alterum dictum, ostenderit se errore lapsum subi-
taneo. l. Si postulauerit. §. j. ff. Ad leg. Iuli. de adulte. l. Quicquid astringendæ. ff. De uerbo.
obligatio. l. Repeti. ff. De Quæstioni.

II Cum unus testis multis contradicit, uel uariat ab eis, nihil obest testimonijs reliquorū.
Quia uox unius aduersus multos admittenda non est. c. Veniens. De testib. Nisi testes sint
in aliquo instrumento descripti, quorum unus totam rem dubiam facit uariando uel contra
dicendo. l. j. in fi. ff. Quemad. testamen. aperian. Cæterum, si singuli repugnent singulis, aut
uariant, nulli creditur, quia in testimonio suo singulares sunt, ut uocant: & superius dictum
est, unum testem non mereri iustam fidem, propter suspectam naturæ inconstantiam: quia
omnis homo mendax. c. Bonæ memoriæ Magontinensis. De electioni. Singuli tamen ue-
strum (inquit) essent in suo testimonio singulares.

III Cum multi testes, multis repugnant, uel diuersa dicunt: primum tentanda est concor-
dia per interpretationem, non abhorrentem tamē à iure & æquitate. Ut, si unus quindecim,
alius decem, tertius uiginti annos attestetur. c. Nihil obstat, cū seq. De uerbo. signifi. l. ob car-
men. §. ulti. ff. De testib. Si uerò tam magna fuerit testimoniorum diuersitas uel repugnan-
tia, ut interpretationi ad concordiam non sit locus: tunc ad comparationem personarum re-
spicere oportet, ut semper senioreni iuniori, honoratum plebeio, uirum fœminæ, ingenuū
libertino, præferamus. l. ulti. ff. De fid. instrumē. l. Semper. ff. De iur. immuni. l. Non debet.
ff. De dol. mal. l. In multis. ff. De stat. homi. l. Filia. C. De inoffici. testa. l. Si cū dotem. §. Eo
autem tempore, in fi. ff. Solut. matrimo. Item, inculpata uita præditum reprehensibili, locu-
pletem egeno, extraneum cognato, nisi de ipsa cognatione quærat. Deniq; hominem in-
tegrum, diffamato. l. iij. in prin. ff. De testib. §. Sancimus. In Auēt. Eod. tit. l. Spadonem. §.
ulti. ff. De excu. tuto. l. Cum hi. §. Sed & personarum. ff. De transactiōni. l. Capitalium, in
fi. ff. De pœn. c. Licet causam. §. Quanquam autem. De probationi.

Quod si qualitas personarum par sit inter testes, ab utroq; uel altero litigatorum produ-
ctos, uel saltem non tam magna, ut fides inde statui possit: tunc uidendum est, qualia sint tes-
timonia, hoc est, quàm uerisimilia, quàm naturæ negotij conuenientia, ut inde Iudex alia
præferat alijs. l. Ob carmen. §. ulti. ff. De testib. Si uero (inquit Archadius) ex his quidā eorū
aliud dixerint, licet impari numero, credendum est, quod naturæ negotij conuenit, &
quod inimicitia aut gratia suspicione caret: confirmabitq; Iudex motum animi sui ex argu-
mētis & testimonijs, & quæ rei aptiora & uero proximiora esse compererit. Non enim ad
multitudinem respici oportet, sed ad synceram testimoniorum fidem, & testimonia quibus
potius lux ueritatis assistit. Adde. l. Si plures. ff. De accusatiōni. Vbi Bar.

Deniq; si testes & personarum & testimoniorum fide sunt pares, tum demum ex nume-
ro eorum res est statuenda, hoc est, quibus oporteat potius accedere. Idq; sentiens Calistra-
tus in. l. iij. §. Eiusdem quoq; ff. De testib. Aliās (inquit) numerus testium, aliās dignitas &
autoritas, aliās ueluti consentiens fama, confirmat rei de qua quæritur fidem. c. In nostra
præsentia. Eod. tit. Mandamus (ait) quatenus si testes utrinque producti, eiusdem honesta-
tis & æstimationis exiterint, cum constet, testes monachorum esse testibus archidiaconi
numero pauciores, pro archidiacono sententiam proferatis.

Integrius enim iudicium est, quod plurimorum sententijs minime suspectis confirmat.
lxiiij.

Ixiij. dist. c. Prudentiam. l. ulti. in fi. C. De fideicommiss. l. j. In princi. ff. De uent. inspicien. In Auc. De testib. §. Si uerò quidam apertè. Duo tamen affirmantes, præferuntur decem negantibus. Accur. in .l. diem proferre. §. Si plures. ff. De arbit.

Ex his apparet, in excutienda testimoniorum fide, gradus obseruandos esse, ne confundatur animi motus & cecutiat in diiudicanda ueritate. Primum enim, respicienda est autoritas personarum, quæ uersatur in dignitate, moribus, & grauitate. l. ij. ff. De testib. Quid enim, si duo uel tres redempti nequam contradicant uni bono uiro? Deindè, testimoniorum fides ad causæ naturam exigenda est. Postremò, perpendi oportet numerum testium. Sicut enim nonnunquam aliquid præstatur multitudini, ita rursus periculosum est turbam sequi. Vnde totam hanc rem Iudex censendo magis secum ex bono & æquo, quam ex subtili nimis argumentorum ratione, deliberare potest & debet.

Ceterum, si testes, non refert ab uno an ab utroque controuertentium producti, personarum integritate, testimoniorum fide, & numero fuerint pares, humanius est, ut pro reo iudicetur. l. Maiorem. ff. De pact. l. ulti. C. Qui bon. ceder. poss. Tutius enim est, ne innocentia premas, absoluere, quàm condènnare in rebus omninò dubijs. l. Arrianus. ff. De actioni. & obligationi. l. Respicendum. ff. De poen. Porro, si erroris periculum subire oporteat, melius est de iniqua misericordia, quàm iniusta crudelitate rationem reddere, ut est. xxvj. q. ij. Allegunt.

Quod tamen obtinet, nisi actor fauorabilem causam persequatur: puta, libertatis, dotis, matrimonij, pupillorum, uiduarum, pauperum, fisci, aut simile, pro qua respondere melius sit. l. j. in prin. ff. Solut. matri. l. Inter pares. ff. De re iudic. l. Lege Iulia. ff. De manumissioni. l. j. C. Quam inter pupil. & uidu. l. Si pars Iudicantium. ff. De inoffitio. testamen. l. Vt inter diuinum. C. De sacro. Ecclesi. xxxij. q. ij. Si quis acceperit. c. ulti. De re iudicat. Cum autem neuter litigatorum actoris magis quam rei partes sustinet: utpote, si duo uel plures aduersus tertium causam agant, uel ab eo conueniantur simul, tunc cum difficile sit omnibus planè paribus, alterum alteri per indicem præferri, res est diuidenda inter eos æquali còmodo: aut, si id fieri non possit, sorte dirimenda. l. Si cum ambo. ff. De iudi. xxvj. q. ij. Sors.

Præterea, si testes instrumentò repugnant, sic accipiendum est.

I Si contrà dixerint scripturæ, ad quam ipsi fuerint propter fidem adhibiti, oportet eos præferre, quoniam tota autoritas tabularum ex testium comprobatione dependet. c. Tertio, De probati. l. j. in fi. ff. Quemadmo. testa. aperian. Si quis neget (inquit) sigillum suum agnoscere, non ideo quidem minus aperiuntur tabulæ, sed aliàs suspectæ fient. Et in Auc. De instru. cautel. §. Si uerò tale quid. Si uerò (ait) tale aliquid contigerit, quale in Armenia factum est. Et aliud quidem faciebat collatio literarum, aliud uerò testimonia: tunc nos quidem existimauimus, ea, quæ à uiua dicuntur uoce & cum Iureiurando, hæc digniora fide quàm scripturam ipsam secundum se, subsistere: ueruntamen, sit hoc iudicantis prudentiæ simulatque religionis, ut ueracibus potius pro talibus credat.

II Si alij testes non adhibiti cum scriberetur, impugnent instrumentum: animaduertendum est, utrum producantur principaliter ad probandam falsitatem alicuius instrumenti, quod non simul cum testimonijs, sed seorsum profertur ad probandum aliquid. Nam hoc casu paribus testibus, præfertur scriptura: utpote, si tres testes dicant instrumentum falsum, non audient: quia & in tabulis instrumentorum duo testes, una cum notario qui tertius est, adhiberi solent. Nisi igitur quatuor saltem aut quinque boni uiri attestentur; falsitatem, stabit. l. Domicius instrumento. Labeo. ff. De testament. l. Cum precibus. C. De probationi. c. Cum Ioannes De fid. instru.

III Cum de falsitate principaliter, neque accusando neque excipiendo tractatur, sed una ad probandam intentionem exhibentur instrumentum & testes, qui examinati dissident ab instrumento: nulla certè regula hic comprehendere potest, sed qualitas causæ docebit iudicem, quid horum magis sequi oporteat. Nam quedam per testes melius probantur, ut consanguinitas, adulterium: Nonnulla ex diuerso commodius per instrumenta, ueluti, acta Iudiciorum, res antiquitus gestæ. Nam solet testium fides, ex temporis diuturnitate uariari. l. iij. §. Duæ. ff. De Carbia. edict. l. In causæ cognitione. ff. De damn. infect. Sunt insuper nonnullæ scripturæ, quas non licet testibus impugnare, ut sunt, monumenta publica, libri ciuitatum, & cætera huiusmodi. l. Censu. ff. De probationi. l. ulti. C. arbit. tutel.

Quod

Quod itaq; dici solet in litibus exercendis eandem uim obtinere, tam fidem instrumētōrum, quàm depositiones testium. l. In exercendis. C. De fid. instrumen. l. Iudicia. C. De rei uendic. Et. l. Scripturas. C. Qui potio. in pigno. habeat. Ita accipiendū est, ad iustam probationē alterutrū sufficere, aut idoneos testes, aut non suspectum instrumentū, scilicet ubi sine contradictione profertur. Si uero impugnetur instrumenti fides, ad superiorem distinctionem recurrendum est.

Vbi uero diuersæ ac repugnantes scripturæ ab eodem litigatore proferuntur, ibi planè nulli credendum est. l. Scripturæ. De fid. instrumen.

F I N I S.

AMPLISSIMO DECV RIONVM ORDINI CIVITATIS COLONIENSIS S.



VOTIES elegantē illam Reipublicæ olim Romanæ faciē, ex literarum monumentis intueor, amplissimi iuxta atq; prudentissimi uiri, multa sanè uirtutū exempla protinus occurrūt, quorum omnium mihi longè præclarissimum hoc uidetur, quòd in quolibet disciplinarum genere, tot eruditos & graues uiros aluerit, qui posteritati quoq; nedum suo seculo, essent profuturi. Porro, si Romanorum opulentias, si compositam uiuendi rationem domi, si bella & res foris gestas perpendamus, nimirum, quàm infracto semper fuerint animo, quàm sæpe potiti uictoria, quàm celebres egerint triumphos, omnium seculorum magnificentiam facile superantes: quis diffitebitur ista tunc incredibilem gloriam apud omnes peperisse? Attamen si propius rem inspiciamus, momentanea sunt, & penè cum autoribus ipsis genuinum splendorem amiserunt: Sed bonarum literarum utilitas ad nos usq; permanit, ut hanc quoq; gratiam Deo opt. maxi. debeamus, quī mira quadā prouidentia, uoluit per Romanos nobis leges omnibus modis iustas, omnisq; humanitatis plenas promulgari. Fortunæ ac bellorum gesta, legimus quidem & admiramur: sed disciplinarum commoda quotidie sentimus, nec quicquā potest dici uerius quàm illud: Cedant arma togæ. Quinimo & Romani ipsi uiderunt tandem, quid profuerat tantam bellorū molestiam foris esse susceptam, cum tandem domi laxatis nonnihil uirtutum habentis, literarum studia paulatim negliuerentur, conuassata per dissentionem Republica. In summa, nihil aliud est, quod æternam Romani nominis memoriam conseruat, quàm bonarum literarum obseruantia. Hæc est uera Romanorum laus & commendatio. Eodem propemodum argumētō hanc florentissimam Rempublicam hisce diebus hospes perlustrans, plurima uideo ac splendida optimarum rerum exempla, quibus non obscure statui potest, COLONIAM inter excellentissimas Germaniæ urbes, omnibus modis adnumerādam esse: siue initia eius & progressum: siue uetustissima aliarum rerum monumēta: siue loci amœnitatem & fertilitatem: siue populi frequentiam, fortunas, opes: siue ædium magnificentiam & commoditatem: siue deniq; uestram in gubernanda Repub. dexteritatem, expendamus. Veruntamen inter hæc omnia nō ultimo loco ad ueram laudem accedere, omnes boni uiri mecum existimabunt, & haud dubiè grata posteritas in uobis commendabit, quòd tam illustre bonarum literarum Gymnasium rectissimè constitutū esse uolueritis. Vnde tot eruditi uiri ad Rempublicam gubernandam quoquò uersus, non secus q̄ ex Papiniana olim Romanorū schola, doctissimi iuris antesignani, prodierunt. Hoc enim nomine Germania uobis plurimum debet; quādoquidem ex isto disciplinarum thesauro ditantur omnes: nimirum, quòd ueram diuitiarum rationē, ex literis & bonis moribus oportet metiri. Sed & in hoc liberalitatem uestram bellissimè exercetis, quòd nonnullos adolescentes uestro sumptu hic gentium alitis, suæ scilicet patriæ post completa studia, obsecuturos. Quid enim humanius, quid utilius, quid gloriosius hoc beneficio alijs Ciuitatibus uideri possit? De præceptorum uerò huius Academiæ facundia, eruditione, diligentia & assiduitate, quid attinet dicere, imò quis dicendo adsequatur

quatur debitum uirtutis præconium, quod omnem uerborum copiam, aut (quod de me uerius dico) inopiam, superat. Sed interim discipulorum cōditio, quos sanè hac in Academia & moribus & literis ornatissimos uideo, quinimo experior quotidie, facillè demonstrat præceptorum excellentiam: nec scio an aliud sit certius argumentum, quàm quòd insignis discipulus, commendat præceptoris operam. Accedit quoque memorabile his omnibus inditium, quòd Colonienſis Academia quatuor fratres atque iã nunc ætate florida uiuentes, paucis annis in Iure Doctores exhibuerit, & certè doctissimos: exemplū medijs fidijs dignum ut literis commēdetur, quale ne Valerius quidem habuit, cum illustrium uirorum catalogum recenseret. Quid autem dicendū fuerit de uiris patricijs: quos Colonia in omni disciplina consummatissimos sibi ad Reipublicæ commodum educauit: inter quos IOANNES ille RINCKIUS præcellens Iuris Doctor, ipsi quoque Italix nō ignotus, ex Rinckiorum Colonienſi familia, minimè certe pœnitenda progenitus, incredibile dictū, quātum huic Ciuitati & Gymnaſio splendorem adferat: quàm amplectatur bonarū literarū studiosos: quàm adhortetur omnes ad hæc studia: quàmq; liberaliter suo ære (quod pleriq; testantur) multis occasionem dederit, ut hic gentium profiterentur literas. Proinde, cū hoc uiro bene actum esse censeo, qui amplissimas rerum fortunas quas possidet, ipse sua uirtute adornat, non uerò ex illis quicquam decoris ei adiicitur. Habet opes ad quem usum comparatæ sunt, ut ueram exerceat liberalitatem: de quo optimo studiosorum Meccœnate mihi alio rerum argumento plura sunt scribenda. Interim ex his tam euidentissimis rei literariæ argumentis, nihil opus est, Magnifici uiri, ut uobis Academiam hanc uestram cōmendē. Gaudeo enim uos oēs hac in re optimi Magistratus officio fungi, ac planè tales esse, quibus gratia magis debeatur, quàm admonitio. Rectissime nimirū uidemini dictum illud amplecti: felices admodum uideri Respublicas, quibus eruditi præfunt. Quo nomine congratulor uobis, quod tam sincero erga bonas literas fauore, apud omnes ueram ac perpetuam nominis gloriam sitis comparaturi. Mihi quidem omnium minimo, id muneris subeundum fuerit, ut toto conatu inuitē Germanos nostros, ne dubitēt, ne cunctentur, liberos suos his præceptoribus ad uirtutem expoliendos tuto commendare, uisuri quàm non sit fallax, nec ullis fortunæ procellis subiecta, literarij studij merces & gloria. Et si qua in re præterea uobis & uniuersæ Reipublicæ, cuius nunc hospitem ago, obsequi posse uidear, bona fide pro uiribus præstabo. Interim ualete in Christo felices.

Ioannes Oldendorpius,
minimus Iuris Doctor.

TEMPORA PRAESCRPTIONVM. DE QVIBVS INFERIVS TRACTABITVR.

XX.	horarum dici	I.	Anni	
I.	} Dierum	II.	} Annorum.	
II.				
III.				
IX.				
X.				
XIII.				
XV.				
XX.				
I.		mensis dierum		XVIII.
XL.		hebdomadarum		XX.
VI.	dierum	XXV.		
L.	mensium	XXX.		
II.	mensium	XXXV.		
III.	dierum	XL.		
C.	} Mensium	L.		
III.				
VI.				
IX.				
X.				
		LX.		
		LXX.		
		C.		

Tempus, cuius initium memoriam excefferit.

Et hæc quidem tempora, Romani iuris antesignani in Republica quæ tum erat, pro conditione illius seculi, conuenientissima iudicabant. In quibus tamen non ita nobis præiudicatum esse uolebant, ne posteritatis ratio haberetur, quid quo tempore fieri magis expediret. Quæ ex re factum est, quod in Germania nostra, Principes & Ciuitates ea quibusque rebus tempora præscribunt, quæ loci, rerum, & personarum conditio atque necessitas cum primis requirit. Proinde, si quis æqui & boni exempla desiderauerit, hic campus est latissimus, in quo exerceri potest æquitatis censura: Nimirum, quod nullum tempus quibuslibet negocijs præscribi possit, nisi adhibita in consilium æquitate.

V S V C A P I O N V M ET PRAESCRPTIONVM TEMPO RA EX IVRE CIVILI, AD CONSER uandam omnium rerum oportunitatem.

QVAM NECESSARIA SIT RATIO TEMPORIS.



QVOD in omnibus rebus bene feliciterq; constituendis, plurimum referat, temporis habere rationem, natura satis manifestum est. Attamen pleriq; cum id non credant, cogitur experiri, atq; stultorum magistro, exitu, tandem bellissimè docentur. Nemo enim commodum uoti sui successum sperabit, qui tempestiuitatē aut ignorat, aut contemnit. Quis nō uidet agriculture, sationes, messes, uindemias, insitiones, propagationes, in tempore utiliter exerceri: at cōtrā, neglecta oportunitate, omnia ista, aut calore, aut gelatione prorsus interire? Quotum existimabis sine periculo nauigaturum, nullo tēporis discrimine obseruato? An non palām constat, usum optimarum herbarum, adde etiam quotidiani cibi,

A a prorsus

prorsus nihil prodesse nobis, aut etiam nocere, nisi in tempore sumamus: Quis item Princeps feliciter adiuerit extra tempestiuitatem? sicut Horatius, mittens olim Augusto Cæsari librum, diligenter monebat portitorem, ut tempestiuite adfret, ac mollissima fandi tempora obseruaret. Quo serè pertinet, quod Imperatores in .l. Ciuitas .C. De offici. recto. prouinci. Ciuitas (inquit) Rhodiorum iniuriam suam non tam decenter, quam serò conquesta est.

In summa, omnis humana actio, suã exposcit tempestiuam occasionẽ: quam nisi mordicus retineamus, res ipsa unumquenq; docebit, quam uerum sit, quod dici solet: Nosce tempus: post factum uenire miserrimum est

Alioqui uidebimus, quam sæpè nobis ex lycro damnum, ex uoluptate molestiã, ex amicitia simultatem adferet neglecta tempestiuitas: Vt mihi inspicere uideantur, qui nihil referre putant in rebus publicis ac priuatis, quid quoquo tempore fiat.

Quocirca rectissimè ueteres oportunitatis uelut imaginem multis in locis depictã habebant, quò magis admonerentur uel ipso aspectu. Pinnis enim insistentem expresserunt, quòd semper uoluatur, & certo loco stare nequeat: Talaria pedibus gestantẽ, quia uolucris sit: facie crinibus tecta, quòd agnosci nolit, nisi à diligentissimo obseruatore: Occipiti caluo, ne teneatur fugiens: Nouaculam dextra tenentem, ut elapsa præscindat omnem spem: Pedissequã habentem pœnitentiam: scilicet, quæ neglecte occasionis exigat pœnas, Hæc serè Erasmus.

Cæterum, Iuris Ciuilis consultissimi authores, tam uarijs rerum omnium exemplis permoti, existimauerunt, in Ciuilibus quoq; commertijs, cum ad acquirenda dominia, tũ ad reliquas negociorũ expeditiones tempora quædã, uelut repagula, cõstitui oportere: ut unusquisque sciret, quando, & quamdiu aliquid facere aut non facere liceret: de quibus hoc libello differere, operæ precium existimaui, ad retinendam in Republica gerendarum rerũ oportunitatem

DE SIGNIFICATIONE VSVCA pionis, & præscriptionis.

Pincipio, uideamus quid significant hæc uerba, usucapio, & præscriptio, quorum mentionem in Titulo fecimus. Quippè, uerborum prior, rerum potior est interpretatio, exemplo Ulpiani in .l. i. ff. Si cert. petat.

Usucapio itaq; inde dicta est, quòd per usum aliquid capit & aufert. Vfus enim per lapsum temporis adimit res corporales & incorporales priori domino, & transfert in alii. Sic pignoricapionem olim dicebant, quam nunc captionem, & ablationem pignorum nuncupamus. Gellius lib. 7. existimat usucapionem & pignoricapionem, duplicatis ex integro uocabulis, dici oportere. Interdum tamen extra compositionẽ, interiecta qualibet uoce profertur, ut est apud Paulũ in .l. Nunquã .§. ulti. ff. De usucapioni. Si defunctus (inquit) emi, hæres autem putat eum ex donationis causa possedisse: usu eum capturnum, Iulianus ait.

Præscriptio, apud Iurisconsultos, pro exceptione accipitur. Nam præscribere, significat statuere aliquid, & certo ordine cõcipere. Vnde actiones præscriptis uerbis appellatæ sunt, quòd generali quadam uerborum serie, ut uarijs causarum figuris pro re nata commodè deseruirent, concipiebantur: cum interim alię actiones specialem & nominatam formulam haberent. Cæterum exceptiones quoq; reorum, ne pro arbitrio passim extra rem proponerentur (ut nunc sæpè fit) olim, ad instar actionum, certis formulis constitutæ fuerant. Igitur merito præscriptiones nuncupatæ sunt, siue ex longa possessione, siue ex alijs diuersis temporũ diffinitionib. essent productæ, ut est Tit. ff. De diuers. tẽpora. præscriptio. Modestinus in .l. Nihil, in princi. ff. De inoffitio. testamen. Vtrobique enim (inquit) præscriptione submouebitur. Et in .l. Qui agnitis. ff. De exception. seu præscriptioni. non semel exceptionem rei iudicatæ, uocat præscriptionem. Qua ratione iungebatur datiuo casui: ut, præscribo tibi, præscribo illi. Macer. in .l. in. in princi. ff. De præuaricato. Nam si reus (ait) accusatori publico iudicio ideo prescribat, quòd dicat se eodem crimine ab alio accusatum, & absolutũ: &c. Papinianus in .l. Intra quatuor annos, in princi. ff. De diuers. tempor. præscripti. Post quatuor annos (inquit) secundo delatori uenienti, prior nunciatio, quò minus præscriptione temporis submoueat, non proderit.

Recentio-

Recentiores uerò Legum interpretes, neglecta Romani sermonis puritate, Usucapionē & Præscriptionem in significatione confundunt, in qua utique discriminē est: rursus in re ipsa sæpè differentiam constituunt, cum nulla sit. Primum enim, utrumq; uerbum iungunt accusatiuo, ut usucapio domum, præscribo domum, uestem, fundum: nō animaduertētes, quòd præscribendi significatio, magis ad exceptionem pertineat, etiāsi effectus retinendi domini plerunq; sequatur. Deinde Usucapionem trahunt ad res mobiles, præscriptionē ad res immobiles, per .l.ij.C. In quib. caus. cess. long. temp. præscrip. In seruorum (ait) proprietatis negotio, cum usucapio locum habeat, ad quæstionē longi temporis præscriptionem superfluo peruenitur. Ex quo loco uerisimile est natum hunc errorem, cum tamen ex diametro probet diuersum. Nam Imperatores ibi præscriptionem seu exceptionem longi temporis appellant, cum tamen tractetur solum de proprietate seruorum, & sic rerum mobilium. Ergo præscriptio nō pertinet duntaxat ad res immobiles, sicut nec usucapio semp ad res immobiles. Paulus in .l. Furū. Et .l. Quare. ff. De usucapio. Loquens de fundo alieno sine uis possessio. Quare ipse quidem (inquit) non potest usucapere. Et in .l. Nūquam in usucapionibus in princi. ff. eod. tit. sic dicit: Vel post longū tempus uenditionis peractum usucapi nō posse, quia Iuris error sit.

Obseruandum igitur summam sic fuerit: Usucapionē referri genuina significationis uis ad acquisitionem rerum mobilium uel immobilium. Quā ob causam Tit. ff. De usucapionibus. est in lib. Pandectarum III. qui tractat de acquirendis rerum dominij. Præscriptio autē, ad ius excipiendi principaliter pertinet. Vnde Tit. De diuers. tempor. præscriptioni. lib. VI post reliquas exceptionū species, generaliter subiungit. Latius igitur patet significatio Præscriptionis, quā Usucapionis. Omnis enim ratio temporis (quæ ut oportunitas seruet, exceptionē seu defensionem alicui parat) rectē dicitur Præscriptio, non item Usucapio. Vnde nihil uetat Præscriptionem triennij, nuucupari exceptionem, quā possessor bonæ fidei in rebus mobilibus acquirit, quanquā & rectē agat.

Hæc omnia manifestissimè apparent ex. §. Et cū hoc. Instit. De usucapionibus. Ut res quidem (inquit Iustinianus) mobiles, per triennium: immobiles uerò per longi temporis possessionem (id est, inter præsentis decennio, inter absentes uiginti annis) usucapiantur. Enim uerò quod Accursius ibi comminiscitur de propria & impropria significatione, uanū est.

Q U I D S I T U S U C A P I O , Q U I D
item Præscriptio.

Post interpretationem uerborum, uideamus nunc res ipsas. USUCAPIO ITAQUE, EST ADIECTIO DOMINII, PER CONTINUATIONEM POSSESSIONIS TEMPORIS LEGE DIFFINITI, autore Modestino in .l. iij. ff. De usucapio. Quòd autem Paulus ille Castrensis aduersus hanc diffinitionem rixat, nihil moror, explicaturus quā possum crassissimè mētem & consilium Iurisconsulti. Nam si summo iure, & ad normā (ut sic dixerim) mathematicam rem exigamus, quis ignorat omnem definitionem in Iure periculosam: rarumq; esse in tam magna negotiorum uarietate, ut non subuerti possit. l. Omnis definitio. ff. De regu. iur.

Duxit autem Modestinus hanc definitionem ab officio usucapionis, cuius exitus & proprium est, ut per eam acquiratur dominium, quod alioqui in rebus bona fide traditis nunquam certò constare posset: quia propter infinitam rerum uarietatem incertum est plerunq; utrum tradens sit dominus, an non sit. Reperamus autem Modestini uerba propter cōmodiorem interpretationem.

DOMINII. In hoc articulo suborta est disputatio inter Doctores Iuris Ciuilis, utrum dominium directum uideatur adijci, an utile: Tametsi uerò in re ipsa nō ita magnus sit fructus, maluerunt tamen dissentire. Martinus glossator dixit, directum dominium acquiri longo tempore. Accursius utile tantum concessit. Bar. in Auct. Nisi. C. De bon. mater. sequitur Accursium, per. l. j. §. ult. ff. De aqu. & aquæ pluui. arcen. Quem locum pro summa ratione suæ opinionis adfert: de quo mox uidebimus.

Cæterum, sententiam Martini uerissimam esse, probabunt ea ferè omnia, quæ de ratione temporis infra tractabimus. Interim, quòd alij uerba Legum, quæ adquisiti per longã possessionem domini mentionem faciunt, interpretantur de utili dominio, caret ratione & auctoritatis exemplo, ut in .l. Traditionibus. C. De pact. Quid enim urget ibi & in hac definitione, non propriè intelligi uerba domini?

Imò & .d.l.j. §.ulti. aduersatur Accursio, tantum abest quòd eius errorè confirmet. Quare uerba ipsa Vipiani sunt nobis excutienda. Eritq; ista (inquit) quasi seruitus, in quam rem utilem actionem habemus, uel interdictum. Certè, hæc clausula, non pertinet ad ea, quæ superius de uetustate dixit, sed potius ad præcedentem clausulã de seruitute naturali. Ea enim seruitus, quæ ab inferiore agro superiori debetur natura, quasi seruitus erit, & uendicabitur uti in rem confessoria actione. Verum illa, quæ per uetustatem acquiritur, est directa, quod satis superq; ostendunt uerba (uelut iure impositam seruitutem.) Nam significat proprietatè, & referuntur necessariò ad materiã uetustatis, quã ibi quoq; tractat Vipianus. Ut interim uideas, quàm periculosum sit, non satis perspecta Lege, statim pronunciare.

Et mediufidius, qui tam faciliter loquuntur de ratione temporis, hi nõ perpendunt uim eius, nec uident quàm facillè multa possint eueri, summo totius Reipublicæ incommodo, nisi tempori plurimum tribuamus, accedente Iuris auctoritate. Porrò, si regna mutat, adeoq; totum orbem in alios atq; alios mores trãformat successus temporis: cur non etiam priuatarum rerum dominia pleno iure possit adijcere? Proinde facessat disputationes ociosæ, ad hæreamus (quando euident ratio diuersum nõ possit) uerbis Legislatorũ. Sicut enim omnium rerum, ita & directorum dominiorum, per usucapionem uicissitudo est.

PER CONTINUATIONEM POSSESSIONIS. Ecce, primum omnium requiritur possessio; ac illa quidem continua. Nam satis constat, sine possessione usucapionem non procedere, Licinio Rufino auctore in .l. Sine possessione. ff. De usucapioni. Rursus non potest uera atq; probabilis censerì possessio, nisi sit continua; quoniam per intercapedinẽ possessionis, ferè semper incidere solet conscientia rei alienæ, quæ impedit ius usucapiendi.

Continua autem possessio dicitur, non solum quæ penes unum atque eundẽ semper est, uerum etiam quæ ab uno ad alium legitime translata fuerit. Etenim tẽpora possessionis, quibus authores bona fide possederunt, meritò debent prodesse & reputari ad complendã usucapionem ijs, qui in locũ eorum succedunt, siue ex contractu, siue ex ultima uoluntate. Puta hæredibus accedit possessio testatoris, & emptor utitur tempore uenditoris, nec solum immediati, sed etiam ulterioris. Nisi fortè medius aliquis ex authoribus nõ possidisset, quia tũc non posset per rerum naturã censerì coniuncta seu continua possessio. Scæuola in .l. De accessionibus, in princi. Venuleius in .l. In usucapione. §. j. ff. De diuers. tẽpor. præscriptioni.

His nihil obstat, quòd hæreditas iacès, nec dum adita, complet cœptam à defuncto usucapionem: quasi hanc effici possit, etiam sine possessione usucapionem procedere: Quia hæreditas antea quàm adeatur, repræsenter personam defuncti. Neratius in .l. Cœptam. ff. De usucapioni. Hermogenianus in .l. hæreditas. ff. De acquiren. rer. domini. Hæreditas (inquit) in multis partibus Iuris pro domino habetur. ideoq; hæreditati quoq; ut domino per seruũ hæreditariũ acquiritur.

Cæterum, possessionem hic iustam quoq; intelligi oportet, quoniã uerba definitionis cũ effectu sunt accipienda. Itaque possessio ut suam uim ac potestatẽ habeat, possitq; suppeditare conditionem usucapiendi, requirit legitimum titulum, & bonam fidẽ: denique & rẽ quæ usucapionem admittat: quæ qualia sint, uideamus.

Titulus, est per quem indicatur nobis aliqua possidendi legitima causa, sufficiens ad dominium acquirendum uel directo & immediate, uel saltem mediante usucapione, de qua nunc tractamus. Dicitur enim titulus à tuendo, quòd factum authoris tueatur, indicans ueritatem cuiuslibet rei: Ut si quis alterius fortè generis quicquam esse contendat, recurratur ad titulũ. Tales in Iure Tituli sunt: Pro soluto: Pro emptore: Pro hærede: Pro donato: Pro derelicto: Pro legato: Pro dote: His enim Titulis indicant legitimæ causæ seu formulæ per Iuris auctoritatem confirmatæ ad acquirendam possessionem: & proinde ex possessione, aliàs

aliàs dominiū, aliàs usucapiendi conditionem, de quibus tractatur lib. Pandectarum III. Vt ecce, si quis impugnet possessionē uel usucapionē meam, quasi iniusta sit, mox recurro ad titulum, & indico mihi talē rē ex contractu, puta emptionis & uēditionis, fuisse traditā. Certē hęc demonstratio tuebitur me, alioqui Iure succumbentē. Adeo sine his titulis nulla possessio, nulla usucapio, bonum initium, & felicem exitum habere potest. Neque enim ex omni causa licere debuit unumquenque sibi pro insatiabili adfectu, possessionem asserere, & sic usucapere rem alienam: sed oportebat cum primis dominiū transferendi rationē (quæ maximam inter mortales dissentionem parere solet) certo & immutabili ordine cōstare. Quod pertinet quod Paulus in l. ij. §. j. ff. Pro hæred. Quod uulgò (inquit) respondetur, causam possessionis neminem sibi mutare posse: sic accipiendum est, ut possessio non solum ciuili sed etiam naturalis intelligatur. Et propterea responsum est: neq; colonum, neq; eum, apud quē res est deposita, aut cui commodata est, lucri faciendi causa pro hærede usucapere posse. Et in l. Non solum. §. j. ff. De usucapio. Sic itaq; constat, quod traditio ex legitima causa seu titulo producit possessionem: & rursus possessio, producit usucapionem & dominium. Quæ omnia sic cohærent, ut intellectu Iuris separari nō possint, si constare debeat usucapio. l. Traditio. in fi. ff. De acqui. rer. domi. Falsum est enim Accursij commentum, quod uerba (per hanc) non referantur ad possessionē. Vnde fit, quod aliàs dicitur titulus possessionis, aliàs titulus usucapionis. Vlpianus in l. j. in princi. ff. Pro dot. aliàs denique, species possessionis, ut in l. ij. in princ. ff. Pro suo. Est præterea titulus quidam generalis, uidelicet: Pro suo, cum dominium nobis acquiri putamus, & ex ea causa possidemus, ex qua acquiri solet, siue Iure gentiū, siue Iure Ciuili. Qua ratione & ante usucapionem censetur quis pro suo possidere. Comprehendit enim hic titulus generaliter omnes dominiū acquirendi causas, ut quoties dico rem meam esse, nec addo causam specialem, uideor omnes causas dicere. Concurrit etiam cum titulo speciali. Nam ex causa emptionis, & pro emptore, & pro suo possideo. Idem in re legata, uel donata, uel alijs quibuscunq; modis legitime tradita. Vlpianus in l. j. ff. pro suo. Paulus in l. Possideri autē. §. Genera possessionum. ff. De acquirend. uel amitten. possessio.

Bona fides quoque necessario requirit in traditione, & cū possessione continua esse debet, ut procedat usucapio. Iulianus in l. Qui fundum. §. Qui bona fide. ff. Pro emptor. Neque enim usucapiendi conditio, ad defendendam hominum malitiam introducta est, ut alter alterius res utcunque nactus, sciens retineat & contractet: uerum ad tuendam innocentiam pertinet eorum, qui ignorantes nanciscuntur ex legitima causa possessionē alienæ rei: quod frequentissime accidere potest, & toleratur, scilicet ne quis sub bona fide damnū incurrat. Vnde etiam Publitiana in rem actio proficiscitur.

Bona fides autem, est sincera cōscientia, unumquenque certò excusans de ignorātia rei alienæ, quam uel tradit alij, uel accipit ab alio. Nemo sanè conscientiam suā uelut mille testes, fallere potest, si utcunque aduersario uel Iudici imponat. Eadē ratione mala fides, est læsa conscientia, quæ accusat & conuincit aliquem non ignorare rem alienam esse, quam per fraudem, uel tradit, uel accipit. Hanc igitur bonam fidem, causam esse separatam ab alijs, facile uel hinc apparet: quia non recte consequitur, eum habere bonam fidem, qui titulum habet seu possessionē. Et ex diuerso qui bonā fidem habet, is per hoc titulum & possessionem nō probat. Sicut qui sciens alienam rem emit, uere quidem emisse dicit, & speciosum in hoc titulo prætextum possidendi habet: attamen non usucapiet in æternū, quia bona fide caret & læsa conscientia possidet. Ex contrario si quis bona fide existimet se rem emptionis titulo possidere, falsa tamen opinione per errorem concepta, ut cum nulla unquā emptio interceserit: ei certē nihil proderit bona fides, quia in facto circa titulum errat. Vlpianus in l. Celsus. ff. De usucapioni. Paulus in l. ij. in princ. ff. Pro empto. Et in l. j. in princip. ff. Pro donat. Nisi tamen iustam erroris causam habuerit ex alieno facto. Africanus in l. Quod uulgò. ff. Pro emptor. Neratius in l. ulti. ff. Pro suo. Solus enim error alieni facti, non etiam proprii, excusat bonæ fidei possessorem. Error uerò Iuris, semper nocet ei, nec sinit procedere usucapionem. Puta, si emptio quidem uerè facta sit, sed Iure non ualeat, quia à pupillo sit emptum sine autoritate tutoris. Pomponius in l. Vbi lex. ff. De usucapioni. Vbi lex (inquit) inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Paulus in l. Nunquam in princi. ff. eod.

tit. Cuius diuersitatis rationē eleganter tractat Neratius in .l. In omni. ff. De iur. & fact. ignoran. Cum ius (inquiring) finitū esse & possit & debeat: facti interpretatio plerunque etiā prudentissimos fallat.

Et hæc quidem omnia sic habent de bona fide ipsius possessoris, quæ continua esse debet usque ad exitum usucapionis, præsertim apud nos hodie, qui charitatis arctissimā uim, Deo autore agnoscimus, quam gentes olim sub umbra naturalis rationis uidebāt, inter primæ iuris præcepta recensentes, ne quem lædamus calumniosè. Innocentius Romanus Pontifex in .c. ulti. De præscripti. Quoniam omne (inquit) quod non est ex fide, peccatū est. Et paulò infra: Vnde oportet, quòd qui præscribit, in nulla temporis parte, rei habeat conscientiam alienæ. Vlpianus in .l. Sed & si lege . §. De eo . ff. De peti. hæredita. De eo autem (ait) loquitur Senatus, qui ab initio mente prædonis res hæreditarias adprehendit. Quòd si ab initio quidem iustam causam habuit adipiscendæ possessionis: postea uerò conscius, ad se nihil hæreditatē pertinere, prædonis more uersari cœpit: quamuis nihil Senatus de eo qui uidetur, puto tamen & ad eum mentem Senatusconsulti pertinere. Parui etenim refert, ab initio quis dolosè in hæreditate sit uersatus, an postea hoc facere cœperit. Et hæctenus quidem de bona fide possessoris.

Sed quid dicemus de mala fide authoris, qui rem alienam sciens tradit, nec dixit accipienti, An noceat possessori, cum sit bonæ fidei? In hoc apud ueteres non nihil uariatū est. Iuris consulti Romani quoniam frequentissimè accidebat, res à malæ fidei possessoribus tradi, cū id accipiens diuinare non posset, existimabant fraudem authoris nihil obesse successoribus, qui ex titulo particulari rem accepisset, nec uellet uti accessione authoris. Vlpianus in .l. An uitium, in princi. ff. De diuers. tempo. præscript. Et in .l. Apud Celsum . §. De authoris . ff. De dol. & met. exceptio. De authoris (inquit) dolo exceptio emptori non obijcietur. Si autem authoris accessione utitur: æquissimum uisum est, eum, qui ex persona authoris utitur accessione, pati dolum authoris. Et per hoc æquè traditur, rei quidem cohærentē exceptionē etiam emptori nocere: eam autem, quæ ex delicto personæ oriatur nocere non oportere. Et hoc in titulo particulari. In titulo autem uniuersali, perfidia testatoris nocebat, & nunc quoque nocet hæredi. Iulianus in .l. Cum hæres . ff. De diuers. tempor. præscripti. Cum enim hæres (inquit) in ius omne defuncti succedit: ignoratione sua defuncti uicia non excludit.

Hodie uerò malæ fides authoris, nocet omnibus successoribus, etiam particularibus quantumuis bonæ fidei, usque ad XXX. annos, scilicet cum uerus dominus ignorat rei suæ alienationem factam, Quòd si intellexerit quocunq; modo, nec uoluerit persequi ius suum, sufficit longum tempus ad defendendum bonæ fidei possessorem, nec obstat authoris uitium. Auct. Malæ fidei. C. De præscriptioni. long. tempor. Constituit hoc Iustinianus respiciens ad puritatem Christianæ religionis, quæ non admittit ullo modo iacturam proximi ignorantis. Quod tamen quomodo intelligendū sit, inferius apparebit. Interim uideamus quanto tempore debeat esse continua bonæ fidei possessio.

TEMPORIS LEGE DIFFINITI. Varijs autem modis ab olim diffinita sunt tempora ad usucapiendum, alijs aliam diuturnitatem ipsis dominis ut res suas inquirerent, sufficere existimantibus. In hoc tamen consenserunt omnes, quòd tempus diffinitum cōtinuò numerari oporteret. Paulus in .l. Nunquam . §. j. Caius in .l. Naturaliter . ff. De usuca. Quod utiq; non tam dura interpretatione accipiendum est ut à momento ad momentum tempus computandum esse credamus: sed ita. quòd dies cœptus, habeatur pro cōpleto. Vlpianus in .l. In usucapionibus, cum .l. seq. ff. eod. tit.

Sed quantum ad diffinitionem temporis attinet, cuius hic fit mentio, ueteres olim ad usucapionem rerum mobilium, ubique annum constituebant, immobilium uerò biennium: sed in Italico duntaxat solo. Noluerunt enim in Prouincijs itidem procedere usucapiones rerum immobilium: sicut & ius patriæ potestatis, proprium erat ciuium Romanorum . §. Ius autē Insti. De patri. potest.

Iustinianus uerò sublata locorum differentia, constituit, ut res mobiles triennio, immobilis autem longi temporis possessione, id est, inter præsentis decennio, inter absentes XX. annis usucapiantur. Insti. De usucapionibus in princ. l. j. C. De usucapi. transforman. Vnde constat, apud ueteres dictam fuisse longam possessionem, duorum annorum, quam nunc

X. & XX. annorum appellamus. Et hæcenus de usucapionibus, quæ ad acquirendum dominium principaliter pertinent.

Præscriptiones uerò quæ aliò spectant quàm ad rerum dominia, de quibus etiam in hoc libello tractaturi sumus, hoc modo licebit describere. Præscriptio, est legitima diffinitio temporis, ideo constituta, ut in omnibus negocijs oportunitas cum tranquillitate retineatur. Nec sanè opus est hic superuacanea declaratione. Nemo enim non uidet, has omnes præscriptionum species eò pertinere, ne quid in Republica, uel tardius, uel præmaturius, fieret, quàm æquum & bonum uideretur. Porrò, in rebus tractandis, aliàs ad diligentiam exercendam, aliàs ad præcipationem euitandam, urgendi sumus præfixis temporum metis.

Vt ecce, præscriptiones. **XXX. & XL.** annorum, primario respectu ad acquirendum dominium non sunt introductæ, cum **X. & XX.** annorum sufficerent: nec igitur ad hoc principaliter spectant. Veruntamen si quis tanto tempore possederit, ex iusta causa & bona fide, haud dubiè usucapiet. Quia si **XX.** anni sufficiunt, multò magis sufficient. **XXX. & XL.** Iustinianus in. l. Si quis emptionis, in princi. C. De præscripti. **XXX.** anno.

Quorsum igitur respiciunt istæ præscriptiones longissimi temporis? Ad hoc nimirum introductæ sunt, ut esset aliquis extremus litium terminus inter homines quomodocunque possidentes, ne propter paucos malos, omnia dominia prorsus perpetuò essent incerta. l. Cum notissimi, in princip. C. dict. tit. Perspeximus (inquit Iustinus) hoc quoq; emendare, ne possessores eiusmodi propè immortali timore teneantur. Erant autem huiusmodi longissimæ præscriptiones antiquis Legislatoribus incognitæ, quòd proculdubio lites non tam essent frequentes, quàm posterioribus seculis in maiorem semper discordiam degenerantibus, omnia tribunalia rixis scaterere cœperunt. Itaq; mens Imperatorum non fuit: per diffinitionem longissimi temporis, calumniam malæfidei possessorum defendere, aut dominos facere eos, qui iure fieri non possent propter læsam alienæ rei conscientiam: sed quòd esset semel finis litium, ne post tm̄ tempus admitteretur ullus actor ad disputandum de bona aut mala fide possessoris. Neq; enim credendum fuit, omnes homines fraudulentos fore. Quòd si utcunq; unus aut alter futurus esset, certè non debuit idcirco uniuersa Respublica æternis litibus conquassari, & sub incerto relinqui, num quis securè res suas possideret. Proinde, ob publicam tranquillitatem constitutum est, omnes actiones tam in rem quàm in personam, speciales iuxta & uniuersales, uel præscriptionem **XXX.** annorum eleuari posse. Et generaliter, cuilibet iuri, priuato uel publico, saltem. **XL.** annis præscribi, ut possessor qualiscunq; possit longissimi temporis exceptionem, uel ante, uel post litem contestatam opponere. l. Sicut. E. l. Omnes. C. De præscripti. **XXX.** annor.

Effectus ergo longissimæ præscriptionis est, ut & ipsa bonæfidei possessori, multò magis quàm longi temporis usucapio, ex legitima causa procedens, prælitet actionem & exceptionem. Actionem si possessionem amiserit, ut repetat: Exceptionem, si alius aduersus eum egerit, ut se defendat. Alioqui, malæfidei possessor, exceptionem duntaxat habet: non quòd lex eius dolum probet aut defendat, sed ut sit finis litium. d. l. Si quis emptionis. §. j. Porrò istæ regulæ Iuris naturalis: Non concupisces rem alienam: Malæfidei possessor nunquam usucapit, in suo perdurant ordine, non refutantur à Iure Ciuili. Deutero. v. Et c. Vigilanti. c. ulti. De præscrip. Quare unumquenq; oportet examinare seipsum, qua fide possideat, sciturus, in speciem nihil ad se pertinere longissimi temporis exceptionem, quia uiciosam possessionem non iustificat, multò minus tunc dat dominium: sed duntaxat generaliter omnibus controuersijs post tantum tempus præcludit uiam. Vnde Imperator in d. §. j. indigni præfatio Iuris pronuntiat malæfidei possessorem.

Sed ager'ne bonæfidei possessor post completam usucapionem aduersus uerum dominum, ad quæ fortè peruenit possessio? Respondeo: Vtiq; agere potest, sicut Accursius in. l. Si quis emptionis, in prin. C. De præscripti. **XXX.** anno. rectè probat secundū Ioannè, bonis rationibus. Quia si usucapio transfert dominium à domino, cur non etiam ius agendi, in bonæfidei possessorem? l. Eum qui ædes. ff. De usuca. Item, si ante completam usucapionem habet ius agendi, cur non postea plus iuris habuerit?

QVO IVRE INTRODUCTA SIT VSV
capio & præscriptio.

Quo magis intelligatur vis simulatq; utilitas usucapionis & præscriptionis, exerceamus hic æquitatis inuestigationem, re in utraq; partem expesa, Iurisconsultorum exëplo in. l. j. §. Quæsitum est. ff. Quor. legato. Et. l. j. §. Accusationem. ff. Ad Senatusconsul. Turpilia.

In primis itaq; uideri posset alicui, usucapionem & præscriptionem iniquam esse. Est enim iustissima regula: Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest. Pomponius in. l. Id quod nostrum. ff. De regul. Iur. Et propterea Labeo in. l. In omnibus. ff. De actio. & obliga. In omnibus (inquit) quæ dominium transferunt, concurrat oportet affectus ex utraq; parte contrahentium. Sed in usucapione & præscriptione, regulariter nullum factum, nullus affectus domini interuenit. Ergo fuerit iniustum, auferri ab eo dominium.

Præterea: Tempus neq; constituere potest, neq; tollere obligationem. I. Obligationum ferè. l. Placet. ff. De actio. & obligatio. Dominium autem maius est obligatione. Igitur absurdum uidetur, per tempus tolli dominium, cum id quod minus est, uidelicet obligatio, tolli non possit.

Denique, Natura æquum est neminem cum alterius detrimento locupletiolem fieri debere. I. Nam hoc natura. Et. l. Hæc conditio. ff. De condict. indebit. l. Rerum quidem, in fi. ff. De acti. rer. amota. l. Si pupilli. §. Sed & si quis. ff. De negot. gest. l. Iure naturæ. ff. De reg. Iur. Et. l. Si quis. §. ulti. ff. De instito. actio. Cum autem usucapio & præscriptio adijciat dominium alienæ rei, certè locupletari uidetur possessor cum aliena iactura, refragante æquitate.

His atq; alijs id genus primò aspectu speciosis rationibus, incautior quis facilè falli possit, nisi alteram quoq; partè oculatus inspiciat, ut certè plerisq; erroris ansam præbuit, quòd rem usucapionis ad ueram normam æquitatis non satis exegerunt.

Itaq; neminem latet: Alienationes inter homines frequentissimas esse, cum per contractus, tum per ultimas uoluntates. Quid enim frequentius est, quàm quòd res quibus indigemus, ab uno transferantur ad alium, propter usum transigendæ uitæ necessarium? argu. l. ulti. ff. De Legi. Iam nemo factum alterius scire potest, utrum tradens sit dominus, an non sit. Proinde, si dominus est, dominium tradendo transfert. Si non est dominus, nihil ad eum qui accipit, transfertur. Vlpianus in. l. Traditio, in princ. ff. De acquiren. rer. domini. Si igitur liceret priori domino quocunq; tempore uenienti, petere rem à possessore, sequeretur ferè neminem aliquid securè possidere: cum possessor nollet petitori, nec petitor possidenti cedere, concurrentibus ad rixas cognatis utriusq; partis, non posset constare ulla in Republica tranquillitatis scintilla.

Itaq; extrema rerum necessitas, & publica salus exigebat, temporum diffinitionibus & usucapionum modis, dirimi infinitas controuersias hominum, quas auaritia, omnium maiorum radix, sæpè suppeditat. §. Considerauimus, ad fi. In Auc. Vt iudic. sine quo. suffragi. Habes igitur ineuitabilem causam introducendæ usucapionis & præscriptionis: restat, ut obiecta declarem potius quàm refellamus, quia non refragantur, si rectè percipias.

Principio, non oportet ignorare, gradus quosdam esse in colligendo Iure & æquitate. Nam sicut in rerum natura aliud alio melius & deterius est, ut dicit Vlpianus in. l. Vbi autem non apparet, in princ. ff. De uerbo. obligat. Ita inter Iuris & æquitatis regulas, alia superior est, alia inferior, siue de negocijs, siue de delictis tractetur. Conueniens autem est, inferiorem regulam, superiori cedere, argu. l. j. §. ult. ff. De aqu. plu. arcend. Si tamen (inquit Vlpianus) Lex non sit agro dicta, agri naturam esse seruandam, & semper inferiorem superiori seruire, atq; hoc incommodum naturaliter pati inferiorem agrum à superiore. Inferior æquitatis regula est: Ea quæ semel placuerunt, esse seruanda. Vlpianus in. l. j. in princ. ff. De pact. Superior regula est. Pacta quæ turpem causam continent, non sunt obseruanda. Paulus in. l. Si unus. §. Pacta. ff. eod. tit. Hæc enim ad publicam utilitatem, illa ad priuatam refertur.

In re proposita igitur, cum ea quæ superius allegata sunt, pertinent ad priuatum com-
modum

modum, uel incommodum, & unius uel alterius personam solum respiciunt: Usucapio autem & praescriptio publicam utilitatem, atque (ut uerè dixerim) statum Reipublicae concernunt. Ergo quae diuersis rationibus sic generaliter discreta sunt, ea certè nihil repugnant. Videmus tamen in speciem, quomodo non aduersentur usucapioni & praescriptioni.

Primum argumentum ductum ex regula: Id quod nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest: nihil prorsus obstat. Quia utique in usucapione & praescriptione quodammodo adfectus alienandi domini interuenire censetur, cum quis tanto tempore rem non persequitur & negligit, iuxta. l. Alienationis. ff. De uerbo. significat. Quanquam si donec exempli causa, rem alicui post tanta temporum interualla propter publicam pacem planè auferri, non tamen id fuerit iniustum: quandoquidem propter utilitatem publicam, ut boni sunt quieti, & mali terreantur, permissum est, uel ultimo supplicio, uel alio modo ipsam quoque personam scelerati hominis è medio tollere, quae nullis utique bonis aestimanda fuerit.

Secunda uero obiectio, quae à similitudine obligationis colligitur, multò minus quicquam efficit. Quia non loquitur allegata. l. Obligationum, de tempore usucapionis uel praescriptionis: sed de tempore oportuno à contrahentibus diffinito, quod ipso quidem iure, neque constituit, neque adimit obligationem: ueruntamen per exceptionem tollit. §. At si ita. Inst. De uerbo. obliga. l. iij. ff. De seruituti. Proinde, neque hic, cum de usucapione tractatur, dicimus sufficere tempus nudum: sed ex legitima causa traditio: ex traditione possessio bonae fidei: postremo usus tanti temporis. Manca igitur collectio est: Tempus non producit obligationem: Usucapio fundatur in tempore: Ergo usucapio est iniusta.

Tertia denique ratio, quae ducitur ex. l. Nam hoc natura. ff. De condi& indebit. non solum non impugnat, uerumetiam efficacissimè defendit usucapionem. Nam potius is, qui post tanta temporis interualla non petit rem, afficere uult possessorem detrimento, hoc est, iactura rei, uel aestimationis. Ille uerò, qui pro suo, bona conscientia rem diffinito tempore possidet, iure suo utitur, nec ulli facit iniuriam.

Vides, quam summa aequitate constant usucapiones & praescriptiones: quam longè referat publicam utilitatem praeferrì priuatis commodis: Vt interim indubitatum sit, tota uia et rare illos, qui praescriptiones distinguunt in fauorabiles, odiosas, rigorosas, & mixtas: ex quorum numero Gratianus quoque est, i. l. uia uiri reuerentia, xvi. q. ij. §. Praescriptionum. Respexerunt enim duntaxat ad priuatorum utilitatem, cum (ut iam probatum est) omnes usucapiones & praescriptiones, à breuissima usque ad longissimam, ex eadem causa sint, uidelicet publicae salutis & tranquillitatis.

Sic ergo colligendum est: Quicquid publicè prodest, summo fauore dignum censetur. Omnis praescriptio seu diffinitio temporis, ad retinendam oportunitatem & concordiam, publicè prodest: Ergo fauorabilis est censenda. Maiorem eleganter probat Cicero lib. Officior. j. Et de senectute disserens, refert Q. Fabium Maximum, cum Augur esset, dicere solitum: Optimis auspicijs ea geri, quae pro Reipublicae salute fierent: quae contra Rempublicam ferrentur, contra auspicia fieri. Iustinianus in l. j. §. ult. C. De caduc. tollend. Et in Auct. De haeredib. & Falcidi. in princ. Pomponius in l. j. ff. Solut. matri. Dotium causa (inquit) semper & ubique praecipua est. Nam & publicè interest, dotes mulieribus conseruari. Sunt id genus infinitae sententiae in Legibus. Minorem uerò tradunt Caius in l. j. ff. De usucapio. Neratius in l. ult. ff. Pro suo. Quinimò, ex his quae dicta sunt constat: quòd usucapiones introductae sint, etiam illorum ipsorum interesse, quorum res usucapiuntur. Nam si eis permitteretur, nulla temporis ratione habita, in rem agere: possent & alij simili iure aduersus eos uti: futurumque esset, quòd nihil securè possiderent, sicut Imperatores grauiter rescripserunt quibusdam, postulantibus rescindi contractum emptionis & uenditionis, in l. Ratas manere. C. De rescinden. uenditio. lunge. l. Cum notissimi, in princ. C. De praescrip. xxx. annor.

IN Q-VIBVS CAVSIS CESSAT VSVCA-
pio & praescriptio.

Quaquam autem utilis, adeoque necessaria res sit usucapio & praescriptio, non tamen
tam in

tam indiscriminatim procedit, ne aliquando propter uarias rerum ac personarum circumstantias deneganda sit.

In primis itaq; malæfidei possessor non usucapit, nec ullo temporis lapsu rem alienam acquirere potest, ut supra probatum est. Modestinus in. l. Bonæfidei. ff. De uerbo. signifi. Bonæ fidei emptor (inquit) esse uidetur, qui aut ignorauit eam rem alienam esse: aut eum, qui uendidit, ius putauit uendendi habere, puta procuratorem, aut tutorem esse.

Sed quare in materia usucapionis præcipuè bonæfidei possessor significat eum, qui rem à non domino accepit: eum in omni contractu oporteat interuenire bonam fidem, alioqui ex dolo malo præcedente aut incidente, irritum fit quod agitur. Vlpianus in. l. Et eleganter, in prin. ff. De dol. malo. Respondeo: Ius & conditio usucapiendi, principaliter dependet ex bona fide, hoc est, ex iusta ignorantia rei alienæ. Ergo appositissime is, qui per usum temporis rem suam facit, bonæfidei possessor nuncupatur, quia Lex illam bonam fidem agnoscit, supplet, tuetur: per hoc tamen nemini permittitur mala fides, & dolus in alijs negotijs. Quemadmodum enim contractus bonæfidei dicuntur, in quibus per legitimam interpretationem ueniunt etiam ea, quæ contrahentes fortè ob simplicitatem non satis expresserunt, ad differentiam contractuum stricti iuris, in quibus non habetur ratio nisi eorū, quæ uerè sunt & nominatim acta, non autem ad differentiam contractuum ex calliditate & dolo malo procedentium: Ita bonæfidei possessores appellantur, ad differentiam eorum, qui ratione ueri domini, quod à domino in eos translatum est, possident: in qua possessione nulla interpretatione aut supplemento Legis opus est: Non autem ad differentiam illorum, qui per fraudem uel rapinam possident, quos nunquam usucapere expeditum est.

Quid autem dicemus post cōpletam usucapionē seu præscriptionē, si mala fides & conscientia rei alienæ incidat, num restituere uero dño debeat? Panormitanus secundū Glosam in. c. Vigilanti. De præscriptio. argumentatur summo iure, nunquam esse restituendam rem semel usucaptam. Mihi uero Alani sententia uidetur æquior, ut distinguamus inter titulum seu causam possessionis onerosam, & lucratiuam. Nam qui ex causa onerosa, utpote emptionis, rem possedit & usucepit, is cum detrimento suo non uidetur teneri ad restituendam eam, ut ut rescierit alienam esse. Iuste enim possidet, qui autore Prætoris, aut Lege possidet. l. Qui Prætoris. ff. De acqui. possessio. Augusti. VIII. distinctio. Quo iure. Si uero ex causa lucratiua, scilicet donationis, rem habeat, debet eam uero domino, etiam post usucapionem restituere. Nullum enim in hoc patitur damnum, exemplo. l. Quod autem. §. Simili modo. ff. Quæ in fraud. credito. Nec uidetur (inquit Vlpianus) iniuria affici is, qui ignorauit: cum lucrum extorqueatur, non damnum insignatur. Hic enim obstant naturalia & Diuina præcepta: Non furaberis: Non concupisces rem alienam.

Illud ignorandum non est: quòd in dubio præsumitur bona fides, nisi probetur contrarium. Qui enim dolum seu malam fidem allegat, agendo uel excipiendo, probare debet. l. Quoties. §. Qui dolo. ff. De probat. l. Super seruis in prin. C. Qui milita. poss. uel non, lib. XI. Licere dominis (ait Iustinianus) adire competentem Iudicem, & suam ignoratiam eò, quòd contrarium minime probatur, ostendere.

II **A**duersus Leges humanas, nulla annorum præscriptio admittitur. l. Vbi Lex. ff. De usucapio. Vbi Lex (inquit Pomponius) inhibet usucapionem, bona fides possidenti nihil prodest. Multò minus ergo. aduersus Diuinas & naturales Leges ualebit ullum longum tempus. Quia Diuina & naturalia Iura, semper manent firma atq; immutabilia. §. Sed naturalia. Insti. De Iur. natu. genti. & Ciuil. Adeò, ut nullus error Iuris naturalis ueniam mereatur. l. Venia. C. De in Ius uocand. Alioqui & furta, homicidia, rapinæ, ac alia id genus delicta, per tempus excusari possent, quoniam his (autore Sathana) nihil in mundo antiquius est. Accedit quod Romanus Pontifex, negat ullam hominis dispensationem admitti aduersus Ius naturale & Diuinum. c. Literas. De restitu. spoliato. c. uli. De præscriptio.

III **C**oloni, precario possidentes, usufructuarij, creditores, commodatarij, depositarij, Emphiteotæ, Vassalli, superficiarij, item generaliter omnes, qui alieno nomi-
ne possi-

ne possident, aduersus eum à quo possessionem habent, nullo temporis prætenu iuuantur: quia bona fide carent, scientes proprietatem rei ad alios pertinere, quanquam & ipsi ius in ea habeant. l. ij. C. De praescriptio. xxx. annor. §. Vsfufruarius. Inst. Per quas perso. uob. acquiri. l. Non solum. §. Qui pignori. ff. De usucapio. l. Nec creditores. C. De pignora. actio. Vnde nihil huic refragatur id quod dicitur, in. §. Si quis per xxx. annos. Si de feu. defunct. conten. sit inter domi. & agna. Vafal. In usib. feudo. Quia non praescribit domi no in proprietate: sed solum in eo, quòd inuestitus uideatur uasallus post tantum tempus, etiamsi reuera non sit unquam ei tradita possessio, quæ proprie est inuestitura. c. j. in princip. Quid sit inuestitu. Ibidem.

Huc pertinet, quod Vlpianus in. l. Nunquam. ff. De usuca. Nunquam (inquit) superficies sine solo capi longo tempore potest. Quali dicat: Aduersus dominum ipsum cuius solum est, nō potest usucapio procedere. Ius autem superficiei, utiq; per tempus acquiritur. l. Cum sponsus. §. In uectigalibus. ff. De Publicia. Adde. l. Generaliter. ff. De acquiren. possessio.

III **S**ubditi, aduersus legitimam obediētiam Magistratus, nullam praescriptionem aliegare possunt. Enimuero, iure Diuino & humano talis obedientia praecipitur. Apostolus Romano. xij. Et in Aucten. Ut omn. obedi. Iudicib. prouinciar. in princi. §. j. & ij. Si quis autem uoluerit eximi Iudicum potestati, faciat id quod bonum est, & non timebit Magistratum.

V **R**es mobiles, furtiuæ, uel immobiles ui possessæ, usu non capiuntur, etiam ab ijs qui bona fide eas acceperint: propter uitium furti & uolentiæ, quod sequitur res ipsas, quocunq; peruenerint, excepto domino apud quem purgatur hoc uitium. §. Furtiuæ. Insti. De usucapi. Paulus in. l. iij. §. Quòd autem. Et. §. Tunc in potestatem. ff. Eod. tit.

Sed hic fortè dubitauerit aliquis. Si uitium sequitur rem quoquò uersus, quomodo locum habebit usucapio? Nam primum alienans rem, utiq; intellexit alienam esse. Ergo furtum fecit alienando, iuxta uulgatam regulam: Respondet Iustinianus in. §. Sed tamen. Insti. dict. tit. Paulus in. l. Potest pluribus. ff. eod. tit. Potest (inquit) pluribus modis accidere, ut quis rē alienam, aliquo errore deceptus, tanquam suam uendat fortè, aut donet: & ob id à bonæ fidei possessore res usucapi possit: ueluti si hæres rem defuncto commodatam, aut locatam, uel apud eum depositam, existimans hæreditariam esse, alienauerit. Item, si quis aliqua estimatione deceptus, crediderit ad se hæreditatem pertinere, quæ ad eum non pertineat, & rem hæreditariam alienauerit. His casibus nullum contrahitur in re uitium: furtum enim sine affectu furandi nō committitur. Ergo, nihil est, quod usucapionem impediatur. Paulus in l. Furtum, in princ. ff. eod. tit. Et in hoc nihil mutatum est hodie.

In rebus autem immobilibus expeditior olim erat usucapiendi causa, quoniam furtum earum non committebatur, abolita quorundam ueterum sentētia. Vnde, si quis sine uinanciscebatur alieni fundi possessionem, quæ uacaret, uel negligentia domini, uel quia dominus sine successore decessisset, uel quòd hæres possessionem nō apprehendisset, uel quia dominus tam diu abfisset, ut uerisimile uideretur eum dereliquisse possessionē: his speciebus ipse quidem primus possessor usucapere non poterat, quoniam intelligebat se alienum possidere, & ob id mala fide possidebat. Sed si alij bona fide accipienti tradidisset, is usucapiebat. §. Quòd autem. Insti. De usucapionib. l. Quare ipse. ff. eod. tit.

Iustinianus uerò non ab re constituit, eos qui uacuam possessionem alienæ rei propria autoritate occupant, si fures subtilitate Iuris uideri non possunt, certè prædones cēsendos esse. Ideoq; nullam hodie usucapiendi conditionem, ex delicto possunt alij, ut ut bona fide accipientibus, adferre. l. ult. C. Vnde ui. Ridiculum etenim est (inquit) dicere uel audire, quòd per ignorantiam alienam rem aliquis quasi propriam occuparit. Omnes autem scire debent, quod non suum est, hoc ad alios modis omnibus pertinere. Praescriptio tamen xxx. annorum locum habet: non, quia lex probet huiusmodi possessionem, multò minus quòd dominum eum per usucapionē faciat: sed quia generaliter neminē uult audiri post tāta tēpora, non uult turbari publicā tranquillitatem æternis litibus, propter alios quoq; possessores lon

res longissimi temporis, qui utique boni uiri sunt, & res sine fraude habent.

VI **R**es sacra, sancta, publica, tributa, & id genus res Ciuitatum, nullam admittunt usucapionem. Caius in. l. Usucapionē. ff. De usucapioni. §. Res fisci. Instit. eod. tit. l. Competit. C. De præscripti xxx. anno. l. Via publica. ff. De uia public. Multò minus ea quæ supremæ potestati reseruata sunt, tolluntur ullo tempore, ut uulgò appellant Regalia: de quibus in Tit. Quæ sint regalia. In usû. feudo. Huc pertinet tit. C. Ne rei domini. uel templo.

VII **D**os, ante solutum matrimonium, à præscriptione exempta est. Triphonius in. l. Si fundum. ff. De fund. dotal. l. In rebus. §. ulti. C. De Iur. doti.

VIII **Q**uod contra Legē Iuliã repetundarū turpiter datū est Iudici, cuius & manus & oculos innocentes esse oportet, nulla usucapione acquiri illi, uel hæredibus eius. Idem dicendum est de uenditionibus aut locationibus, pluris minorisue eo nomine factis, quoniam irritæ sunt, nec ullo tempore confirmantur. Paulus in. l. Quod contra. ff. Ad Leg. Iuli. repetun. l. Bonæ fidei, in princi. ff. De acqui. rer. domi. Quare autem Leges tam uehementer execrentur corruptum animi iudicium in Magistratibus, eleganter tractat Iustinianus in Nouel. Ut Iudic. sine quo. suffrag. §. Tametsi enim. Et profecto (inquiens) quod sacra doceat eloquia, admiratione dignum simul & uerissimum est, nempe, auaritiã omnium malorum, matrem existere: & maximè, cum animis non priuatorum, sed Magistratuum innascitur. Quis enim absq; metu periculi non furetur, quis non secure latrocinetur, conuersis ad Magistratum oculis, uidentēq; illum omnia auro habere uenalia, confidens fore, ut nihil tam turpe admittat, quod non data pecunia possit redimere?

IX **S**eruitutes, quæ continuum usum non recipiunt, usu quoq; non capiuntur, ut sunt seræ seruitutes urbanæ & rusticæ. Paulus in. l. Seruitutes prædiorum, ij. in prin. ff. De seruituti. Nemo enim (ait) tam perpetuò, tamq; continenter ire potest, ut nullo momento possessio eius interpellari uideatur. Veruntamen, cum prædij ipsi, quibus debentur, usu captis, simul etiam ad bonæ fidei possessores perueniunt, & quantum ad effectum rei attinet, quodammodo usucapi uidentur. Sic accipe Vlpianū in. l. Si aliena. §. j. ff. De usucapio. Et Paulum in. l. Quædam. Caium in. l. Seruus, qui bona fide. §. Incorporales. ff. De acqui. rer. domini. Et ibi Accursius tractat. Cæterum, seruitutes quæ continuã causam habent, sicut aqua ducere, tignum immisum habere, usu rectè capi ad instar rerum immobilium x. annis inter præsentēs, & xx. inter absentes, absolutum est, in. l. Si quis diurno, in princi. ff. Si seruit. uendicet. l. Si aquam per possessionem. C. De seruitu. & aqu. Nec in his requiritur titulus, sed satis est ãnos probare, qui incipiunt à die, quo usus est quasi possessor seruitute, scilicet nõ ui, nõ precario. d. l. Si quis, in princi. Paulus in. l. ulti. Seruitute (inquit) usus non uidetur, nisi is qui suo iure uti se credidit. Vlpianus in. l. j. §. Iulianus ait. ff. De itine. actuq. priuat.

Quod autem paulò ante dictum est, seruitutes quæ continuã causam non habent, non usucapi, intelligendum est de tempore x. xx. xxx. & xl. annorum, non de eo tempore cuius non extat memoria apud homines uiuentes, quando cœperit. Vlpianus in. l. j. §. ult. ff. De aq. pluui. arcen. Si tamen (ait) agri Lex non inueniatur: uetustatem uicem Legis tenere. Paulus ibidem in. l. ij. §. Idē Labeo. Planè (inquit) si fossam iure factam, aut cuius memoria non extat: agi tecum posse aquæ pluuiæ arcendæ, ut reficias. Et in. §. seq. pulchre declarat, quomodo probetur, non extare memoriã. Vlpianus in. l. Hoc iure. ff. De aq. quoti di. & æstiu. Ductus aquæ (ait) cuius origo memoriã excesserit, iure constituti loco habetur. Quæ iurisconsultorum responsa, si diligenter conferas, uidebis quantam uim habeat tēpus in uicissitudine rerum mortalium. Est enim uice Legis, est uice constituti, est loco consensus: breuiter, nihil non potest mutare, ut desinant quidam mirari, quomodo directum dominium tribuat. Sic etiam, ubi interdicitur usucapionibus, ibi utiq; tam infinitum tempus locum habet. Quod nota diligenter ad stabiliendam omnium rerum præsentem Politiam,

nam, qua contenti esse debemus, & non ita faciliter ad innouationes externarum rerū moueri, sicut nunc pleriq; suadent.

X **M**Inoribus **XXV.** annis, quibus olim per restitutionem in integrum subueniebatur, hodie nulla praescriptio opponi potest ipso Iure. Iustinianus in. l. ult. C. In quib. caus. in integ. restitu. non est necessaria. Melius etenim est (inquit) intacta eorum Iura seruari, quam post causam uulneratam remedium querere. Tritum adagium est apud Suidam: Satius est in inijs mederi, quam fini.

Sæpè tamen praescriptio currit minori, aduersus quam restituitur si petat. Primum, praescriptiones temporales Statutorum, ubi de damno minoris euitando tractatur, non procedunt ipso Iure aduersus eum. In lucris uerò captandis, minori praescribitur, sed restitutio nõ est deneganda. Bar. in. l. Omnes populi. ff. De Iustiti. & Iur. Deinde: Praescriptiones testamentariae, hoc est, quas testator diffiniuit agendis negotijs, minori obstant, sed tamen restituendo in integrum. Vlpianus in. l. iij. §. Et si. ff. De minorib. Et si (inquit) hæres sit institutus, si à patre in diebus centum emancipatus sit, moxq; patrè debuerit certiorare, nec fecerit.

Ad hæc, praescriptiones temporales in Iudicijs obseruandæ per autoritatem Legis uel Iudicis. Veluti, de prosequenda causa, de exhibendis instrumentis, de appellationibus, & ceteræ id genus, tenent minorem, nisi restitutionem impetret, Vlpianus in. l. Ait Prætor. §. ul. ti. ff. De minori. Item (ait) in eremodicijs eis subuenitur. Eremodicia, pro eo dixit quod est, desertis causis non prosequi iudicium, & abesse. Deniq; praescriptiones temporales quibus contrahentes ex placito utuntur, puta, de soluendo intra certum tēpus precio, uel de tradenda re, nocent similiter minoribus. Paulus in. l. Aemilius Larianus. ff. De minor. Bar. in. l. j. ff. Ex quib. caus. maior. Adde quòd praescriptio aduersus exceptionem non numeratæ pecuniæ, currit minori, uerum restituendus est. l. Si intra. C. De non nume. pecuni.

Sunt tamen quædam praescriptiones, sine ulla spe restituendi procedentes aduersus minorem. Ut sunt accusationes iniuriarum, & accusatio Iure mariti: item causa status defuncti, & non numeratæ dotis. Triphonius in. l. Auxilium. ff. De minori. Papinianus in. l. ij. ff. Ne de stat. defunct. Nec in ea re (inquit) quæ publicam tutelam meruerit, pupillis agentibus restitutionis auxilium tribuendum est. l. Si mater. C. Eod. tit. Et Nouell. De tempo. non solut. pecu. super dot. §. Si autem neq;

XI **A**Duersus eum, qui legitimè impeditus est quo minus agar, æquum est nullam praescriptionem temporis procedere, durante impedimento. l. j. §. Dies autē. ff. Quand. appellan. sit. l. Contra maiores. C. De inofficio. testament.

XII **F**ilius familiæ dum in potestate patris est, nulla praescriptio nocet, quin aliquando Ius suum persequi possit. Quoniam sub potestate (etiã si uellet) agere non potest: ideoq; nihil est quod ei imputetur quare non agat. l. j. §. ult. C. De annal. except. l. Quemcunq; in fi. C. De bon. quæ liber.

XIII **T**empore bellorum, praescriptiones cessant, donec finiatur tumultus. l. Ab hostibus. C. Quib. non obijci. long. tempo. praescript. Idem sentiunt Iurisperiti de magna peste. Bar. in. l. Naturaliter. ff. De usucapio. per. l. ulti. C. De fundis Limitrophis, lib. XI. Et si ab alijs (inquiunt Imperatores) possidentur, cuiuslibet spacij temporis praescriptione cessante, ab uniuersis detentatoribus uendicandos. Erant autem huiusmodi fundi ad hoc deputati, ut annona inde proueniens duceretur in castra militum limitaneorum, id est, qui in limitibus imperij excubant aduersus incursionem Barbarorum.

XIII **Q**uo tempore iacet hæreditas, praescriptiones cessant, & centè æquum est hoc tēpus immune conseruari, ut tractant Doctores in. l. Licet. De Iur. deliberã.

DE INTERRUPTIONE VSUCAPIONIS ET PRAESCRIPTIONIS.

Per interruptionem quoq; impediuntur usucapiones & praescriptiones. Paulus in. l. ij. ff. De

ff. De usucapio. Vfurpatio (inquit) est usucapionis interruptio. Oratores autem usurpationem frequentem usum uocant. Itaque secundum subiectam materiam oportet interpretari hoc uerbum: ut cum de iure usucapiendi tractatur, accipiamus usurpationem, pro interruptione, sicut in .l. Naturalit, ff. dict. tit. Cū uerò alibi incidit eius mentio, intelligamus usum frequentem, & nonnunquam Tyrannum illum, Morem. Vlpianus in .l. Iniuriarum actio, §. ulti. ff. De iniuri. Vfurpatum tamen (inquit) & hoc est (tametsi nullo iure) ut quis prohiberi possit ante ædes meas uel prætorium meum piscari.

Est autem duplex interruptio: Naturalis & Ciuilis, sicut & possessio bifariam considerat. Naturalis contingit extinctis his, quæ ad substantiam usucapionis naturalij ratione requiruntur, ut sunt, possessio, titulus, bona fides, & res ipsa non uitiosa. De possessione, loquitur Caius in .l. Naturaliter. ff. De usucapioni. Naturaliter (inquiens) interruptitur possessio, cum quis de possessione ui derjctur, uel alicui res eripitur. Quo casu non aduersus eum tantum qui ui eripit, interruptitur possessio, sed aduersus omnes. Accursus uoluit emendare uerba Iuriconsulti, nec percepit hanc phrasim. Loquitur enim Iuriconsultus de interruptione possessionis, per quã usucapio procedebat aduersus oēs. Ergo interruptitur aduersus omnes, hoc est, omnes uti possunt beneficio interruptionis. Adde. l. Cū notissi. §. Imò & illud. C. De præscrip. xxx. anno. De titulo. tractat Vlpianus in .l. Pomponius. §. Quæsitum. ff. De acquiren. possessio. Et quidem (ait) in emptoribus possessio interruptitur. uidelicet, si alius acquisierit rem. Marcellus in .l. Qui bona fide, in princ. ff. eod. tit. Qui bona fide (ait) fundū alienum emit, eundem à domino conduxit. queritur, utrum desinat possidere, an non? Respondit: In promptu est ut desierit possidere. Paulus elegans in .l. ij. §. ulti. ff. Pro empto. De bona fide autem, superius dictum est, quòd incidente quodocunque mala fide usucapio nō procedat, iuxta illud: Non concupiscis rem alienā. De re denique, aut prorsus interempta, aut in aliud corpus translata, adi Paulum in .l. Qui uniuersas. §. j. ff. De acquiren. possessio. Et Pomponium in .l. Rerum mixtura. ff. De usucapio. ubi tria corporum genera eleganter distinguit ac declarat, quatenus mixtura eorum interruptat usucapionem.

Ciuilis interruptio est, quæ per authoritatem Iuris impedit usucapionem, etiam si prædicta ad naturam eius requisita non deficiant. Veluti, per uocationem in Ius, per litis contestationem, uel si aliquo facto interpellatur præscriptio. Ut si debitor præscripturus iam iam actioni, tradat pignus, uel aliam cautionem, uel soluat usuras creditori: ipse enim aduersus se usurpat, præscriptionem ciuilit. l. Cum notissimi. §. Imò & illud. C. De præscript. xxx. annorum.

Differētia inter Naturalem & Ciuilem interruptionem supra tetigimus. Nam Naturalis tam latè patet, ut exinde nulla præscriptio, siue aduersus interruptentem, siue aduersus quemcunque alium procedere possit, nisi denuo cœpta & continuata. l. Naturaliter. ff. De usucapion. Ciuilis uerò, soli interpellanti prodest, aduersus alios interim nihilominus procedēte præscriptione. Papinianus in .l. Intra quatuor. ff. De diuers. tēporali. præscripti. Et hæc quidem generaliter dicta sint. Videamus autem propius & in speciem, quomodo interruptantur usucapiones & præscriptiones, & in primis rerum corporalium.

Vsucapio triēnij, non nisi per sententiam Iudicis interruptitur. Quare ad complendam quidem usucapionem, nihil nocet possidenti, si in Ius uocatus, aut litem contestatus cū aduersario fuerit. Caius in .l. Si post acceptum. ff. De Rei uendica. Paulus in .l. ij. §. ulti. ff. Pro empto. Si rem alienam (inquit) emerim, & cum usucaperem, eandem rē domitus à me peti erit: non interpellari usucapionem meam litis contestatione.

Vsucapio longi temporis, litis cōtestatione interruptitur, sed nō sola citatione. Ut ecce, possides bona fide rem alienam. Petiturus eam, uocat te in Ius: adhuc non interpellat tua possessio ad complendam usucapionem. Contestatur aduersarius litem tecum. Tam incipit deficere usucapio, nec procedit tibi, etiam si per moram sequentis Iudicij compleas usucapiēdi tempus. Respicitur enim retrò ad litis contestationem. Sic intellige. l. Moræ litis. C. De Rei uendicatio. Et semper esto memor æquitatis, quæ dicat utique, rem alienam post contestatam litē usucaptā, restitui oportere, ne actori totis uiribus ad recuperandā rē suā incumbenti, obsit tempus Iudicij, quod ad iuuandam uniuscuiusque iustam causam non ad nocendū est intro-

est introductum. Et hic est uerus sensus .l. Si post acceptum .ff. De Reuendicationo.

Præscriptiones longissimi temporis XXX. & XL. annorum, per solam in Ius uocationē interpellantur, multò magis ergo per litem contestationem & sententiam Iudicis. l. Sicut. §. Quæ ergo. Et .l. Cum notissimi. C. De præscriptio. XXX. anno Hæc de ciuilibus causis.

Præscriptiones tēporales quæ actionibus ex delictis obstare solent, per solum libellum qui Iudici olim non ab re primum omnium exhiberi solebat, interrumpuntur. Igitur haud dubie etiam per uocationem in Ius & per litem contestationem. l. Mariti. §. Quinquennium Et. §. seq. ff. Ad Leg. Iuli. de adul.

Præscriptiones denique absolutæ (ut sic dicam) quæ ad acquisitionem dominij non pertinent, sed alio modo obstant facientibus aliquid, aut præmaturius, aut tardius quam par est interrumpunt omnibus prædictis modis, & præterea libello supplicatorio Principi porrecto, qui in hoc articulo uim Iudicialis libelli habet .l. j. & .ij. C. Quand. libel. Princi. dat. Idem dicendum de annalibus Prætorij præscriptionibus, hoc est, quæ ex Statutis municipalibus descendunt. Hæc de rebus corporalibus.

Incorporalium uerò rerū usucapiones, ueluti Seruitutum, libertatis, & aliorum Iurium, sic interpellantur. Primum, amissa possessione prædij cui debetur seruitus, uel cuius libertatē erat usucapturus, si ad tempus statutum, puta, X. annis inter præsentēs, aut XX. inter absentes, possidisset continuo, cessat usucapio. l. Si ædes in fi. ff. De seruitu. urba. præd. Natura em̄ (ait Iulianus) seruitutum ea est, ut possideri non possint: sed intelligatur possessionem earū habere, qui ædes possidet. Deinde, si impediatur usus illius seruitutis uel cuiuslibet Iuris. Quia cum patientia illius, cui præscribitur, sit de substantia usucapiendæ seruitutis: cessante ea, non procedit usucapio seu præscriptio. Denique, per litem contestationem interpellatur usucapio Iurium, sicut superius de rebus corporalibus dictum est.

Sed quid, si propter aduersarij potentiam, uel absentiam, uel aliud impedimentum: non liceat cum in Ius uocare, multò minus cum eo litem contestari? Respondeo: sufficere protestationem apud Iudicem factam, secundū formam .l. Ut perfectius. C. De annal. exceptio. Et XVI. q. ij. §. Potest. Quòd si neque protestandi fuerit copia, sufficit publica insinuatio,

DE HORA, DIE, MENSE,
& anno, quatenus ad Ius attinet.

HORÆ, uocantur partes in quas distinguitur dies. Hæc principio duodecim instintæ sunt qui numerus longo tempore custoditus est, donec in XXIIII. horas dies apud Romanos diuideretur.

Dies itaque apud uarias Gentes uariè accipiebatur. Nam apud Romanos, à media nocte ad mediam noctem sequentem, finiebatur, ut in .l. More. ff. De feri. More Romano (inquit Paulus) dies, à media nocte incipit, & sequētis noctis media parte finitur. Ita quicquid in his uiginti quatuor horis, id est, duab. dimidiatis noctibus, & luce media actū est: perinde est quasi qualibet hora lucis actum esset. Apud Aegyptios simili modo obseruabatur. Apud Athenienses totum id tempus quod ab occasu ad occasum est, dies habebatur. Nūc ab ortu, ad occasum solis, uulgò nuncupamus diem, more (ut paulò ante dictum est) uetustissimo, quo dies primum in XII. horas est diuisus. Vnde CHRISTVS seruator noster Ioan. XI. Nonne (inquit) XII. sunt horæ diei? Et Genesis I. Et diuisit lucem à tenebris, appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem. Quò respexit Proculus in .l. Hæc uerba. ff. De uerbo. significa. Disiunctiuū est (inquit) ueluti cum dicimus, AVT DIES, AVT NOX EST: quorum posito altero, necesse est tolli alterū. Et Claudius Saturnius in .l. Aut facta. ff. De pœn. Tempus (ait) discernit emanforem à fugitiuo: & effractorem uel furem diurnum, à nocturno.

Præterea, dies accipitur pro tempore interminato, idq; fœmineo genere, ut, longa dies nihil non in aliam transfert faciem. Vnde est ista locutio: Promittis annua, bima, trima die, hoc est, tēpore unius, duorum, trium annorum, dare decem? Vlpianus in .l. ij. ff. De annu. legat. Si legatū (inquit) sit relictum, annua bima trima die (triginta fortè) dena per singulos debentur annos, licet non fuerit adiectum AEQVIS PENSIONIBVS. Et probat ibi Vlpianus, idem Ius esse, si testator decem, trima die legauerit. Quod nota.

Bb 2 Quomo

Quomodo igitur (dices) intelligendus fuerit dies in Iure Ciuili? Respondeo: subiectam materiam esse respiciendam. Nam cum aliquid tractatur, quod aliam rationem in luce, aliam in tenebris habet, antiquissima & uulgaris diei appellatio retinenda est. Sin autem queratur de continuo temporis successu, sequi oportet Romanam institutionem, ut in materia præscriptionum. Nam tempus ita noctu procedit, ac die, ad complendā usucapionem. Vlpianus in l. In usucapionibus. Et .l. seq. ff. De usucap. Ideoq; (inquit) qui hora sexta diei calendarum Ianuariarum possidere cœperit, hora sexta noctis pridie calendas Ianuarias implet usucapionem.

Hebdomadæ, quas Latini septimanas appellant, septem dierum hic intelliguntur, secundum communem usum. Alibi tamen de septenario numero quarumcunque rerum dicuntur. Vnde Leuit. xxv. Numerabis quoque tibi (inquit dominus ad Mosē) septem hebdomadas annorum, id est, septies septem annos. Quod autē Iustinianus in .l. ij. §. Quod cœlesti. C. De ueter. Iur. enuclean. de numero septenario scribit, quasi naturam & artem numerorū in se contineat, nihil moror, multò minus quod Accursius ibi adiicit de trinitate, & numero quaternario. Vnde credo sumptam distinctionem inter naturalem & artificialem diem, quā cum anxie tractent plerique, nihil planè ad usum forensem respiciunt, quorsum pertineat, nec admodum probari potest.

Menses autē, anni diuisionē constituunt, sicut horæ, diei. Mensum uerò alij sunt xxxi. alij xxx. dierum. Februarius. xxviii. dies habet. Quot igitur dierum accipimus mensem cum eius mentio incidit? Iurisperiti rectè tradunt, apellationem Mensis sic interpretandā ut incidit quo tēpore uertitur controuersia, teste Bar. in .l. Cum bisextus. ff. De uerbo. signi. Vt ecce: Si diffinitum fuerit tēpus alicui, uel designatus terminus sub Iunio, computabūtur xxx. dies: si sub Iulio, numerādi sunt xxxi. Nisi tamen circūstantia causæ desideret diuersum.

Annus denique, apud Romanos uariè obseruabatur, usque ad tempora Caij Iulij Cæsaris, qui omnem rationem temporum uagam adhuc atque incertam, ordine diffiniuit, Suetonio & Plinio autoribus. Nam annum in ccclxv. dies extendit. Iulianus in .l. Si ita uulneratus. §. j. ff. Ad Leg. Aquil. Nam qui prior (ait) uulnerauit, tantum præstabit, quāti in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die uulneris trecentis sexagintaquinque diebus.

Respexit autem Cæsar ad cursum solis, qui totidē diebus & quadrante, cursum suum conficit. Et ne huic dierum numero ad annum constituendū quadrans deesset, uoluit, ut quarto semper anno, Sacerdotes qui mensibus ac diebus fastis & nefastis præerant, unum intercalare ut seu interponerent diem, uidelicet eodem tempore quo antea totus Mensis intercalari solebat, hoc est, ante quinque ultimos dies Mensis Februarij, idq; bisextum appellari iussit. Vnde iam nunc quartum quēque annum dicimus bisextilem. Quia duobus continuis diebus bis dicimus: sexto calendas Martias, duos dies pro uno computantes. Vt sit bisextū quasi bis sextum. Cuius meminit Celsus in .l. Cum bis sexto. ff. De uerbor. significatio. Cum bis sexto (inquit) calendas est: nihil refert utrum priore, an posteriore die quis natus sit. Nam id biduum pro uno die habetur, sed posterior dies intercalatur, non prior.

Initium uerò anni Romulus olim Martio dabat, cuius Mensis prima die ignem nouum incendentes, annum auspicabantur. Deinde Numa Pompilius, adiectis duobus Mensibus, Ianuario & Februario, Ianuarium tanquam bicipitis Dei respicientis transacti anni finem, & prospicientis principium futuri, primum esse uoluit, sicut & nunc est.

Hebræi, in Mense nouarum frugū annū initiabant. Exo. xiii. Hodie (inquit Mosēs) egrediemini mense nouarum frugum. Et ibidem cap. xii. Mensis iste (ait) uobis principium mensis, primus erit in mensibus anni.

Nos hodie principium anni non ab re tribuimus natiuitati beatissimæ seruatoris nostrī IESV CHRISTI, ut ab illo die supputemus annum. Enim uerò cum hæc scriberem, annus fuit à Christo nato millesimus quingentesimus trigésimus octauus.

Annus autem alia inspectione est duplex: uidelicet continuus & utilis. Continuus est, in quo dies ad momentum reputantur, nullis agendi obstaculis interim exceptis. Vt in usucapionibus.

pionibus. l. Nanque. §. j. ff. De usuca. Vtilis autem annus, constat ex eo tēpore, quo licet agere quia adest reus, item & Iudex .l. j. ff. De diuers. & temporali. præscripti. Quam differentiam hodie quoque seruamus, præterquam in integrum restitutione.

Illud fanè non est prætereundum, quòd cum annus omnes Menses semel concludat: tēpus censetur omnibus rebus agendis aptum & sufficiens. Vnde Legislatores plerunque appellationem competentis temporis, de anno interpretari solent, ut est uidere in .l. Fortissimi. C. De erogand. milita. anno. lib. XII. Quod & prouerbialis hyperbole ostendit. Nā cū moram longam significamus, solemus dicere: Annus est. Terenti. Et nostin' (inquit) mores mulierum: dum moliuntur, dum comuntur, annus est. Non est proinde ulla in Iure, annali præscriptione frequentior. Et pleræque Ciuitates, ad omnia passim negotia anni tēpus diffiniunt. Quod tamen nimis durum existimo, propter immensam rerum uarietate. Certè non potest illa qualiscunque obseruantia, ad absentes pertinere & aduenas.

Tractant igitur Iurisperiti hanc quæstionem: Vtrum ualeat Statutū Ciuitatis: Quòd nisi quis intra annum & diem persequatur Ius suum, exinde non admittatur? Bar. in .l. Omnes populi. ff. De iustici. & iur. uidelicet in repetitione, uidetur sentire, quòd hoc statutum nō ualeat. Cui subscribit Anto. de Butri. in .c.ulti. De præscript. Ioan. Andre. in .c.ij. De except. lib. VI. Sed idem Bar. in .l. Sequitur. §. Si uiam. ff. De usucap. Et in .l. Cum notissimi. C. De præscript. trigin. anno. alijsq; locis, contrariū diffinit. Accedit glo. in .c. j. §. Porro: Qualit. olim poter. feud. aliena, quam Bal. ibi & probat & commendat. Ang. in .l. ij. ff. De usufruct. ear. rer. quæ usu consumun. Iason Instit. De acti. in princ. Et hæc posterior Bartoli sentētia, quòd tale Statutum ualeat, Iure est uerissima, quoniam propius accedit ad dirimendas lites hominum in eadem Ciuitate, & (ut dici solet) nauis, uitam agentium, inter quas perniciosæ sunt discordiæ. Hactenus de explicatione Usucapionum, & præscriptionū generaliter diximus: reliquum est, ut exempla in speciem uideamus.

DE ACQUIRENDO RERVM
dominio

I **S**is cui ad tegularum, uel columnarum usucapionem **X.** dies superessent, in ædificiū **X**
Seas coniecisset, nihilominus eum usucapturum si ædificium possedisset, Pomponius **Dierum.**
secundum Labeonem probat, in .l. Rerum mixtura. §. Labeo. ff. De usucapio.

II **E**vm qui uia, itineris, uel alterius Iuris quasi possessionem habet, Prætor tuct, mo- **XXX**
do eo anno sit usus tali iure, saltem modico tempore, hoc est, **XXX.** diebus .l. j. § **Dierum.**
Hoc interdicto, ff. De itiner. actu. priua.

III **P**ossessor bonæ fidei triennio usucapit res mobiles, & acquirit directū dominiū **III**
Instit. De usucap. in princ. Olim annus dabatur. **Annorum.**

IIII **B**ona Fisco uacantia, si ab alijs possideri cœperint, quatuor annis usucapiuntur. **IIII**
Numerabitur autem quadriennium ab eo die, quo denūciatum est procurato **Annorum.**
ri fiscali bona uacare, puniendo certè ob negligentiam suam .l. j. §. Diuus Pius. ff. De Iur. **Annorum.**
fisc. l. j. C. De quadrien. præscript. Tractatur in .l. ij. C. Commu. de usuc.

V **R**ES immobiles, cum titulo indicante iustam causam possidendi, hoc est, formulā **X**
acquirendi domini iure probatam, **X.** annis inter præsentis usucapiuntur. Instit. **Annorum.**
De usucap. in princ. l. j. C. De usucap. transfor.

VI **I**nter, absentes acquiruntur res immobiles **XX.** annis, ut probatur in locis iam alle **XX**
gatis. Et hoc tempus nunc uocatur longum, scilicet **X. & XX.** annorum .l. Si quis **Annorum.**
emptonis. C. De præscript. **XXX.** annor.

Eodem tempore **XX.** annorum, defenditur libertas .l. ij. C. De præscript. long. tempo.
quæ pro liberta. Sed ex diuerso, contra libertatem non opponitur hæc præscriptio, id est,

Bb 3 in homi-

in homine libero non acquiritur hoc tēpore seruitus, & ne quidem sexaginta annis. l. ult. C. De præscripti. xxx. annor. l. ult. C. Vbi caus. stat. ag. deb. Libertas enim omnibus rebus fauorabilior est, dicēte Caio. ff. De regul. Iur.

Sed qui sunt accipiendi præsentēs, & qui absentes? Iustinianus in. l. ult. C. De præscript. long. tempo. diffinit absentes eos intelligi, qui non in eodem loco, id est, in diuersis Prouincijs domicilium habent. Præsentēs autem, qui eiusdem prouinciæ habitatores sunt. Itaq; locum domicilij, non de eadem Ciuitate, ut alibi, sed de eadem prouincia uult intelligi.

DE EXCEPTIONIBVS.

XXX **I** **C**reditor qui per chirographum suum fatetur, aut circumducit instrumentum debiti, uel etiam reddit debitori, spe futuræ solutionis, quæ tamen non sequitur, habet triginta dies ad proponendam apud Iudicem exceptionem non numeratæ pecuniæ. l. In contractibus. §. Superest. C. De non numerat. pecuni.

II **II** **S**uerò debitor chirographo suo, aut instrumento publico fateatur se debere, numeratamq; esse talem pecuniam, puta decem, conceditur ei biennium ad intendendam querelam seu exceptionem non numeratæ pecuniæ, quam numeraturum sibi creditorem omnino sperauerat, siue ex mutuo, siue ex alijs quibuscumque contractibus. Nam non pertinet exceptio non numeratæ pecuniæ ad mutuum duntaxat, sicut prima facie uidentur indicare uerba: uerum etiam si debitor traditionem rei ex alio contractu bona spe confiteatur, potest excipere intra hoc tempus, non esse secutam. l. In contractibus, in princ. C. De non numerat. pecun.

III **III** **S**idus cauta & instrumento comprehensa, non tamen numerata, & matrimonium intra biennium solum non fuerit: tunc oportet maritum uel eius hæredem intra tres menses à die soluti matrimonij, opponere exceptionem non numeratæ dotis. Aucten. Quod locum. C. De dot. non numerat.

I **III** **M**aritus legitimæ ætatis, soluto intra biennium matrimonio, habet annum ad excipiendum de dote cauta non numerata: postea minimè audiendus. Hæredes quoq; eius debent queri intra annum à die mortis. l. ult. in fi. Et Aucten. Quod locum. C. De dot. caut. non numerat.

XXX **V** **V**T semel esset inter homines terminus & finis litium quarumcunq; optima ratione introductum est, ut possessio triginta annorum omnibus præstet securitatem. Habent enim saltem exceptionem tam longæui possessores, qua se tueantur aduersus omnes actores, etiam si titulum & causam suæ possessionis probare non possint. Nam si & titulum ostendere, & bonam fidem sincera conscientia profiteri possunt: haud dubie datur eis & actio, ne dum exceptio. l. Si quis emptionis. §. Quod si quis. C. De præscript. trigint. annor.

XL **VI** **S**unt quædam actiones, quas præcedente temporis diffinitione tolli non oportet: eas igitur XL. annis omnibus modis tolli uoluerunt Imperatores. Exemplum est de actione hypothecaria in. l. Cum notissimi, in princ. Et. §. j. iunct. l. Omnes. C. De præscript. trigint. anno. Et sicut tempus uiginti annorum dicitur longum, ita triginta annorum nuncupatur longissimum. Quod diligenter obserua.

Tempus quod excedit hominum memoriã. **VII** **C**um cœptæ possessionis nulla prorsus apud homines uiuentes extat memoria, usucapiendi species est omnium efficacissima. Post tantum enim seculum, nullo probationis genere homini possibile est, aut defendere, aut impugnare fidem possidentis. Quamobrem cessat tunc necessario omnis disputatio de iure possessionis, uel alterius rei, & hæc est ratio, quare tam immenso tempore id acquiri permittatur, quod alioqui nullam supradicti temporis usucapionem admittit, ut tractat Barto. cum alijs in. l. Si publicanus. §.

nus. §. ult. ff. De publica. & uectigali. l. Hoc Iure. §. Ductus aquę. ff. De aqu. quotid. & arti. l. j. §. ult. ff. De aqu. plu. ar. cen. l. in. l. Is qui putat. ff. De acquiren. poss.

Quomodo autem probari debeat, memoriam non extare, nemo melius quam Paulus ipse tradit in .l. penul. ff. De probat. Et in .l. ij. §. Idem Labeo. ff. De aqu. plu. ar. cen. His uerbis: Idem Labeo ait, cum queritur, an memoria extat facto opere: non diem & Consulē ad liquidum exquirēdum, sed sufficere si quis sciat factum, hoc est, si factum esse non ambigat. Nec utique necesse esse, superesse, qui meminerint: uerum etiam si qui audierint eos, qui memoria tenuerint. Plura hac de re scribenda uiderentur, nisi temporum duntaxat rationē obiter tractandam suscepissemus.

DE ACTIONIBVS.

I **I**S qui emit iumentum ornatum, quod deinde sine ornamentis traditur, potest emptor aduersus uenditorem Redhibitoria actione, ut ornamenta quoque tradat, intra LX. dies experiri. l. Aediles. ij. in prin. ff. De Aedilit. edict. LX
Dierum.

II **S**I quis ita emat, ut nisi res empta placuerit, redhibeatur, nullo tamen adiecto tempore: licebit redhibere intra LX. dies utiles, postea non audietur. l. Quod si nolit. §. Si quid ita. ff. De Aedilit. edict. LX
Dierum.

Sed quid si paciscantur contrahentes, ut semper liceat ad nutum emptoris redhibere? Respondeo, ualere pactum. Vlpianus in. d. §. Si quid ita. ff. De Aedilit. edict. Si uero (inquit) conuenerit, ut in perpetuum redhibitio fiat: puta & hanc conuentionem ualere. Item si tempus sexaginta dierum præfinitum redhibitioni præterierit: causa cognita iudicium dabitur. Ex quo loco haud dubie probatur, pactum redimendi (ut uulgò nuncupamus) in contractibus reddituum, bono Iure censi ualidum. Quod cum nonnulli putent usurarium, insinuant sese nescire quid sit usura, & qualis sit emptorum reddituum contractus, de quo aliàs. Interim, redhibere est facere, ut rursus habeat uenditor, quod habuerat. Et quia reddendo id fiebat, idcirco redhibitio est appellata, quasi redditio. l. Redhibere. in princ. ff. De Aedil. edict.

III **V**Enditor debet certiore facere emptorem, quid morbi uitrius in re uendita sit. Quod nisi faciat, datur aduersus eum intra duos menses iudicium redhibitoriū. l. j. §. Aiunt Aediles. Et. l. Si uenditor. ff. De Aedil. edict. II
Mensium.

III **N**unciatus alicui nouum opus, debet eam causam quam primum liceat, persequi: ne cessans a ccepto edificio, & temporis, & sumptus iacturam patiatur. Vnde Iudex tenebitur hanc controuersiam intra tres menses diffinire. Quod si qualitas negotij longius tempus requirat, potest is cui nunciatum est, cautionem fideiussoriam exponere, uidelicet demoliturum se opus suis sumptibus, si non recte edificatum esse, pronunciatum fuerit. Sic enim & edificanti, & nunciati satis consulitur. Vlpianus in. l. De pupillo. §. Si is cui. Et in. l. Stipulatio. §. Si quis autem. ff. De oper. nou. nunciatio. l. j. C. eod. tit. Accedit l.ulti. C. De edific. priua. quam tamen citra necessitatem, in uarios sensus retorquent. III
Mensium.

V **A**ctionem redhibitoriam ad id quod interest actoris, intra sex menses intendere oportet. Vlpianus in. l. Sciendum. §. ulti. Papinianus in. l. Cū sex. ff. De Aedilit. edict. Cum sex menses (inquit) utiles, quibus experiundi potestas fuit, redhibitoria actioni præstantur: licet non uidebitur potestatem experiundi habuisse, qui uitium fugitiui latē ignorauit. Item: Adde. l. ij. C. De Aedilit. acti. VI
Mensium.

VI **A**ctio quanto minoris Prætoria, cōpetens ei, qui uitiosum animal ignoras emit, anno finitur. l. Sciendum. §. ulti. ff. De Aedilit. edict. l. ij. in fi. C. De Aedilit. acti. I
Anni.

I
Anni.

VII **C**um per deiectionem uel effusionem, liber homo perimitur, actio deiectionis annalis est. In alijs uerò casibus perpetua. l. Si uerò plures. §. Hæc autem actio. ff. De his qui deiece. uel effude.

II
Annorum.

VIII **A**ctio de dolo malo, hodie durat biennio continuo, à die admissi doli, siue adsit, siue absit dolum passus. Adeoq; tota causa debet intra biennium diffiniri. l. ult. C. De dol. mal. Vbi Doctores admonent lectorem, quàm speciale sit in hoc iudicio, quòd doli mali persecutio non perpetuatur litis contestatione, quæ utique omnes actiones temporales, solet facere perpetuas.

I
Anni.

IX **A**estimatio quadrupedis in Iudicio Legis Aquiliæ, ex primo capite, fit quanti in eo anno plurimi fuerit. l. ij. in prin. Et. l. In Lege Aquilia. ff. Ad Leg. Aquil. Ex tertio autem capite de ruptis, fractis, exustis rebus, fit æstimatio, quanti ea res in diebus triginta proximis fuerit. l. Si seruus. §. Tertio cap. ff. Ad Leg. Aquili.

V
Annorum.

X **A**ccusatio peculatus, quinq; annorum est. l. Peculatus crimen. ff. Ad Leg. Iulia. pecula. Peculatus autem crimen est, cum intercipitur pecunia destinata, uel Religioni, uel usui publico. Pœna eius, est deportatio. l. j. ij. Et. ij. ff. dict. tit.

I
Anni.

XI **O**mnis actio iniuriarum annalis est, quicquid nonnulli disputent diuersum esse de iniuria (ut ipsi uocant) reali. l. Si non conuitt. C. De iniur. Hæc enim interpretatio, ut post annum non detur ob contumeliam actio, propius accedit ad mansuetudinem, quam charitas à nobis exigit: uidelicet ut ad remittendam, non ad persequendam iniuriam sumus propensi. Et profecto, grauissima pœna adficatur aduersarius, cum iniuriæ nobis illatæ obliuiscimur, iuxta illud: Mihi uindictam, & ego retribuam illis.

I
Diei.

XII **S**i inter Christianos fratres (loquor de uniuersa Republica) suboriatur dissensio: eam iubet Apostolus eodem die, ante solis occasum dirimi, ne latius serpat ad omnia mala. Ephesiorum quarto: Irascimini (ait) & non peccetis, sol ne occidat super iram uestram.

Hanc catholicæ præscriptionis speciem ideo inserui, ut uideres, bone lector, longe admodum præstare, in materia iniuriarum, ferre Legem obliuionis, quàm iudiciariæ persecutionis. Et tutissimam esse interpretationem semper, quæ tendit ad præripiendam litium occasionem.

I
Anni.

XIII **A**ctiones quæ ex Romani Prætoris Iurisdictione proficiscuntur, plerunque intra annum exerceri possunt. Siquidem & ipsius Prætoris apud Romanos, intra annum erat Imperium. Instit. De perpe. & tempora. actioni. in princ.

Ciuitates Germaniæ, multum imitantur Prætozem Romanū, & ferè in statutis suis semper utuntur annali præscriptione, ut supra dictum est.

XXX.
Dierum.

XIII **S**i accusator fuerit impeditus legitime, aut mortuus, potest quidem accusatus petere aboleri nomen suum, hoc est, absolui se à Iudicio: attamen permittitur ipsi accusatori cessante impedimento, uel hæredi eius, intra XXX. dies utiles, repetere ex integro reum, & de eodem crimine denuo accusare. l. ij. §. uli. Et. l. Hi tamen. ff. De accusationi.

XXX
Dierum.

XV **E**t qui criminaliter accusatus olim de una Prouincia ad aliam exhibendus erat, ut ab eo Iudice damnaretur, triginta dies dari solebant ad componendas res suas. l. ij. C. De exhibend. & transmitten. reis. Hodie uerò istæ transmissiones non sunt in usu.

Is qui

XVI **I**S qui rem litigiosam alienat in hoc, ut actor duriores habeat aduersarium: intra annum de eo quod interest actoris, conueniri potest. l. Vel post annum. ff. *Anni.*
De aliena. Iudici. mutan. caus. fact.

XVII **Q**ui pecuniam accepisse dicitur, ut alij negotium faceret, uel non faceret, is intra annum in quadruplum, postea in simplum, actione in factum conueniri potest. l. j. ff. De calumniato. *Anni.*

Negotium autem facit, qui per calumniam fingit litem, cum iure nullam habeat, uel eam quam exercere debeat, dissimulat in detrimentum alterius, utroque casu corruptus pecunia. Ulpianus in. d. l. j. uocat fordidam concussionem, quae a transactionis officio longe distat. Transactio enim quaerit pacem, & finem litium: calumnia discordiam parit & dispendium. Transactio ex bona fide procedit: calumnia ex dolo malo: tantoque magis nocet, quanto latentius procedit ad nocendum. De calumniatoribus, alibi scribendum fuerit.

XVIII **I**S qui uim fecit, intra annum utilem recte conuenitur, tamen nihil ad eum peruenit. l. ij. C. Vnde ui. *Anni.*

DE IUDICIIS.

I **C**um recusatur Iudex ob quamcunque causam, oportet litigatores intra tres dies eligere arbitros, de recusatone & tota causa cognituros. l. ulti. C. De Iudic. Ilico autem (inquit Iustinianus) id est, intra triduum proximum, sine ulla dilatione compelli arbitrum uel arbitros eligere, & apud eos litigare: ne & dat⁹ Iudex remoueat, & alter non eligat. *III*
Dierum.

II **I**udices olim functi officio suo tenebantur in eadem prouincia uel Ciuitate cui praefuissent, quinquaginta diebus palam commorari, ut de culpa fraudibusque, si quas admisissent, conuenirentur, ac rationem redderent: id quod uulgo subire Syndicatum, Latine autem causam dicere, & causae dicendae obnoxium esse, nuncupamus. l. j. C. Vt omn. Iudic. tam Ciuili. quam milita. Idem obseruabatur de assessoribus & Consiliarijs Iudicum. l. ij. C. De assessorib. Consiliarios Iudicum (inquiunt Imperatores) & Cancellarios, & eos, qui domesticorum funguntur officio, post depositam administrationem quinquaginta dies in prouincijs residere praecipimus. In Italia apud Bononienses, uidi huius Syndicatus uelut in potestate (ut ipsi uocant) & Iudice, qui ne ciuibus suspectus sit, ex aliena Re publica solet accersiri solenniter. *L*
Dierum.

III **I**udices obnoxij causae dicendae uel Syndicatu, ut dictum est, cum conueniebantur, ne forte innocentes iniqua dilatione grauarentur: intra XX. dies, aut absoluenti, aut condemnandi erant. l. j. §. ulti. C. Vt omni. Iudi. tam Ciuil. quam milit. *XX*
Dierum.

III **A**ctor olim antea quam libellum Iudici exhiberet, satisfacere tenebatur contestaturum se intra duos menses litem cum aduersario. Quod si sua culpa secus contingeret, restitutum ei duplum totius damni. Auct. Libellum. C. De litis contestatione. Bartolus & alij dicunt, hoc Ius in desuetudinem abiisse: sed nescio quam feliciter, adeo nunc scitent omnia tribunalia calumnijs litigatorum, praesertim in differendis controuersijs: Bonos uiros semper excipio. *II*
Mensium.

V **A**ctori post tria citatoria Edicta contumaci, datur annus: quo elapso, Iudex cognita causa proferre debet sententiam. Nouell. De litigios. §. Porro (inquit Iustinianus) Cum omnes controuersias praecis ambagibus uolumus ad finem decurrere: illorum etiam uersutis aduersamur, qui actiones tantummodo proponunt, nolunt autem eas ad terminum usque litis persequi, dicentes legem esse, quae uetet, ne quis proprias actiones exercere compellatur inuitus. Quae uerba propterea addidi, ut uideas insigne exemplum Acrobodicae ac iniqui interpretis, cuius alibi mentionem fecimus. *I*
Anni.

Altero

III
Mensium.

VI **A**ltero litigatorum concludēte in causa, si alter (forte per calumniam, differēdā litis gratia) dicat se habere quod adhuc proponat causā suā deseruiens: dēbet Iudex tribus temporibus dilationem ei concedere XXX. dierum, qui sunt tres mēses: ut omnem malitiam eius superet. Deinde omninō proferet sententiam, ut probatur. Nouell. Vt cum de appella. cognosc. §. Sed præsentī. Intellige autem quōd singulis temporibus interueniat Edictum (ut dicunt) citatorium, ne non uocato litigatore uideatur dicta sentētia,

III
Mensium.

VII **I**S qui petit dilationem ad producendos testes uel instrumenta, tres mēses ad summum impetrabit: scilicet cum testes uel instrumenta in eadem prouincia sunt, in qua lis agitur. l. j. C. De dilationi.

IX
Mensium.

VIII **S**I testes uel instrumenta quibus litigatores ad instruendam causam suam uti uolunt, fuerint in transmarina prouincia: dantur eis ad productionem, nouē mēses. d. l. j. C. De dilation. Quod ita iudicantes constitutum (inquiunt Imperatores) sentire debent, ut in hac ratione non sibi concessum intelligant dandæ dilationis arbitrium: sed eandem dilationem si rerum urgentissima ratio flagitauerit, & necessitas desideratæ instructionis exegerit non facile amplius, quā semel, nec ulla trahendi arte, sciant esse triuendam.

VI
Mensium.

IX **Q**uod si ex uicina Prouincia, non tamen transmarina, fuerint exhibēde probationes litigatorum; tunc sex menses concedentur. Ead. l. j.

II
Annorum.

X **O**mnes causæ criminales, intra biennium diffiniri debent, Et hæc est instātia, hoc est, tempus exercendi Iudicij, uidelicet à litis contestatione, ad sententiam usq; in causis criminum. l. ult. C. Vt int. cert. tem. crimin. quæstio termine. Neq; enim expedit criminales quæstiones cum acerbitate litigantium diu suspendi. Quapropter Iustinianus ibi addit pœnam aduersus negligentes Iudices.

III
Annorum.

XI **I**nstantiæ causarum Ciuiliū, præfinitur tempus triennij, post quod Iustinianus uetat ullam in Iudicio causam prorogari. l. Propter adum, in princip. C. De Iudici. Ne lites (inquit) fiant penè immortales, & uitæ hominum excedat modum.

Cæterum, neutram præscriptionem in exercendis Iudicijs corruptum hoc seculum seruat: sed ferè in arbitrio litigantium est, quanto tempore maluerint causas prorogare, immemores planè Iurifurandi aduersus calumniam præstiti. Vnde tandem sumptuum & molestiæ pertæsi tenuiores, Iuri suo plerunq; cum lachrymis cedere coguntur. Huius autem grauius culpam Imperator in. d. l. ult. reijcit in Iudices. Hoc enim (inquiens) iudicialis magis esse potestatis nemo est qui ignoret. Nam si ipsi maluerint, nullus tam audax inuenitur, qui possit inuito Iudice litem protelare.

Sed ut in hoc genere, Magistratum nostrorum ultrò suscipiam patrocinium, ego certè puto hodie culpam immortalium litium magis in procuratores ignauos (absit uerbo iniuria) reijciendam esse, quam sursum ac deorsum circumuoluūt causas, ut Iudices planè scōpum rei non possint percipere. De qua re in formula scripsi.

III
Mensium.

XII **C**ondemnatus per sententiam Iudicis ad soluendum, olim habebat duos menses Iure Ciuili: nunc quatuor habet. Callistratus in. l. Debitoribus. ff. De re iudica. l. ij. & iij. C. De usur. rei Iudica. Quod tēpus tamen breuius statui solet multis in locis.

Illud quoq; nullo modo prætereundum est: quōd appellatio quidem duorum mēsum, continetur LX. diebus: Legislatores tamen humanitatis causa, quoniā multa sæpè inter os & offam solent incidere, quibus distrahamur inuiti ab instituto nostro: adiecerunt unum diem, ut qui LXI. die uenerit, audiat. l. Vbi Lex. ff. De reg. Iur. Simili gratia receptum est quōd dicimus, annum & diem concedi his, qui intra annale tempus aliquid dare aut facere debent. Vt uel hinc uideas, quā sint humanitatis plenæ Leges Romanorum, quas insulsi simis plerunq; disputationum nanijs dilaceramus.

Si quis

XIII **S**i quis post latam sententiam, intra X. menses probare possit aduersarium suum **X**
 dedisse aliquid aut promississe Iudici, audietur ad retractandam sententiam, quæ **Mensium.**
 alioqui iure non subsistit, propter enormitatē criminis, ut est uidere Nouell. Vt litigan. iur.
 in exord. lit. §. Si quis autem litigantium. Idem est de arbitris. Vlpianus in. l. Ita de num. ff.
 De recep. arbit. Et ideo (inquit) siue arbitrum quis corrumpit uel pecunia, uel ambitione, uel
 aduocatum diuersæ partis, uel aliquem ex his, quibus causam suam cōmiserat: ex doli clau-
 sula poterit conueniri. Accedit. l. Venales. C. Quand. prouoca. non est necess.

XIII **I**udicem Ecclesiasticum, qui per gratiam uel per sordes aduersus iustitiam pro- **I**
 nunciat: suspendendum esse per annum unum ab officio suo, Romanus Ponti- **Anni.**
 fex iubet, in. c. j. §. Si quietem. De senten. & re Iudica. lib. VI.

XV **I**udex potest emendare sententiam à se dictam, uel etiam supplere in his, quæ ad **I**
 consequentiam eius pertinent, seu accessoria sunt, uidelicet, eodem die quo lata **Diei.**
 est. Paulus in. l. Acta. Hermogenianus in. l. Actorum. ff. De re iudica. Sed totā prorsus mu-
 tare sententiā, & denuò iudicare, non potest. Alfenus in. l. Cum quærebatur. Vlpianus in. l.
 Iudex postea, quàm. ff. eod. tit. Semel enim (inquit) malè seu bene functus est officio. Vtrun-
 que declaratur in. l. Paulus respondit rescindere. ff. dict. tit.

XVI **C**ontumax aduersus quem pronunciatum est in iudicio, ueniens cōfessum, hoc **I**
 est, eodem die, iudice adhuc pro tribunali sedente, restituitur ad causam. l. Di- **Diei.**
 uus Antonius. ff. De in integ. restitut. Et obserua hic quam interpretationem admittant: Illi
 cō, confessum, & id genus alia.

DE TESTIBVS.

I **T**estes quidem inuiti coguntur ad perhibendum ueritatis testimonium: si tamen nō **XV**
 in loco iudicij domicilium habent, non sunt retinendi ultra XV. dies, ne nimis gra **Dierum.**
 uentur. Postea uerò sine permissu Iudicis impune discedunt, nec deinceps inuiti ad testifi-
 candum iure uocantur. l. Si quando. C. De Testib.

II **I**nterrogatoria (ut nunc dicimus) secundum quæ examinandi sunt testes aduersarij, **II**
 exhibenda sunt Iudici intra duos dies, hoc est, toto eo die quo testes producuntur, **Dierum.**
 & sequente. Sic enim accipiendum est, cum Iudices designant ad hoc terminum Iuris. Spe-
 cula. in Tit. De teste. §. Item de interrogatorijs.

DE APPELLATIONIBVS.

I **L**itigatoribus permittitur ex non scripto prouocare à sententia Iudicis, modo fiat **I**
 illico, hoc est, eodem die, antea, quàm Iudex & litigatores ad alios actus diuertant. **Diei.**
 Macer in. l. ij. ff. De appellat. Sed si (inquit) apud acta quis ipso die uoce appellauerit: satis
 erit, si dicat: APPELLO. Accedit. l. Litigatoribus. C. eod. tit.

II **E**i qui suam causam agebat, nisi statim appellasset (ut iam dictum est) dabātur olim **II**
 in causis proprijs duo dies ad prouocandum. l. j. §. Biduum. ff. Quand. appell. sit. **Dierum.**
 Et. l. Qui suspectum. ff. De appellatio.

III **I**n causis alienis, dabantur tres dies ad appellandum à sententia Iudicis. l. Eos. §. **III**
 Si autem. C. De appellation. **Dierum.**

III **A**ppellatio à sententia Iudicis, post biduum quoq; & triduum, hodie admittitur **X**
 intra decem dies. Quod tempus ei, qui uel per se, uel per procuratorē defensus **Dierum.**
 est, continuo à die sententiæ reputatur. Absenti uerò citra contumaciam, nec defenso, cur-
 runt

runt X. dies à tempore quo rescuerit sententiam aduersus se dictam esse. Auc̃. Modic̃ auct̃. C. De appellationi. l. Ab eo. C. Quomo. & quand. Iud. Et Nouel. De appella. in princip. Nec est prætereundum, quòd in. d. l. Ab eo, Imperator dicit (illico) significans tamen decem dies, qui hodie conceduntur appellanti, ut Accursius quoque recte intelligit. Proinde, obserua quàm uarijs modis accipiantur hæc uerba: Illico, statim, mox, item longum tempus, & cætera huiusmodi.

X
Dierum.

V Cvm appellatum est, habetur etiam humanæ fragilitatis ratio, quæ facit, ut concedantur X. dies ad emendandam appellationem, si fortè ad alium Iudicem appellari debuisset (quippe obseruandi sunt gradus Magistratum in prouocationibus) aut si totius appellationis eum poeniteat, quandoquidem sæpè non nisi Cadmeam uictoriam reportant prouocantes, hoc est, plus impediunt quàm tota lis sit. l. Si quis. C. De appellationi. Si quis (inquiunt Imperatores) libellos appellatorios ingesserit: sciat se habere licentiam arbitrium commutandi & suos libellos recuperandi, ne iustæ poenitudinis humanitas amputetur.

Sed hic meritò quis hæsitauerit: An non liceat Magistratibus cuiuslibet loci aliter statueret, aut etiam prorsus adimere prouocationis formam & tempus? Respondeo: Brevius quidem tempus statui posse, sicut in multis Ciuitatibus obseruatur tridui antiquitus concessum sed aboleri planè per desuetudinem, aut tolli per auctoritatem beneficium appellandi, minime gentium licet. Non desunt tamen qui & hic disputant, ad dissentiendū potius quàm ad docendum studiosi: nec desunt Ciuitates, quæ statuunt sub interminatione, & obseruant, ne extra muros (ut dicunt ipsi) appelletur. Verum litus arant, tentantes rem illicitam, quæ nullo Diuino aut humano Iure defendi potest: ut rectissimè sentit Bartolus cum alijs plerisque in. l. Omnes populi. ff. De Iust. & Iur. Primum enim, est contra naturalem defensionem. Deinde, Iuri Ciuili prorsus refragat. Denique, occasionem dat grauissimè delinquendi. Quid enim aliud dicit aut cogitat is, qui non uult appellari à sua sententia, quàm hoc: Nolo exigi iudicium meum ad iustitiæ regulas: uolo obseruari decretum meum, siue iustum sit, siue iniquum? Quid sequitur? nempe istud: Sic uolo, sic iubeo? sit pro ratione uoluntas? Cur non audendum, cum nemo sit meæ sententiæ futurus censor? Hinc uides, bone lector, non tam facile censeri rem, quàm uerba ipsa præ se ferre uidentur: cum quis dicit aut statuit, ne à sententia sua appelletur, sicut aliàs plura de hoc scribemus. Interim admonendi sumus, licere & ipsis litigatoribus conuenire de tempore prouocationis expediendæ apud Iudicem appellatum. Imò & consentire inter se possunt litigatores, ut tota causa ad cognitionem superioris Iudicis perducatur sine ulla appellandi solennitate: quoniam nullus in hoc grauatur, cum ipsi consentiunt. Et ita uidi in Cæsareo tribunali causam fuisse admissam ex ducatu Mergelburgensi.

XXX
Dierum.

VI Appellans à sententia diffinitiuâ, habet triginta dies ad petendum Apostolos, hoc est, literas dimissorias. Numerabuntur hi dies à dicta Iudicis sententia, non ab interposita appellatione: in quo articulo pleriq; errant. Et Iudex tenetur intra hoc tempus dare Apostolos, alioqui cum Officialibus suis puniendus. l. Quoniã Iudices. Et. l. Iudicibus. C. De appellat. Hoc tempus uulgò nuncupant terminum Iuris ad dandum Apostolos: quorum significationem eleganter tractat Macer in. l. unica. ff. De libell. dimissori. Post appellationem (inquiens) interpositam, literæ dandæ sunt ab eo, à quo appellatum est, ad eum, qui de appellatione cogniturus est, siue Principem, siue quem alium: quas literas, dimissorias, siue Apostolos appellant. Sensus autem literarum talis est: appellasse (puta) Lucium Titium à sententia illius, quæ inter illos dicta est. Adi. l. Eos. §. ult. C. De appellat.

VI
Hebdomada
darum.

VII Appellanti à sententia parium curiæ, dantur VI. hebdomadæ ad prosequendam appellationem. c. Sancimus. Quo tempo. mil. inuestitu. pete. debe. In usib. feudor. Interim Vasallus non est priuandus possessione feudi sui, quia pendet adhuc appellationis causa, iuxta. l. iij. C. De appellat.

XXX
Dierum.

VIII Qui absente Iudice apud notarium appellauit, is debet intra triginta dies scriptum ap

ptum appellationis insinuare Iudici. Quòd si non fecerit, præsumitur ei renuntiasse, ut tractatur in .l. Iudicibus .C. De appellat.

IX **S**I Iudex delegatus noluerit dare Apostolos, reiiciens planè appellationem, con- III
Mensium.
ceduntur prouocanti quatuor menses, ut hac de re apud delegantem Magistratum queratur .l. Si appellationem, in fi. C. De appella. Alioqui, regulariter nõ oportet Apostolos denegare, saltè refutatorios, hoc est, quibus declarat inferior Iudex nõ admissam fuisse appellationem ex tali causa. Solent etiam acta Iudiciaria nonnunquã loco Apostolorum designari. Nam satis est appellanti, quòd testimonium habeat qualecunque, uidelicet prouocationem interpositam, & Iudici insinuatam fuisse. Vnde Notarius quoque (si utcunque Iudex temere noluerit) potest apostolos testimoniales dare.

X **R**egulariter appellanti à quocunque ordinario Iudice, si non admittatur prouocatio, aut non dentur Apostoli: sex menses præstantur, ut interim ad superiorè Iudicem de hoc querelam perferat. .l. Si appellationem .C. De appellation. VI
Mensium.

XI **A**ppellans debet prosequi causam appellationis intra annum: quo elapso, prior sententia rata manet, nisi longius tempus impetratum fuerit. Auc̄. Ei qui .C. I
Anni.
De tempori. appellatio.

XII **A**ppellantibus ex legitima causa, ne lus suum persequerentur impeditis, indulgetur biennium .d. Auc̄ten. Ei qui. II
Annorum.
Circa appellationem itaque, principaliter tria obseruabis tempora: Primum, interponenda; Secundum, insinuanda; Tertium, prosequenda appellationis.

DE DILATIONIBVS IVDICIO

rum & contractuum,

I **Q**ui promittit pecuniam aut factum in diebus, non adiiciens quibus: is post biduum tenetur. .l. Inter illam. ff. De uerbo, significa. Ita datam conditionem (inquit labolennus) ILLVD FACITO IN DIEBVS: si nihil præterea fuisset adiectum, in biduo conditionem impleri oportet. Accursius rectè notat idem dicendum esse, si promittat quis se daturum, aut facturum in annis. Nam de duobus proximis intelligendum est. .l. Libertas. §. ulti. ff. De manumif. testamen. Quod non est contemnendum, propter uarios contractus, in quibus non conuenit de certo tempore. Alioqui, cum placuerit contrahentibus certum tempus adijci & per errorem omissum est, nihil agitur: quando de grauamine eius tractatur, qui non obseruat diem: Vt est accipienda .l. Ita stipulatus sum te, in princ. ff. De uerbo, obligatio. II
Dierum.

II **S**i quis petisset aduersarium suum de una Prouincia ad aliam exhiberi, & in Ius trahi: actor contumax olim expectabatur x. diebus, quibus elapsis, absoluto reo condemnabatur in expensis & damnis: ut est uidere Nouell. De exhiben. & introducen. reis, in princ. Sed hodie tales exhibitiones sunt abolitæ, ut supra quoque diximus. Actor enim sequitur forum rei .l. ij. Et .l. In criminali. C. De Iurisdic. omni. Iudic. X
Dierum.

III **R**eus conuentus, accepto libello per quem edita est actio, habet inducias xx. dierum, ut deliberet, utrum contendere uelit, an cedere in iudicio. Auc̄. Offerat XX
Dierum.
C. De Iudic. Cæterum, Iudex potest pro qualitate rerum ac personarum, breuiores aut prolixiores inducias concedere: debet quoq; spectari locorum consuetudo .l. Præsides. Et .l. Oratione. ff. De feri. Quòd pertinet quod Vlpianus in .l. Nonnunquã .ff. De iudic. Et in .l. ij. ff. De re iudic. Qui pro tribunali (inquit) cognoscit, non semper tempus iudicati seruat: sed nonnunquam prorogat, nonnunquam arctat, pro causæ qualitate, & quantitate, uel personarum obsequio, uel contumacia.

III **D**ebitoribus fisci petentibus dilationem ad soluendam pecuniam fisco debitã duo menses indulgendi sunt in minoribus pecuniarum summis. .l. In fraudẽ II
Mensium.
§. Fiscalibus; ff. De Iur. fisc.

Cc Sed

Sed quæ sunt minores summæ pecuniarum? Tractatur hoc in .l.j. C. De defensori. Ciuitat. In minoribus (inquit) causis, id est usque ad quinquaginta solidorum summam acta iudicialia conficiat. Quo loco solidi, pro aureis nõ aliter accipiuntur, quam in .§.ulti. Instit. De pœn. temer. litiganti. Alio modo intelligendus est solidus in .l. Si libertus. ff. De in Ius uocand.

II
Mensium.

V **I**S qui compensationem opponit fisco, debet intra duos menses probare debitum, postea non admittitur compensatio .l. Aufertur. §. Qui compensationem. ff. De Iur. fisc.

III
Mensium.

VI **S**I debitores fisci nõ habeant pecuniam quam statim soluant, dilationem humanitate gratia, trium mensium, obtinebunt in maioribus pecuniarum summis .l. In fraudem. §. Fiscalibus debitoribus. ff. De Iur. Fisc. Quæ autem ceteri debeant maiores summæ, facile patet ex his, quæ de minoribus summis diximus.

II
Mensium.

VII **F**ideiussores qui promittunt reum Iudicio sisti, liberantur post duos menses, si actor interea non fuerit litem contestatus. Quia differens tam diu Iudicium, censetur à lite uelle discedere: Nisi forte, uel ex scripto solenni, uel ad certum tempus, uel in causa publica fideiusserint. .l. Si fideiussor. §. Sancimus itaque. C. De fideiussorib. & mandatori. Quo loco Iurisperiti scribunt, eum quoque uideri ex scripto, seu in scriptis fideiussisse, qui apud Notarium post fideiussionem confitetur se promississe Iudicio sisti. Quod diligenter obserua, ut scias qui nam dicendi sint contractus scripti: & quomodo scriptum contractum facias, nulla initio interueniente scriptura.

II
Mensium.

VIII **C**Ausa clericorum præcis dilationibus, intra duos menses diffinienda est, ne à Diuini cultus officijs, quibus addicti sunt, diu distrahant. Nouell. Vt cleric. apud prop. Episc. §. Si uerò aut propter. Et. §. Si tamen de criminibus.

VI
Mensium.

IX **C**Lerici absentes, quorum præsentia in Ecclesijs desideratur, uocandi sunt per tria menses. c. Ex tuz. De cleric. non residenti.

VI
Mensium.

X **F**ideiussores Iudicio sistendi causa dati, possunt intra sex menses purgare moram sui principalis, uidelicet allegatis causis probabilibus, quare die præfinito ad Iudicem non uenit. .l. Sancimus. C. De fideiussori.

I
Anni.

XI **L**egatione publica functi, habebant olim quasi pro beneficio uicissim, uacationem ab honoribus unius anni. Modestinus in .l. Non solū, in princ. et. §. Annus. ff. De excusatio. tutor. Annus autem (inquit) continuorum dierum scrutabitur, ex quo quis reuersus est, rectam uiam dirigens uel dirigere debens, non eam quæ est ex circuitibus. Quod argumentum non contemne, aduersus eos, qui cum per compendia rerum aliquid agere possent, ipsi sibi sunt causa differendi negotij: cur enim his subueniendum fuerit? Obserua etiã hic, quanti olim apud Romanos erat excusari ab honoribus uel uno anno: Et simili propemodum ratione, magnum immunitatis beneficium existimabant, excusari à tutela & curatione minorum. Sunt hoc seculo qui ambiunt utrumque, tantum abest quod uelint excusari.

II
Annorum.

XII **Q**ui dotem promissit, ni soluat intra biennium, tenetur postea ad emolumentum eius. .l. ulti. §. ult. C. De iur. dot.

II
Annorum.

XIII **S**I quis in longum tempus cõducta domo uel fundo, distulerit toto biennio pensionem soluere, is potest Iuris remedio expelli, nõ obstante conuentione. .l. Quæro. §. Inter locatorem. ff. Locat.

III
Annorum.

XIII **E**mphyteota, triennio differens annuæ pensionis solutionem, potest per dominum prædij possessione destitui. Iustinianus in .l. ij. §. Sin autem nihil. C. De Iur. Emphyteu

Emphiteu. Volenti (ait) ei licere eum à prædijs emphiteuticarijs repellere. Quæ uerba nonnulli interpretantur nimis durè de uolentia armorum priuata, Hinc nemo nõ habet in ore. Dominus fundi potest Emphiteotam triennio non soluentem, propria autoritate expellere. Rogo quid aliud hoc est, quàm suppeditare occasionem rixarum & armorum? Quid enim si Emphiteota nolit expelli, & opponat uim? Rectius igitur ex æquo & bono sic accipies Iustinianum, sicut in præfatione Institutionum dicit, ut per legitimos tramites expellat calidantem Emphiteotam. Nunquam enim permittitur uis, nisi nominatim, & secundum naturam permittat. Vt ibi: Vim ui moderata tutela, repellere licet.

Emphyteosis autem, uel (ut quidam rectius dici probant) Emphyteusis, contractus est inter emptionem & uenditionem: Item locationem & conductionem, medius & specialis, de quo tractat in Tit. C. De Iur. Emphiteu. Et in. §. Ad cõ autẽ. Instit. De locationi. & cõductio.

XV **Q**ui honores olim gessisset, ei concedebatur immunitas, ut intra triennium nõ uocaretur ad alia id genus munera. l. Ab honoribus. C. De munerib. & honorib. lib. x. III
Annotum.

XVI **S**cholaris qui bonas literas quinquennio non exercet, amittit priuilegia Iuris, quæ sunt in Auct. Habita. C. Ne fili. pro. patr. Non enim uidetur animum discendi habere, qui præclaras disciplinas tanto tempore negligit, arg. l. penult. C. De com. meat. lib. XII. Quod nota propter exemplum aliorum absentium. V
Annotum.

XVII **A**d disciplinam Iuris Ciuilibus, quinquenniũ diffinit Iustinianus in præfatione Pandectarum. §. Et quod iam primis. Quocirca & hoc statutum est: quod ante quinquennium nemini prorsus liceat patronum causarum in Iudicijs agere. l. Petitiones. C. De aduoca. diuerso. Iudicio. Nec de cætero (inquit) quenquam antequam per statuta tempora Legum eruditioni noscatur inhæsisse, supra dicto consortio sociari. Vtinam hoc seculo nostri Magistratus uellent eã cõstitutionẽ mordicus obseruari ab õnibus causidicis. V
Annotum.

D E A E T A T E H O M I N I S

I **P**rimus ætatis gradus est infantia, intra annum septimum. Rectè enim infans dicitur, quasi nullis idoneis officijs: quia consilio prorsus caret, ac primæuæ innocentiæ, qua DEVS ab initio creauit hominem, exemplum nobis refert. Quamobrem etiam nullius delicti culpam admittit. l. Infans. ff. Ad Leg. Cornel. de sicari. VII
Annotum.

II **I**mpubes ab anno septimo usque ad annum sesquiundecimum, proximi censentur infantia, similes planè furioso & infanti, quantum ad delinquendi adfectum attinet. Quia huius ætatis pueri bonum & malum non adhuc possunt discernere, adeoq; intellectu carent. §. Pupillus. Instit. De inutil. stipulatio. X
Annotum.

III **A**b anno sesquiundecimo, usque ad annum decimumquartũ, Impubes cõsentur proximi pubertati, & doli capaces, ideoq; & furtum, & iniuriam admittere possunt. l. Pupillum, in princ. ff. De regu. Iur. l. Impuberem. ff. De furt. Et. l. Sed & si quocũque. §. Quod si impubes. ff. Ad Leg. Acquil. Et hæc ita se habent in masculis. Fœminarum uerò infantiam Accursius extendit usq; ad annũ sesquidecimum, in dict. §. Pupillus. XIII
Annotum.

III **F**œminæ intra duodecimum ætatis annũ censentur impubes. Quare ante eã ætatem matrimonium non rectè contrahunt, quia uiripotentes non sunt. Instit. De nupti. in princ. Et quib. mod. tutel. finit. in princ. Nec possunt tales puellæ testari. l. in. §. Lege Iulia. ff. De testib. Et. §. Præterea. Instit. Quib. non est perm. face. testament. XII
Annotum.

V **P**ubertas in Iure nuncupatur ætas xv. annorum. Interim enim ab incunabulis, pueri uocantur impubes, retinendi sub disciplina parentum aut tutorum. Rectè ergo XV
Annotum.

obseruatum est olim, ne contraherent nuptias ante annum ætatis decimum & quintum . §. Enimuero. Nouell. de tempo. non solu. pecun. sup. dot. Siquidem compertū habemus (inquit Iustinianus) eos qui quā celerrime nuptias contrahunt, ad illas non minores quindecim annis accedere. Hodie uerò publica honestas, neq; hanc puerilem ætatem admittere debet ad onera matrimoni; Et uehementer stulti fuerint parentes, qui liberis suis infirmo adhuc, aut etiam nullo consilio præditis, rem tantam aggredi permittunt.

Veteres olim solebant ex habitu & inspectione corporis æstimare pubertatem, nedum ex annis, uidelicet masculorum, non etiam fœminarum. Quòd Iustiniano propter pudicitiam retinendam meritò displicuit, uolenti quòd post decimum & quartum annum masculi, cœpto decimo & quinto: fœminæ autem post duodecimum, illicò reputarentur puberes, finireturq; tutela: Instit. Quib. mod. tutel. finit. in princ.

XX **VI** **A**dolescentes, qui moribus & solertia præditi sunt, tametsi legitimam ætatem nondum expleuerint: anno tamen uigesimo possunt impetrare ueniam administrationum rerum .l. ij. in princ. C. De his qui ueni. ætat. impetra.

XVII **VII** **F**œminæ quas morum honestas commendat, anno decimo & septimo ueniam ætatis impetrare possunt, ut pro maioribus (quantum ad rerum domesticarum administrationem attinet) censeantur .l. ij. §. Fœminas quoq; . C. dict. tit.

XVIII **VIII** **C**um relinquuntur alimenta masculis usque ad pubertatem, intelligi oportet annum ætatis decimum & octauum. Modestinus in .l. Mela ait, in princ. ff. De alimen. & cibari. legat. Certe (inquit) si usq; ad pubertatem alimenta relinquunt: si quis exemplum alimentorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur, uelit sequi: sciat Hadrianū constituuisse, ut pueri usque ad decimum & octauum, puellæ usque ad decimum quartum annum alantur. Animaduerte hic, bone lector, quantam uim habeat humanitatis ratio, ut pubertatis quoque reputatio illi cedat. Est ne enim humanum, ut alimēta in pubertatem puero relicta, porrigantur nonnihil ad robustiorem ætatem, qua possit seipsum alere? Insuper & hoc pondera diligenter, quod Modestinus dicit (Si quis exemplum alimentorum, quæ dudum pueris & puellis dabantur, uelit sequi.) Nam hinc apparet, Iurisconsultos exempla nobis in usucapionibus & præscriptionibus diffiniuisse. quæ pro ratione cuiuslibet loci, tēporis, & personarum, sequi, aut etiam uariare liceat.

XX **IX** **M**inores intra annum uigesimalium, si quam rem immobilem donauerint (non tamen propter nuptias) habent repetitionem: postea non audiendi .l. ult. §. Cū aut. C. Si mai. fact. aliena. rat. habue.

XX **X** **A**d testimonium in causis criminalibus, requiritur ætas .xx. annorum .l. In testimonium . C. De testib.

XIII **XI** **I**n causis Ciuilibus, admittuntur puberes post annum decimum & quartum ætatis expletum. Ideoq; & matrimonium contrahere, & testari possunt Romano Iure. Instit. De nupti. in princ. l. Senium quidem. Et .l. seq. C. Qui testa. facer. poss. l. Qua ætate. ff. De testamen. l. Si frater . C. eod. tit. Et Nouell. Ut sponsal larg. §. Et hoc quoq;.

XXV **XII** **L**egitima hominis ætas, post quintum & uigesimalium annū reputat. Interim namque minores appellantur, iuuandi propter ætatis imbecillitatem .l. ult. C. De his qui ueni. ætat. impetra. Vlpia. in .l. j. ff. De minori. .xxv. ann. Nam cum inter omnes (inquit) constet: fragile esse & infirmum huiusmodi ætatum consiliū, & multis captionibus suppositum, multorumq; insidijs expositum. Et inferius: Apparet minoribus annis .xxv. eū opē polliceri. Nam post hoc tempus compleri uirilem uigorem constat. Et ideo hodie in hanc usque ætatem adolescētes curatorum auxilio reguntur: nec antè rei suæ administratio eis committi debet, quàmuis bene rem suam gerentibus.

Lege

XIII **L**ege Iulia cautum est, ne minor **XX**. annis iudicet. Quare nec arbiter eligi potest, neque poena ex sententia eius committitur. *.l. Cum Lege Iulia. ff. De arbit. Annorum.* **XX**

XIII **M**inor **XXV**. annis non potest constitui procurator ad iudicia. *.l. Exigendi C. De procuratori. Sanè (inquit Alexander) quòd nec dum legitimam ætatem idem filius tuus compleuerit, ob hoc quidem depellere à procurationis officio eum iudex non iniuste potuit.* **XXV** *Annorum.*

XV **P**arrochos & Presbyteros, moribus, scientia, & ætate graues, saltem **XXV**. annis maiores esse uult Romanus Pontifex in. c. Licet canon. §. Quia tamen. c. Cum in cunctis. §. Inferiora. De electio. lib. VI. Aucten. Presbyteros. Et. *.l. Si quenquam. C. De Episco. & cleric.* **XXV** *Annorum.*

XVI **V**iduam appellat Apostolus, quæ non minor sit annis **LX**. & unius uiri defuncti uxor. *.l. Timo. v.* **LX** *Annorum.*

XVII **A**etatem hominis firmiorem, Dauid extendit usque ad **LXX**. annum, ut ab eo tempore sit labor & dolor. *Pfalm. LXXXIX.* **LXX** *Annorum.*

XVIII **V**usufructus municipio legatus, ceterum annis durat, quia is finis uitæ longæ ui hominis est. *.l. An usufructus. ff. De usu. & usufruct. legat.* **C** *Annorum.*

XIX **M**aiores **LXX**. annis, erant olim immunes à tutelis, & ab omnibus muneribus personalibus. *.l. ij. in princ. ff. De excusati. tutor. l. Maiores. ff. De Iur. immunita. l. Si ultra. C. De decurioni. lib. XII. Semper enim in Ciuitate Romana senectus uenerabilis fuit, eundemque penè honorem semibus, quem magistratibus exhibebant. l. Semper. ff. De Iur. immunita. Quocirca rectissime dixit Ennius: Moribus antiquis, res stat Romana, uirisque. Et perpende in. d. l. Maiores, quòd qui ingressus est septuagesimum annum, nondum tamen egressus, non recte dicitur maior **LXX**. annis, nec habet immunitatem.*

Hæc ferè sunt quæ in Iure Ciuili de ætate hominis tractari solent: tamen Varro cum alijs ætatem absolute partiatur in infantiam, pueritiam, adolescentiam, iuuentam, & senectutem, postquam tandem pueritia redit, & senex bis puer est, ut dici solet.

DE BELLO.

I **B**ellum, si triduo antequàm committatur, denunciatum fuerit hostibus, uulgo existimatur planè honestum. Contrà, nisi sit indictum, omnes putant infame. Et hæc uocant diffidationem, quæ non minus quàm trium dierum tempus complecti debeat. Vnde est Tit. De diffidatio. **III** *Dierum.*

Sed o uanam hominum cæcitatem, qui putamus bellum ex eo comprimis iustum cense ti, si præcedat denunciatio: non perpendentes interim rem & causam ex qua procedat, plerunque etiam obularem. Quanto rectius Plato negauit ullum bellum inter homines cense ri iustum. Seditio est (inquit) & CHRISTVS seruator noster Matth. v. At ego (ait) dico uobis: quòd quisquis irascitur fratri suo temerè, obnoxius erit iudicij.

Sic igitur statuamus. Nullum bellum ideo licitum uideri potest, quòd triduo prius indictum sit, aut etiam si placet, decennio: nisi sincera conscientia suscipiatur: pro tuendis bonis aduersus malos: ac legitima & necessaria ratione: ab ijs, quibus DEVS commisit gladium. Et hæc est summa eorum, quæ Iurisperiti argute magis, quàm utiliter disputat de bello, in. *.l. Ut uim. ff. De Iusti. & Iur. ac alijs locis.*

II **V**ulneratus, si mortuus fuerit intra triduum, præsumitur uulnus letale fuisse. Postea uerò, non ex uulnere, sed ex alia accidente causa censebitur defunctus, ut Bar. **III** *Dierum.* cum alijs probat in. *.l. ult. in. fi. ff. Ad Leg. Cornel. de sicari. Angel. & Alexan. in. l. Si quis cum aliter. ff. De uerbo. obligationi.*

Eadem ratione probant Doctores: Si animal emptum, triduo mortuum fuerit, imminere hoc detrimentum uenditori, quoniam ex uitio morbi ante uenditionem contracti, censetur perisse. l. Si uero. §. Qui pro rei. ff. Qui fati. cogant. Nonnullæ Ciuitates utuntur ad hoc præscriptione decem & quatuor dierum, ut si tam diu uulneratus superuiuat, reputant eum aliunde, quàm ex uulnere mortuum.

DE ERRORE ADVOCATORVM.

III **I** **A**duocatorum error, ex continenti, id est, triduo reuocandus est, uidelicet quādo
Dierum. litigatores sunt præsentis: alioqui error Iuris & facti, usque ad sententiam emendari potest ab alijs. l. j. & ulti. C. De error. aduoca. l. Error. C. De Iur. & fact. ignor. l. Iudices. C. De iudic.

II **A**duocatis quorūcūq; Iudiciorum, etiam si comiteat, hoc est, ueniam abeundi à Magistratu impetrassent, non licebat olim ultra biennium abesse, sub poena amittendi officij. Erant enim apud antiquos, aduocati & numero, & ordine certo in matricula descripti. l. ulti. C. De aduocat. diuer. Iudicio.

DE HAEREDIBVS.

IX **H**æres, ob publicam honestatem, intra nouem dies ab obitu illius cui successit, nulla de re nomine defuncti molestandus est. Quod si secus fiat, inutiliter agitur. Donandum enim hoc tempus est luctui, commiserationis & modestiæ causa. Auct. Sed neque. C. De sepulc. uiolat. In multis Ciuitatibus longius tempus indulgetur hæredibus: & merito, ut occurratur impudentiæ illorum, qui ne moribundo quidem parcerent, & funeribus molestiam, aut etiam iniuriam inferrent. Quod tamen sub poena tertiæ partis bonorum, & infamiæ prohibitum est, in Auct. Item qui. C. dict. tit.

II. & **C**um uenditur, aut relinquitur ancilla uel seruus, ut manumittatur, nec apparet de
IIII **C**tempore quo manumitti debeat, certè nisi intra duos menses manumissio fiat, potest à ipso iure contingit libertas inter præsentis. l. ulti. ff. Qui sin. manu. ad liberta. perueni. Inter absentes iij. mensibus. l. ulti. ff. eod. titi.

III **H**æres an uoluerit hæreditatem adire seu agnoscere, deliberandi gratia tres menses habet, à die quo se hæredem esse intellexit. l. Sancimus. §. Similiq; modo C. De iur. deliberan. Interim ergo conueniri non potest à creditoribus defuncti. l. Sancimus. §. Donec tamen. C. eod. tit. Et eodem tempore debet hæres scribere omnium bonorū Inuentarium, si modo adsit hæreditas.

I **H**æres absens à loco in quo est tota hæreditas, uel maior eius pars, debet intra
Anni. annum curare ut perficiatur inuentarium. l. ulti. §. Sin autē à locis. C. De iur. deliberan.

C **A**d petendam bonorum possessionem proximitatis & cognationis nomine, centum dies olim dabantur utiles, ex eo tempore quo primum rescuisset mortē cognati. l. ij. C. Qui admitt. §. Liberis itaque. Instit. De bonor. possess.

I **L**iberis emancipatis, & parentibus, bonorum possessio intra annum concedebatur. Verum hodie sublata est ferè differentia emancipationis. §. Liberis itaque Instit. De bono. possessio. l. j. §. Largius. ff. De successor. edict. l. Si cohæredi. §. ult. ff. Quis ord. in bono. possessio. seruet. l. Emancipata. C. Qui admit. De hoc aliàs dicitur.

VI **H**æres quem pater ex hæredato filio instituit, debet intra sex menses adire hæreditatem, si modo sit præsens: ne querela inofficiosi testamēti, quam ante aditam hæ

tam hæreditatē filius prosequi non potest, calumniose impediatur. De absente, est annus constitutus. l. Scimus antea. §. Illud præterea. C. De inofficio. testament.

VIII **H**Aeredes eius qui pendente appellatione mortuus fuerit, non solum habent ^{III} *Mensium.* tempus quod defuncto ad prosequendam appellationem reliquum fuit, uerum etiam quatuor menses conceduntur illis post deliberationem de adeunda hæreditate, numerandi. l. ult. C. Si penden. appella. mors interuener.

IX **S**i hæredes in Ius uocati non exoluerint legata intra sex menses, legatarij uel fidei ^{VI} *Mensium.* commissarij sunt mittēdi in possessionem bonorum hæredis, quorum fructus tantisper percipient, donec uoluntati testatoris satisfiat. l. Is cui legatorum. §. Imperator Antoninus. ff. Ut in possessio. legato. l. Certa est forma. C. eod. tit.

X **H**Aeredes qui legata ad pias causas intra sex menses non soluunt, à tempore insinuati testamenti: tenentur postea ad omnia emolumenta, & ad id quod interest legatariorum, solutionem nō fuisse protractam. §. Sin autem. Nouell. De Ecclesiasti. tit. Quid est autem legatum pium? Breuiter hoc est, quod Religioni, bonis literis, & pauperati relinquitur. In his enim uera pietas exercetur. ^{VI} *Mensium.*

XI **H**Aeredibus hodie siue præsentibus, siue absentibus, non ultra nouem menses ^{IX} *Mensium.* conceduntur ad deliberandum, amputatis alijs dilationibus. l. ult. §. Sed quidam. C. De Iu. deli.

XII **H**Aeres qui uiolenter abstulerit alicui rem à defuncto donatam, tenetur intra ^I *Anni.* annum in quadruplum, postea in simplum. l. j. C. De ui bonor. rapto.

XIII **H**Aeres uel executor testamentarius, nisi intra annum soluat legata secundum ^I *Anni.* uoluntatem testatoris, amittit hæreditatem & executionē. §. Si quis autem non implens, Nouell. De hæredi. & Falcidi. Au&t. Hoc amplius. C. De fideicommiss.

Et ne hic erres, sciendum est, hæredem quidem statim cogi posse ab adita hæreditate, ut rem legatam tradat, nec toto anno expectandum est necessario. Cæterum, si tanto tempore hæres solutionem legatorum sine legitima causa distulerit, pœna hæc locum habet. Sic intellige. l. Si liber homo. §. Cum res. Et. l. Si domus. §. In pecunia. ff. De legat. l. j.

XIII **F**ilius si fortè dixerit se nolle adire hæreditatem maternam, potest nihilominus ^I *Anni.* mutata uoluntate, intra annum adire. l. Filij. ff. Ad Senatuf. Tertu.

D E A D V L T E R I O.

I **M**aritus potest adulterum cum uxore sua deprehensum, quem aut nolit, aut non ^{XX} *Horarum.* liceat occidere, per horas diurnas nocturnasq; non plures quàm XX. retinere, testandæ eius rei causa, ut sine fraude Iure suo utat. Vlpianus in. l. Capite quinto. ff. Ad Leg. Iuli. de adulteri. Ego arbitror (inquit) etiam in patre id seruandum, quod in marito expressum est. Sed & si non in domo sua maritus deprehenderit, poterit retinere. Sed semel remissus adulter, reduci non potest. Quid ergo si euaserit? an reductus custodiri uiginti horis possit? Et puto, hic magis dicendum, reductum retineri posse, testandæ rei gratia. Quod adijcitur, TESTANDÆ REI GRATIA: ad hoc pertinet, ut testes inducat testimonio futuros accusatori, deprehensum reum in adulterio. Hæc uerba recensui, quoniam uehementer in alijs quoque factorum articulis deseruire nobis possunt. Cæterum hodie nunquam licet occidere in adulterio deprehensum, quod olim liberius concedebatur.

II **S**uspectus de fuga, multò magis in crimine deprehensus, potest retineri ^{XX} *Horarum.* horis, ut interim Iudex adeatur, per. l. Ait Prætor. §. Si debitorem. ff. Quæ in fraud. credi. Si debitorem meum (inquit Vlpianus) & complurium creditorum consecutus essem

fugientem, ac pecuniam secum ferentem, & abstuliffem ei id quod mihi debebatur, &c. Sic enim recte colligunt Doctores exemplo adulteri retinendi, hunc quoque articulum diffinendum esse.

II
Mensium.

III **M**isso olim repudio propter adulteriū, uel mortua uxore de adulterio suspecta: serui uxoris post repudium, uel post mortē eius, duobus mensibus in seruitute necessariō manebant, nec antea manumittebantur: quos interim maritus posset pro eruenta ueritate ad torturam petere. Ut si probatum esset adulteriū, dos cederet marito: sin minus, redderetur hæredibus mulieris. l. ulti. C. Ad leg. Iuli. de adulte.

Diuortium autem seu repudium, olim ex multis, atque non ita grauib. causis admitteretur: ut est uidere in .l. Consensu licita. C. De repudi. Vtebantur autem Romani ad hoc solēnibus uerbis, sicut & in Interdictis, & alijs rebus serijs. Caius in .l. ij. ff. De diuort. In repudijs autē (ait) & renūciationibus comprobata sunt hæc uerba, RES TVAS TIBI HABETO: itē hæc, TVAS RES TIBI AGITO. In sponsalibus quoque discutiendis placuit renūciationem in teruenire oportere. In qua re hæc uerba probata sunt. CONDITIONE TVA NOM VTOR. Adhibebantur item testes septem, ciues Romani puberes, ne res præcipitanter agi uideret. Paulus in .l. Nullum diuortium. Et in .l. ij. ff. dict. tit. Hodie uerō non nisi ex causa adulteri diuortium permittitur, Matth. v. Et .c. iij. De adulteri. & stupr.

LX
Dierum.

III **M**aritus habet LX. dies ad accusandā uxore de adulterio Iure mariti. Postea nō aliter quā extraneus, admittitur .l. Iure mariti. C. Ad Leg. Iul. de adulte. Iure autem mariti accusare, est in accusando hæc habere specialia. Primum, ut præferat omnibus alijs accusare uolentibus, etiam patri adulteræ. Secundum, dies prædicti ad accusandum sunt marito utiles, alijs cōtinui. Tertiū, sine subscriptione, & sine pœna calumniæ accusat. Quartū, ex sola suspitione accusare potest, ut tractat in .d. l. Iure mariti. Et .l. Quāuis. C. eod. tit.

VI
Mensium.

V **A**ccusaturus mulierem de adulterio extraneus, habet sex menses à die diuortij utiles .l. j. §. Accusationem. ff. Ad Senatuscon. Turpilia.

V
Annorum.

VI **A**dulteri accusatio, post quinquennium continuum non auditur, siue mulier, siue maritus sit accusandus. Computatur autem à die admissi criminis. Papinianus in .l. Quinquennium. ff. Ad Leg. Iuli. de adulter. Nam dari sex menses utiles, sic est accipiendum: ne crimen quinquennio continuo sopitum excitetur.

XIII
Annorum.

VII **M**inor post pubertatem, hoc est, post decimumquartū annum, committit ad Multerium, non intra eam ætatē .l. Si minor. ff. Ad Leg. Iuli. de adulteri. Quāquam nonnulla crimina, impuberi quoque non cedant impunē.

XXX
Dierum.

VIII **S**enatusconsultum, quod factū est apud Romanos de liberis agnoscendis, permittit mulieri, parenti uel eius in cuius potestate est, uel ei cui mandatum est ab eis: si putauerit se prægnantem post diuortium, denuntiare id marito intra XXX. dies à diuortio numerandos. Si maritus non adfuerit, denūciabit parenti in cuius potestate est: aut si neutrius copia fuerit, ad domum eorum fiet denunciatio. l. j. §. Permittitur igitur. ff. De liber. agnoscen. l. j. §. Mulier autē. ff. De uet. inspici. Hodie uerō, nō nisi ex causa adulteri sit diuortium, quo casu hæc quoque deseruire possunt, ut supra dictum est.

XL
Dierum.

IX **M**ulier prægnans, ultimo supplicio adficienda, seruabitur XL. diebus etiā post partum, humanitatis gratia, ut rectē probat Accursius in .l. Prægnās. ff. De pœn. arg. .l. ij. §. Si non propter. ff. Si quis cautioni. Si tamen (inquit Vlpianus) post parū decubuerit: probandum erit, quasi ualitudine impeditam.

DE RESCRIPTIS ET NOVIS

Constitutionibus

XXX
Dierum.

I **S**i princeps rescripserit, aut mandauerit aliquem seuerius, quā æquum est, puniri, hoc est noua quadam & inusitata forma: tunc nō statim condemnandus est reus, sed tri-

sed triginta diebus supersedendum est, ut interim adfectus Principis nimium forte per falsas delationes exacerbatus, ad clementiorem ueritatis cognitionem perducatur. l. Si uindicta. C. De poen. Digna sanè optimorum Imperatorum uox est, omnibus Magistratibus imitanda, ne primis statim animorum motibus iudicent, multò minus pestilentissimis quorum libet delationibus auscultent: sed causa prius diligenter cognita, ex æquo & bono statuunt omnia, adhibito bonorum uirorum consilio.

II Nouæ constitutiones non statim obtinent, atq; scriptæ sunt: sed post duos menses ab insinuatione earum receptæ, ligant generaliter omnes. Vnde est tit. Ut fa. & nou. Constitu. Augustinus pulchre iij. distinct. c. In istis. Leges instituuntur (inquit) cum promulgantur: sed firmantur, cum moribus utentium approbantur. Nisi ergo post insinuationem recipiantur Constitutiones, uidebuntur abrogatæ: ut hodie propemodùm insinitæ sunt Leges, quæ nunquam in usum forensem perductæ sunt. II
Mensium.

DE MINORIBVS.

I Quando minorum ætas, omnium maximè requirit tuitionem, receptum est quòd tutor designatus non appellet: sed intra quinquaginta dies excusationem suam proponat. Insti. De excusation. tutor. §. Qui autem. Et. l. Scire oportet. §. Aliud autem inuenimus. Et. §. Quinquaginta uerò. ff. eod. tit. Nunc rariores sunt excusationum causæ, si lo cuples sit puer: imò, controuertant sapius, quis nam in tutela præferri debeat. Agè scis causam? Olim reputatum est magnum onus: nunc pro lucro habetur (exceptis semper bonis uiris) administrare tutelam. Et tamen nihil est officiosius, quàm pupillum, & uiduam suscipere ac tueri. L
Dierum.

II Tutor, uel curator cuiuslibet generis, excusationem suam quæ (ut iam dictum est) proposuit, intra quatuor menses persequi debet: nisi per aduersariam partem impediatur. l. Quinquaginta. Et. l. seq. ff. De excusat. tuto. III
Mensium.

III Tutor qui intra sex menses non collocauerit pecunias pupillares ad emolumentum: rectè ob hoc conueniri potest. l. Si tutor. ff. De administra. tutor. VI
Mensium.

III RE minoris alienata titulo oneroso, puta, emptionis & uenditionis, sine decreto Prætoris, si maior factus tacuerit per quinquennium à die uigesimiquinti anni numerandum: ualebit alienatio propter tacitam ratihabitionem. l. ult. C. Si maior fact. rat. habue. Aliud est in titulo lucratiuo, ut supra diximus. V
Annorum.

V Minor XXV. annis si matrimonium contraxerit, nec receperit dotem quam concessus sit se recepisse: habet fauore quodam ætatis XII. annos, intra quos intendat querelam non numeratæ dotis. Auct. Si minor. C. De tempo. in integ. restitutio. XII
Annorum.

VI SI puellæ relicta fuerint alimenta usq; ad pubertatem, oportet eam alere usque ad XVIII. ætatis annum. l. Mela ait, in princ. ff. De aliment. & cibari. legat. XIII
Annorum.

VII Minor si non proposuit querelam non numeratæ dotis: hæres eius habet quinquennium ad petendam in integrum restitutionem. Auct. Si minor. C. De tempor. in inte. restitutio. V
Annorum.

VIII PVeri ante annum decimū & quartum, nō sunt ad iuramenta cogendi. XXII. q. v. c. Pueri. Rectè quidem. nam huiusmodi ætas, grauitatem Iurisurandi nō satis perpendit, & quàm magno periculo suscipiatur. XIII
Annorum.

IX Minoribus datur hodie quadriennium continuum ad petendum in integrum restitutionem: olim annus erat utilis. l. ult. C. De tempori. in integ. restitutio. III
Annorum.

DE TESTAMENTIS.

I
Anni.

I Relictum uxori à marito, uel ex diuerso marito ab uxore, sub conditione, *SI SE RCUNDAS NON CONTRAXERIT NVPTIAS*, non rectè petitur intra annū. Postea uerò admittitur petitio, exposita cautione: quòd si aliquando mutata sententia contracturus fuerit nuptias, restitutum sese rem ipsam cum fructibus. Nouell. De nupt. §. Vnde sancimus.

V
Annorum.

II Separatio bonorum defuncti, intra quinquennium ab aditione numerandum, postulanda est. l. j. §. Quod dictum est. ff. De separatio. Ut autem intelligamus quid sit, & quo consilio introducta fuerit separatio ista; audiamus Vlpianum in. l. j. in princ. ff. eod. tit. Sciendum est (inquit) separationem solere impetrari decreto Prætoris. Solet autem separatio permitti creditoribus ex his causis: Vt puta debitorem quis Seium habuit. Is decessit. hæres ei extitit Titius, non est hic soluendo. patitur bonorum uenditionem. creditores Seij dicunt bona Seij sufficere sibi, & dicunt creditores Titij contentos esse debere bonis Titij, & sic quasi duorum fieri bonorum uenditionem. Fieri enim potest, ut Seius quidē soluendo fuerit, potueritq; creditoribus suis uel ita semel, etsi non in assem, in aliquid tamē satisfacere. admissis autem commissisq; creditoribus Titij: minus sunt consecuturi, quia ille non est soluendo: aut minus consequentur, quia plures sunt hi creditores. Est igitur æquissimum, creditores Seij desiderantes separationem, audiri: impetrareq; à Prætoris, ut separatim quantumcunq; creditoribus præstetur. Hæc Vlpianus. Interim tu perpende, candide lector, quàm commodum tibi tuisq; futurum esse possit hoc consilium in usu forenti, ubi casus euenerit, ut in tempore petas bonorum separationem. Nam quòd hic quinquenniū conceditur: intelligi oportet cum omnia adhuc sunt integra, cum nulla bonorum uenditio facta est: alioqui lis memor, ut citius petas hoc beneficium longè maximum.

V
Annorum.

III Hæres extraneus aperiens testamētum eius, qui in propria domo necatus est, hanteaquàm de familia eiusdem sit habita quæstio, aut alia inquisitione consuevit quomodo necatus sit testator: potest accusari intra quinquennium ad pœnam legitimam centum aureorum. l. Lege Cornelia. §. ult. l. In cognitione. Et. l. j. ff. De Senatuscō. Silania. Cum aliter (inquit Vlpianus) nulla domus tuta esse possit, nisi periculo capitis sui, dominis custodiam tam ab domesticis, quàm ab extraneis præstare serui cogantur: ideo Senatusconsulta introducta sunt de publica quæstione à familia necatorum habenda.

V
Annorum.

III Verela inofficiosi testamēti, intra quinquenniū ab adita hæreditate rectè proponitur. l. Scimus antea. §. Illud præterea. Et. l. Si quis. C. De inofficio. testament. Nisi tamen legitima causa impediatur. l. Contra maiores. C. eod. tit.

Et quando in mentionem quinquenniū iam rursus incidimus, hoc certè prætereundum non fuit: Quòd tempus quinquennale, uocatur lustrum: in quot annos olim prædia locari solebant. Lustrum enim à luendo, hoc est, soluendo dictum esse, Varroni placet, quoniam quinto quoq; anno uectigalia tributaq; exigebantur. Vlpianus in. l. Si quis nec causam. §. Res pignori. ff. Si cert. petat. Nam & si colonus (inquit) post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat.

Præterea, quinquennium dicitur multum temporis in. l. j. §. Quod dicitur. ff. De separatio. Quod dicitur (inquit Vlpianus) post multum temporis separationem impetrari nō posse: ita erit accipiendum, ut ultra quinquennium post aditionem numerandum separatio non postuletur.

V
Annorum.

V DE statu defunctorum qui sine inquietudine uitam liberam egerunt, non oportet post quinquenniū cōtrouertere à die mortis. l. j. ff. Ne de stat. defuncto. Et. l. j. C. eod. tit.

VII
Annorum.

VI Parens solus adit hæreditatem liberis infantibus, ex testamento, uel ab intestato delatam, siue eos in potestate habeat, siue non habeat. Maiori autem VII. annis delatam hæreditatem, ipse puer consensu parentis, uel si parentem non habeat, auctoritate tutoris, adire debet. l. Si infanti. C. De iur. delib. et.

Testamea

VII **T**estamentum legitime perfectum, nudis uerbis reuocari non uidetur, nisi allegans reuocationem huiusmodi testamenti, post mortem testatoris duo probauerit: Alterum, quod testator apertis, minimeq; dubijs reuocandi uerbis sit usus: Alterum, quod post reuocationem, decem anni sunt elapsi. l. Sancimus. C. De testament. X
Annorum.

VIII **H**aeres siue suus, siue extraneus, quomodocunq; successurus, ex testamento, uel ab intestato, maior XVIII. annis, si testatorem forte fortuna ab hostibus captum non redemerit cum posset: priuabitur successione captiui, absq; ulla spe restitutionis in integrum impetranda. §. Si unum de praedictis. Nouell. Vt cum de appellat. cognoscit. Idem est de haerede, qui egestati testatoris non subuenit. Nam si postea ad meliorem fortunam peruenerit: non admittetur tam impius haeres ad successionem eius. l. iij. ff. Quib. ut indig. Ex quibus locis nonnulli recte colligunt: Minorem XXV. annis, restituendum quidem in his, quae ad Leges Ciuiles pertinent: sed cum aduersus naturalem pietatem aliquid admittit, non audiendum esse. XVIII
Annorum.

IX **A**d aestimationem alimentorum annuorum, quae in testamento relicta sunt, ineundam (quatenus ad detrahendam Falcidia attinet) anni non ultra XXX. sunt reputandi ad uitam hominis. Vt ecce: In prima aetate e uigesimo anno, computandi sunt ad uitam legatarij XXX. anni, ac ita deinceps, diminuendo numerum annorum per reliquos gradus aetatis, secundum elegantissimam formam. l. Haereditatum. ff. Ad Leg. Falcid. Non quod putes hominem non diutius posse uiuere: sed cum constituendus esset aliquis modus de re incerta, hic uisus est commodissimus. Et si uolueris exemplum, in quo non oporteat ad normam (ut sic dixerim) mathematicam exigere rationem, quare sic statutum sit: certe inter alia, hoc unum est appositissimum ad. l. Non omnium. ff. De Legib. Et ferè tota praescriptionum materia, eodem referri & potest, & debet: quoniam non omnium quae a maioribus constituta sunt, ratio reddi potest. XXX
Annorum.

X **N**e haeres teneatur ultra ualorem haereditatis, cum multi sunt creditores defuncti, consultum est, ut perficiat inuentarium bonorum quae in haereditate sunt intra LX. dies: idq; praesentibus legatarijs, fideicommissarijs, creditoribus, & Notario publico, si modo in Ciuitate aut Prouincia adsunt. l. Scimus. §. Sin autem dubius. C. De iur. delib. Et hoc est beneficium Inuentarij, quod Iustinianus donat omnibus haeredibus. Nouell. De haered. & Falcidi. §. Hinc nobis. Vnde uulgò dicimus: haereditatem adiri beneficio Inuentarij. LX
Dierum.

DE GLANDE LEGENDA.

Glandem, hoc est, quemcunq; fructum, ex arbore tua in alienum solum decidentem, tertio quoq; die legere potes: modo exponas cautionem damni infecti, id est, quod legendo glandem, nullum damnum uicino sis allaturus. l. Iulianus. §. Glans. ff. Ad exhibend. l. j. ff. De gland. legend. III
Dierum.

DE CUSTODIA CARCERIS.

Custos carceris olim intra triginta dies, nomina, causas, aetatem, & omnem conditionem uinctorum Iudici denunciabat, ut tantò melius de condemnatione, aut relaxatione eorum tractari posset. l. ulti. C. De custodi. reor. Vbi Doctores notant, causam uinctorum non esse protrahendam ultra mensem. Quod certè & humanum, & æquum est. XXX
Dierum.

DE FEUDO.

Item de inuestitura feudi controuertitur, possessio Vassalli annalis, praedicitur domino scienti. c. j. §. Si quis se, in fi. Si de inuestitu. inter domi. & Vassal. lis oriat. Nam sciens, uidetur tacite consentire. c. j. §. Præterea. Quib. mod. feud. amitta. Dominus I
Anni.

I **II** **D**ominus sciens feudum alienatum esse, nec reuocans intra annum, non admittitur postea, uidelicet, cum nullus agnatorum est, qui in feudo aperto præcedat eum. c. j. §. Porro. Quali. olim poter. feud. aliena. In usib. feudo.

Vtrum autem reuocans alienationem feudi, teneatur reddere precium, textus est in. c. j. §. Titius filios. Si de feud. defunct. conten. sit. Agnatus enim potest recuperare feudum, nõ reddito precio. Cæterum, emptor actionem habet ex empto aduersus uenditorem. c. j. De prohibet. feud. alie. per Federic.

I **III** **F**eudum alienatũ, etiam in agnatos, reuocat proximus agnatus intra annum: Nisi forte sciens cõsensisset expresse aut tacite. c. j. §. Titius filios. Si de feud. defunct. contenti. sit inter domi. & agnat. Nam remittentibus actiones suas, nõ est dandus regressus. l. Sequitur. §. Si uenditor. ff. De Aedili. edict. Quòd si in extraneum fuerit facta alienatio, triginta annis eam reuocationi subiectam esse, putat gloss. in. d. §. Titius filios.

I **III** **V**asallus debet intra annum & diem petere inuestituram feudi, quòd postea amittit, & ad dominũ reuertitur, ut est Constit. Imperialis. §. Præterea si quis. De prohibet. feud. alie. per Federic. c. j. Quo tempo. mil. inuestitu. peter. debe.

XXX **V** **S**i quis rem aliquam pro feudo possideat triginta annis, & exhibeat domino id seruitij quod debet, quamuis non sit inuestitus: præscriptione tamen triginta annorũ se potest tueri. c. j. §. Si quis per triginta. Si de feud. defunct. cõtent. sit inter domi. & agna. Vasal. In usib. feudo.

XL **VI** **R**es communis potest dari in feudum. Quòd si alter socius renuat suam partem in feudum dare, nec etiam uoluerit cum Vasallo diuidere, tunc potest conueniri actione cõmuni diuidendo, quæ hoc casu XL. annis durat, tametsi in alijs speciebus nõ tam diuturna sit. c. j. §. Item sciendum est. De not. feudo.

DE EMPHITEVSI.

II **EM**phiteota, qui alienandæ Emphiteusis sine uoluntate domini potestatem non habet, potest offerre Ius suum domino, ut emat quanti plurimi fuerit. Aestimabitur enim precium quod quilibet extraneus daturus est. Tum si post oblatam emendi conditionem, dominus per duos menses tacuerit, liberum erit Emphiteotæ Ius suum cui uolet alienare. l. ult. §. Sin autem dominorum. C. De Iur. Emphiteo.

DE NVPTIIS.

I **I** **M**ulier, mortuo marito, annum luctus obseruabit ob publicam honestatẽ. Contrahens uerò intra annum, perdit omnia lucra nuptialia, & infamia notatur. l. j. in princ. Et. l. ij. C. De secund. nupt. l. j. ff. De his qui notan. infami. Viri uerò, non lugent uxores. l. Vxores. ff. De nupti.

III **II** **M**ater tendens ad secundas nuptias, debet filijs suis petere tutores idoneos confestim, hoc est, intra quatuor menses. Quod si non faciat, cognati petent tutores. l. ij. §. Si mater. ff. Ad Senatuscon. Tertyllia. l. Nepotibus. C. Qui pet. tutor. Sic enim interpretatur Bartolus hoc uerbum (confestim) in. l. Presbyteros. C. De Episco. & cleric. Et in Auct. Marri & auiz. C. Quan. muli. tut. offic. fung. pot.

I **III** **M**ulier secundas contractura nuptias, nisi intra annum petat tutores (forte cognatis non petentibus, ut sæpè sunt negligentes) priuanda est successione eorũ. l. ij. §. Confestim. ff. Ad Senatuscon. Tertyllia. l. Omne marri. Et. l. Matres. C. eod. tit. Quæ materiam non inconcinne tractat Paulus Castrensis in consili. CCCLXIII. Incipi. Res ista modicam dubitationem.

Non so-

Non solum autem tenetur petere tutores, uerumetiam inuestigare debet mater qualiter ad-
ministrant: quomodo filij educantur moribus & bonis literis .I. Matris pietas Et .I.ulti. C.
Qui pet. tutor.

Præterea, admonendi sumus: hæc omnia repetenda esse de cognatis, qui nisi impuberi
orphano petant tutores intra annum, carebunt eius successione .I. Sciât. C. De legiti. hæredib.

III **S**OLUTO matrimonio, permissum est dotē statim exigere in rebus immobilibus: I
Anni.
SVerum in mobilibus uel se mouentibus, uel incorporalibus, annale tempus ob-
seruatur .I. §. Exactio autem dotis .C. De rei uxori. actio.

V **C**VM pater sine graui & legitima causa negligit filiam dare nuptui, potest ipsa sine XXV
Annorum.
Cconsensu paterno matrimonium contrahere. Et oportet nihilominus patrem sup-
peditare pro facultatibus dotem. Quòd si non ob aliam quam hanc causam recusauerit, uide
licet, quia nõ consensisset, cogendus est per Magistratum. Auçt. Sed si post .C. De inoffi. te-
stament: Probatur Ecclesiast. VII.

VI **Q**VI olim manumittebat ancillam causa habendæ uxoris, Iusiurandum apud Iu- VI
Mensium.
Ddicem cogebatur dare, quòd eam intra sex menses ducturus esset uxorem, ne
fortè manumissio fraude, ac libidinis gratia fieret. §. Iustæ autem. Insti. Quib. ex caus. manu.
non lic. l. Si collactaneus, in fin. ff. De manumif. uindict.

VII **C**VM quis olim apud Hebræos duxisset uxorem, donabatur ei immunitas uni- I
Anni.
Cpublicam functionem uocabatur eo anno. Deuter. XXIII.

Hodie quoque hunc honorem pleræque Ciuitates rectè præstant matrimonio, ut primo
anno exemptionem habeat onerum publicorum. Probatissima sanè consuetudo est: Nam
& CHRISTVS uoluit nobis nuptiarum commendationem præsentia sua & primo omnium
miraculo insinuare. Ioan. ij. Vnde consequitur, matrimonij honestatem non satis percipere
eos maritos, qui in ultima uoluntate sua (quod sæpè uidi) relinquunt aliquid uxori, adiecta cõ-
ditione, si secundas non contraxerit nuptias. Quam conditionem Iustinianus approbat No-
uell. De nupti. §. Vnde sancimus, sicut superius quoque dictum est, haud dubiè suasu Tribu-
niani, hominis ad omnem innouationem facilimi, propter auaritiam, ut Suidas & Procopi-
us de eo scribunt. Melius ergo Terentius Iureconsultus dixit: Cum legato adscripta fue-
rit conditio, SI NON NVPSERIT: EA REIECTA, mulierem rectè nubere, & legatum capere. l.
Sed si hoc. §. ult. Et. l. Hoc modo. ff. De conditio. & demonstra. Porrò, dotatas & nuptas es-
se fœminas, ad sobolem procreandam replendàmq; liberis Ciuitatem, maximè necessari-
um esse Vlpianus respondit. in. l. i. ff. Solut. matri.

Hoc denique diuino & naturali Iuri consentaneum est. Apostolus de uiduis loquens. l.
Corinthi. VII. Quòd si se non continet (inquit) contrahat matrimonium. Nam satius est nu-
bere, quàm uri. Et iterum. l. Timothe. V. Volo igitur iuniores (ait) nubere, liberos gignere,
domum administrare, &c. Item Gene. II. Non est bonum, hominem solum esse. Quare si
casus conueniat, existimo secundum Romanum & antiquius Ius respondendum ac iudican-
dum esse: Videlicet, quòd talis adiecta conditio, habeatur pro nulla. Quid enim interest mor-
tui coniugis, superstitem non contrahere matrimonium?

VIII **M**A T E R tenetur naturali Iure alere filium triennio, ut abinde cura alimento- III
Annorum.
Rum ad patrem magis spectare uideatur .I. Nec filium negare. C. De patr. potesta. Et remedium (inquiunt Imperatores) alimentorum apud Præsidentem maiori trimo-
petendi monstratum Iure, manifestè declarat.

Trimus puer trium annorum dicitur: sicut bimus, quadrimus, duorum & quatuor anno-
rum: Et anniculus, unius anni. Herodes in omnibus finibus Bethleemiticis quotquot erāt bi-
muli aut mīnores, interfici iubebat, frustra conatus & CHRISTVM natū interimere. Matthei
II. Et sanè uerissimum est: Malum consilium, penè nunquam successisse tyrannis.

Dd SI cui

III **IX** **SI** cui relicta sunt simpliciter alimenta, quæ hæres multo tempore, hoc est, triennio præstiterit: is potest heredem conuenire, ut deinde semper præstet. l. j. C. De fidei commissi. Hunc fauorem habent alimenta quibus uitam sustentamus, & penè nulla re magis prodesse possumus proximo.

III **X** **F**ilius si repudiet hæreditatem paternam, potest nihilominus intra triennium eandem adire, modo res hæreditariæ nondum alienatæ sint. l. vlti. C. De repudi. & absti. hæredit.

DE MVNERIBVS ET HONORIBVS.

II **I** **Q**ui fuerit absens nominatus ad honores, hoc est, ad munera personalia cum dignitate: is habet duos menses ex eo die quo sciuerit se nominatum, ad proponendam excusationem uel etiam appellationem. l. j. C. De tempori. appellatio. Iterum hic admonemur, quàm anxij olim essent maiores nostri, ne ad honores deputarentur, in quibus rectè adiuuandis rogo quid aliud est quàm cura & molestia?

III **II** **C**um incidit quæstio uendicandi Decurionis, qui relicta origine, aliò migrauerit, eam oportet intra tres menses diffinire: alioqui Iudex punitur. l. Generali. C. De Decurioni. lib. x. Decuriones hodie optimo exemplo dixerimus Magistratus, qui consilij simul etiam iudicandi causa, Senatorio quodam ordine in Ciuitatibus conscripti sunt. l. Pupillus. §. Decuriones. ff. De uerbo. significa. Vrbes autem ex quibus olim coloniarum deducebantur, Metropoles dictæ sunt, quasi matrices: quædoquidem sic se habet Metropolis ad coloniam, sicut mater ad filiam. Quocirca Budæus rectè notat, hallucinatum esse Gratianum, qui Metropoles, à numero Ciuitatum dici, uerbis Isidori putauit XXI. distincti. c. Cleros. Nam ea significatione, primam breuem naturam haberet, cum habeat longam. Proinde melius illud dictum est LXIII. distincti. c. Sacrorum. Ad eligendum Episcopum, sufficere Ecclesiæ matricis arbitrium. Vnde Metropolitanus dictus est.

De uendicatione autem Decurionis adiecta causa, cuius hic fit mentio, nos alibi diximus.

II **III** **D**efensores Ciuitatum Iureiurando electi, iudicabant olim biennio, alijs postea ex descripto in matricula circulo & ordine delectis, ut probatur Nouell. De defenso. Ciuita. §. Iusiurandum Et. §. vlti. Pleræque Ciuitates, singulis annis Magistratus mutant, imitantes Prætorij Imperij priscam consuetudinem. Et id quod in XII. tabulis est: Reliqui Magistratus annui sunt, Et paulò infra: Ciuitatem annali Lege seruanto.

DE SOCIIS

III **S**ocius admonitus in iudicio, uel extra iudicium, ut pro parte rata pecuniam, quam alter socius in rem communem solus impendit, restituat: si negauerit solutionem, post quatuor menses amittit dominium rei communis, quam socius ob impensas potest totam uendicare. l. Si fratres. §. Idem respondit. ff. Pro soci. l. Si ut proponis. C. De ædific. priuat.

DE PECVLIO.

I **I** **S**eruus alienaretur olim cū peculio, & interim sine peculio traditus esset: tunc uēditōr poterat intra annum de peculio cōueniri. l. Et ancillarum. §. Si seruus alienatus ff. De peculi.

I **II** **Q**ui filio familiæ studiorum uel legationis causa mutuo dederit pecuniam ad necessarios sumptus, quos nec pater iure potuisset negare, is potest intra annum agere de peculio, nihil obitante Senatusconsulto Macedoniano, cuius mens non fuit tam iustis subuentionibus interdiceret. Nec refert aliquid, utrum filius uiuat adhuc, an sit mortuus. l. Macedoniani, C. Ad senatusconsult. Macedo.

DE

DE SERVIS.

I **S**eruus olim qui ignorante domino subrepsit ad ordinem Ecclesiasticum, poterat in **I**
 tra annū probata seruitute, repeti ac uendicari. §. Si seruus sciente, Nouell. De sanc **Ann.**
 tiff. Episco. Cui subscribit Romanus Pontifex in .c.ij. De seru. non ordinan.

II **S**eruus manumissus à Fisci debitore, qui soluendo non est, si diu in libertate permā **X**
 serit, hoc est, decennio saltem: postea non est reuocandus in seruitutem. l. Si cum **Annorum.**
 fidei commissaria. §. Aristo respondit. ff. Qui & à quib. manu. liber. nō fiunt. Vides, quā
 eleganter Iurisconsulti hic sint usi praescriptionis æquitate, quasi medio quodam Iure & tem
 peramento inter Rempubicam, quæ utique fauorabilis res est, & libertatē, quæ & ipsa fauo
 rem meretur?

DE VARIIS CONTRACTIBVS.

I **S**i quis debitores suos liberet, malens illis debitū condonari, quā creditoribus suis **I**
 solutum iri, certē non est laudanda huiusmodi fraudulenta liberalitas quæ nocet a **Ann.**
 lijs. Quare q̄dem debitores liberati, possunt conueniri intra annū in id quod facere possunt
 modo sint ignari fraudis, quam liberans eos prætendebat: Nam participes doli mali tenen
 tur in solidum. l. ulti. C. De reuocan. his quæ in frau. credi.

II **S**i conductores ædium non soluant pensionem, & præterea latitent, permittitur lo **II**
 scatori domum aperire, & res in ea repertas apud publicam personā testesq; sigilla **Annorum.**
 tim describere, descriptasq; consignare ut custodiantur. l. Cū domino horreorū. C. Locat.

III **M**ulier intercedens pro alio, iuuatur quidem Senatusconsulto Velleiano: sed ta **II**
 men si post biennium repetierit eandem fideiussionem non habet locum Se **Annorum.**
 natusconsultum. Quia non est ei subueniendum, quæ cum euitare posset intercessionis ex
 actionem, maluit post deliberationem tanti temporis eam confirmare. l. ij. C. Ad Sena
 tuscon. Velleia.

III **Q**ui tacet centum diebus, uideatur ratum habere negotium pro se gestum, ut **c**
 tractat Bar. in. l. Pomponius. ff. De negoti. gest. **Dictum.**

V **P**romittens pecuniam in tribus terminis (ut dicunt) nullo in speciem adiecto tem **III**
 pore, annua, bima, trima die tenetur, ut tota summa tertio anno sit soluta, sicut rec **Annorum.**
 tē probat Bar. in. l. ij. in princ. ff. De annu. legat. lason in. l. Eum qui calendis, in princ. ff.
 De uetbo. obligatio. more suo catalogum recenset eorum, qui subscribunt huic sententiæ.

VI **A**ctio hypothecaria XL. annis conceditur. l. Cum notissimi. §. Quamobrem **XL**
 C. De præscripti. trigin. annor. **Annorum.**

VII **O**mnes actiones temporales, per litis contestationem perpetuant, hoc est, ad XL **XL**
 annos extenduntur. l. ulti. C. De præscriptio. trigin. annor. Cui consequens **Annorum.**
 est alia regula: Quod actiones quæ tempore triginta annorum non tolluntur, omnibus mo
 dis per XL. annos finem accipiunt. l. Omnes. C. cod. tit.

VIII **A**ctiones decem uel uiginti annorum, quæ loco pio cōpetunt, non nisi XL **XL**
 annis tolluntur. Auct. Quas actiones. C. De sacrosanct. Eccle. Hoc priuile **Annorum.**
 gium est pij loci.

IX **P**ossessor bonæ fidei ex legitima contractus causa, bonorum Fisco uacantium, per **XX**
 uiginti annos defensionem adquirit. l. ij. §. Diuus Pius. ff. De Iur. Fisc. **Annorum.**

D d 2 Seruitutes

X
Annorum.

X Seruitutes ad instar usufructus, adquiruntur per contractus & ultimas voluntates. Amittuntur autem decem annis inter presentes .l. Sicut usufructum. C. De seruituti. & aqu.

DE PRIMO DECRETO.

I
Anni.

I Reo aduersus quem est facta missio in possessionem bonorum ex primo decreto, ut creditor ea teneat & custodiat, datur annus, intra quem rediens auditur, & potest recuperare bona sua: Ita tamen, ut restituat actori expensas, & præstet cautionem idoneam hoc est, fideiussoriam, uel pignoratitiam, Iudicio fisci. Post annum uerò, de recuperanda possessione non est audiendus, sed tantum de causa principali. l. Si quis emptionis. §. Sed & si quis. C. De præscriptio. trigin. annor. Auct. Et qui iurat, C. De bo. auto. Iudic. possiden. No uell. De exhiben. reis. §. Si uerò semel. Tractat Bar. materiam primi & secundi decreti, in .l. Si finita. §. Iulianus. ff. De dam. infect.

II
Annorum.

II Missio in possessionem bonorum debitoris ex primo decreto, prodest alijs quoque creditoribus intra biennium uenientibus, si modo debitum probauerint. l. Cum apud uereres, in princ. C. De bon. auto. Iudic. possiden. Absentibus autem creditoribus, quadriennium tribuitur .l. ulti. in princ. C. eod. tit.

DE CONTUMACIA.

I
Anni.

I Absens accusatus de graui crimine, si uocatus, intra annum non ueniat, nascit contra eum magna reatus coniectura, quæ facit ut postea rediens teneatur innocentiam suam probare: cum alioqui ueniente eo, probandum fuisset ab actore crimen .l. j. C. De requiri. re. Huic coniecturæ accedit quod dicimus, læsam conscientiam semper fugere.

V
Annorum.

II Bona propter contumaciam seu delictum confiscanda, intra quinquennium à fisco uendicari oportet. l. ij. C. De uestigali. & commif. Bal. in .l. Commissa. ff. De publica.

XX
Annorum.

III Querelæ falsi, uiginti annis præscribitur, sicut cæteris criminalibus accusationibus .l. Querela. C. Ad Legem Corneli. de fals.

DE NAUFRAGIO.

I
Anni.

Nauta qui dicit se fecisse naufragium, debet hoc probare intra annum apud Iudicem loci, ut ei res seruata restituantur: Postea uerò non auditur .l. ij. C. De naufra. lib. XI. Et causa ad summum intrabiennium est terminanda. l. penult. C. eod. tit.

Quòd autem nonnulli bona naufragorum sibi prorsus adpropriant prætextu consuetudinis: crudele & impium est, ac merito damnatur per Federicum Imperatorem sub pœna publicationis bonorum. Aucten. Nauigia. C. De furt.

DE COMMISSO.

V
Annorum.

Res quæ in commissum cecidit, non potest peti post quinquennium à Fisco, cui non est soluta debita pensatio, multò minus petet fiscus precium eius si fortè non extat. l. ij. C. De uestiga. & commif.

Commissum autem est delictum non solutæ pensationis, dictum à committo. Nam committere inter alia significata, pro delinquere, & in peiorem partem aliquid facere accipitur. Vnde Cicero: Non committas (inquit) ut dicendum sit: non putaram. Et Triphoninus in .l. Auxilium, in fi. ff. De minori. Et non fit (ait) ætatis excusatio aduersus præcepta Legum eius, qui dum leges inuocat, contra eas committit. Itaque is qui non soluto uestigali, Rempublicam sua

cam sua pensitatione defraudat, multum sanè delinquit, & meritò res, quarum nomine aliquid soluendum erat, amittit. Ideo in commissum, uel in causam cõmissi dicuntur incidere. I. Commissa. ff. De publica. & uectigali, Vectigal est, quod pro deuectis mercibus soluitur: quemadmodum portitorium, quod portitori datur.

II **S**i dominus agrum suum & tributarium deferat, potest quilibet propria autoritate culturam eius suscipere, ut Respublica tributum saluum habeat. Cæterum dominus agri deserti ueniens intra biennium auditur, & restitutus expensis culturæ, potest eum recipere. I. Qui agros. C. De omni. agr. desert. lib. XI. II
Annorum.

DE MILITE VETERANO.

I **V**eteranus miles olim post uiginti annos consequatur immunitatem ab omnibus muneribus, ut est Tit. C. De excusati. uetera. Et. I. Sed & milites, in principi. XX
Annorum.
Et. §. Quandoque autem. ff. De excusati. tutor.
Verum hoc intelligendum est de militibus honestè militia missis. Nam apud antiquos, qui militaris disciplinæ studiosissimi fuerunt, triplex contingebat missio: uidelicet honesta, causaria, & ignominiosa. I. ij. §. Ignominia. Et. I. Milites. ff. De re milita. Nunc omnia sine ordine geruntur ad calamitatem subiectorum.

II **L**iberta maior quinquaginta annis, operas præstare patrono non cogebatur olim L
Annorum.
I. Liberta. ff. De oper. liberto.

DE RECEPTIS ARBITRIS.

I **S**i compromissum fuerit in arbitrum, oportet eum intra annum facere certiore I
Anni.
de compromisso. Alioqui post tēpus annale, uidentur litigatores arbitrium eius repudiasse, ut probat Barto. in. I. Si quis arbitrato. ff. De uerbo. obligat.

II **A**duersus sententias eorum, à quibus propter eminentiam Magistratus, uel aliam II
Annorum.
rationem appellare non licet, utique admittitur supplicatio intra bienniū, Auct. Quæ supplicatio. C. De preci. Impera. offeren.

DE DAMNATIS.

Cum quis in metallum damnatur sine certo tempore, uidebitur præfinitum esse decen X
Annorum.
nium. I. Sine præfinitione. ff. De pœn. Quod nota ad alias rerum species simili ratione diffiniendas.

DE MARITO IMPOTENTE VEL CAPTIVO.

I **V**xor non debet propter impotentiam statim diuertere à marito: sed per triennium III
Annorum.
expectabit, ut interim appareat, utrum ex perpetua, an uerò ex aduentitia causa sit impotentia morbus. Elapso autem triennio, si nihil emendatum fuerit hoc malum, Iustinianus permittit diuortium: credo propterea, quoniam uxor reuera non fuit, quæ non consentit in uirum impotentem. §. Per occasionem quoque necessariam Nouell. De nupti. iunct. I. Nihil consensui. ff. De regul. Iur.

II **C**um dubitabatur olim, num maritus ab hostibus captus uiueret, an nō: quin V
Annorum.
quennium expectandum erat, ut interim ueritas exploraretur. §. Sed etiā capti uuitatis. Nouell. De nup. Et. I. Vxores. C. De repudi. Sed constitutum est postea, ut tantum Dd 3
per expect.

DE VSV CATIONIBVS

per expectet mulier, donec certò constet maritum esse mortuum. §. Quòd autem. Nouell. Vt licea. mat. & aui.

DE REDEMTIS AB HOSTIB.

V *Amorum.* **R**edempti ab hostibus ære alieno, tenentur & gratias referre, & multò magis precium redemptionis soluere. Quod si non possunt, æquum est: ut redimenti quinquennio seruiant .i.ulti. C. De capti. & postlimi. reuer. Quod non multà discrepat à Lege Mosaica, Deutero. xv.

DE NVNDINIS.

X *Amorum.* **N**vndinarum usus à Principe specialiter impetratus, amittitur decennio, si non utantur impetrantes. l. j. ff. De nundi. Sic de seruitutibus non utendo amittendis, suprà diximus.

DE LVDO.

L *Amorum.* **Q**væ in ludo ultra aureum perduntur, repeti possunt intra quinquaginta annos .i.ulti. C. De religio. & sumpti. funer. Qua ex se æstimare licet, quàm inhonestum censeant Leges immodicum ludi abusum. Cum enim regulariter omnibus actionibus personalibus præscribatur triginta annis, uides hoc casu repetitionem extendi ad annum quinquagesimum .i. Sicut. C. De præscript. trigin. annor. Quod nota.

DE IVBILEO.

L *Amorum.* **A**nus quinquagesimus olim apud Hebræos ex Lege Mosaica, uocabatur Iubileus: quo tempore unusquisque ad possessiones, & libertatem familiamq; suam, quam ob necessitatem alienasset, nec posset soluere, gratis admittebatur. Nume. xxv. Sanctificabisq; (inquit) annum quinquagesimum, & uocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ uestræ. Ipse enim est Iubileus. Reuertetur homo ad possessionem suam, & unusquisq; ad familiam pristinam: quia Iubileus est quinquagesimus annus.

Hæc Politiz species optima est, & meritò commendāda sunt omnia Statuta Ciuitatū quæ eòdem tendunt, hoc est, ut liberi ac reliqui cognati, per diuturnam successionem fruantur parentum & maiorū opibus, nomie & familia. Id enim maximè secundum naturā est. Quobrem olim non uoluerunt res immobiles alienari passim in extraneos, ut testatur .i. Dudū C. De conrahen. emptio. Dudum (inquiunt imperatores) proximis consortibusq; concessum erat, ut extraneos ab emptione remouerent, neque homines suo arbitratu uendēda distraherent. Et quanquàm ibi reuocetur hoc Ius, multæ tamen Ciuitates mordicus obseruant, ne possessiones extra familiam alienentur: & ut proximus sanguine, sit itē proximus in contractu emptionis. Huc denique pertinent omnia Statuta quæ tam anxie præcipiunt, ne ullius rei immobilis alienatio sit ualida, nisi per insinuationem apud Magistratum, in publicis actis (libros Ciuitatum uocant) describatur: Non aliò ista tendunt, quàm quòd bona manent intra familiam uniuscuiusque ciuis, & præripiatur occasio clandestinis alienationibus, quæ alioqui in præiudicium sanguinis sæpè contingerent. Nam cum palàm fiunt & solenniter alienationes, cui libet est libera interdicens facultas: potest & Magistratus oculum adijcere, ne quid perperam agatur. Summa, tanta est huius Iuris utilitas cum priuata, tum publica, ut si singula prosequi debeam, necessarium fuerit uel eo nomine iustū scribere libellum. Sed aliàs tractabitur latius.

CON

107

**CONSILIA QVAEDAM SEV CAUTE
LAE IN MATERIA PRAE-**

scriptionis.

I **E**XISTIMANT Doctores aliquando praescriptionem, uel Iure communi, uel Iure statutorio introductam euitari posse. Primum: Si conuentum fuerit inter co-
trahentes, & instrumento comprehensum, quod elapso tempore per Legem uel Statutum
praescripto, incipiat debitor rursus debere omnibus numeris quibus antea contractum, &
per Notarium descriptum est debitum, argu. l. Sicut in annos, in princip. ff. Quib. mod.
usufruct. amitat. Bar. in. l. Nemo potest. ff. De legat. j. Vbi probatur: quod alioqui sine hac
expressa conuentione, qua mediante non uidetur excludi autoritas Legis, sed magis no-
ua constitui obligatio: non possit ullo modo fieri directa renunciatio, ne procedat usuca-
pio uel praescriptio. Bald. in. l. Iphis rerum. C. Ut in possessio. legat. Certè, non est conte-
mnendum hoc consilium propter Statuta Ciuitatum, quæ (ut supra dictum est) modum
excedunt, quoniam annali praescriptione ad omnia passim negotia utuntur.

II **C**onsultum putant: in chirographo debitoris aut instrumento subiungi clau-
sulam iuramenti, hoc est, quod debitor confiteatur per Iusurandum su-
um se obligari, puta Titio, in decem aureis. Quia actio tunc perpetuabitur, ut probant Bar.
& Angel. in. l. Nam posteaquam. §. Si is. ff. De iureiuran. Habet praeterea mentio iuramen-
ti & hunc effectum: quod instrumentum sine qualibet alia cognitione sortitur executionem
paratam, quoniam Iudex statim debet exequi & cogere debitorem ad soluendum, ut notat
Bar. in. l. ij. ff. dict. tit.

III **S**unt qui scribunt: Quod si adijciatur in instrumento hæc clausula: Promitto tibi
decem, ut me quandoque uolueris possis conuenire, non procedat praescri-
ptio Statutoria. Angel. in. l. Quod si nolit. §. Si quid. ff. De Aediliti edict.

III **S**vadent omnes, quod in libellis seruitutum aut aliorum Iurium, addatur posi-
tio seu articulus talis: uidelicet, actorem habuisse titulum ab eo qui legitime po-
tuerit dare. Nam si postmodum non probet Ius tituli, sed duntaxat possessionem x. anno-
rum inter praesentes, uel xx. inter absentes, obtinebit sententiam, non solum in continuis
seruitutibus, uerumetiam in discontinuis, argu. l. Cum de in rem uerso. ff. De usur. & l. Si
certis annis. C. De pact. Tradit hanc praxim glos. in. l. Seruitutes. ff. De seruituti.

V **C**um sit Iure constitutum secundum Ius Diuinum & naturale, malæ fidei posses-
sorem nunquam usucapere rem alienam: sunt qui tentant, num fieri possit ut etiã
malæ fidei possessor usucapiat. Ex horum numero Bal. est huiusmodi serè rerum antesigna-
nus, in c. ulti. De praescriptio. Tradit enim: Quod si statuatur in Ciuitate, ut omnia statuta
de praescriptione loquentia habeant uim consensus utriusque partis: tunc non proprie dici ma-
lam fidem in possidente rem alienam, argumentis multum debilibus. Et. l. Cum donatio-
nis. C. De transactioni. Et gloriatur Baldus de hoc inuento ingenij sui. Certè: Est ex inge-
nio suo, hoc est, ex carnali & cæco consilio natum, sine ulla forma & autoritate Iuris. Por-
rò, si mille facias Statuta (tamen nec illa in fraudem Legis ualebunt) tamen non purgabis
conscientiam malæ fidei possessoris, quæ syncera, non simulata requiritur. Proinde hanc
postremam cautelam Ius non admittet, etiamsi tota Baldi schola probet, multò minus æqui-
tas. Neque uerò tam faciliter imponitur naturali & Diuino Iuri, sicut Baldus putat. Et est me-
diusfidius appositissimum exemplum eius quod Iurisconsultus dicit: Subtilitate
Iuris multos perniciosè errare. l. Si seruum. §. Sequitur. ff. De
uerb. obliga.

Dd 4 AD

A D L E C T O R E M

HAEC habui, candide lector, quæ de temporalibus præscriptionibus, in gratiam Reipublicæ nunc scriberem. Tu si quas præterea inter legendum obiter inuenis in Iure Ciuili, eas adijce, & omnibus modis cura ut rectè fruaris. Nam quantum utilitatis adferat in singulis rebus, diligenter obseruata tempestiuitas, experieris faciliter, cum ad gubernandam Rempublicam uocatus fueris. Interim sis memor, oportunum semper esse, ut nos mutua charitate diligenter præparemus ad eum diem omnibus ex æquo præscriptum, qui nos statuet ante tribunal CHRISTI, ad quem omnes Leges uelut pædagogæ, debent manuducere: cui soli sit honor & gloria in æternum, Amen.

F I N I S.

DE IV-

309

DE IVRE SINGVLÄ RI BREVIS ENARRATIO AD CO- GNITIONEM LEGVM CVM PRIMIS NECESSARIA.

IOANNES PHEIL INGENVARVM

artium professor Lectori.

NON eadem quosuis curat medicina dolores;
Omnibus & Lex est commoda nulla satis.
Hinc sunt priuatæ multo de nomine Leges;
Et sua diuersus pharmaca morbus habet.
At quoniam rectè tantum data pharmaca profunt,
Et Leges sola commoditate ualent.
Non nisi iudicio decet hæc adhibere modoq;
Quæ præter quicquid feceris, error erit.

MAGNIFICO ET OMNIBVS MODIS EX-

CELLENTI VIRO DOMINO IOANNI RINCKIO

Iuris Doctori, Ioannes Oldendorpius S.



NACTVS mihi uideor argumentum, Clarissime uir, quo tuæ dignitati, simul atq; meo obsequèdi officio satisfieri possit. Quippè, cum libellum hunc de Iure singulari studiosis donandum existimarem, in quo de egregijs personis ac disciplinarum professoribus multa tractantur: non uidebã cui rectius q̃ tibi nuncupãdus esset. Primũ nanq; singulari præditus es eruditione, & multa rerum experientia excellis. Deinde, bonarũ literarũ studiosos uehementer amas, ac planè Mecænatem illum Optimi Augusti Principis à consilijs, refers. Quod nõ ideo tantũ scribo, quòd scilicet ego cũ nuper huc hospes aduentrẽ, tuã honestissimã honestis in rebus operam senserim: sed quia uerum est, & ab omnibus passim prædicatur, te bonas literas earumq; profesores multo fauore prosequi solere. Et rursus singularem tuam reliquis in rebus prudentiam, ipsetu palàm ostendis, qui sic uitam instituisti, ut prodesse, q̃ imperare malis: quippe cũ Magistratũ apud Colonenses tuos rectissimè omniumq; consensu oblatũ, magno quodam & uerè heroico animo excusaueris. Et profecto satis constat, neminem honoribus digniorem esse, q̃ qui uehemèter eos fugiat: ideoq; tuã uirtutẽ uel hoc ipsum argumentũ insinuat omnibus, etiã si ego nihil de hoc scribã. Illud quoq; palàm est, nec mihi apud bonos uiros ullam palpitandi suspicionem ingerere potest: quòd Rinckiorũ familia, & uetustate & gloria maiori tuorũ in hac inçlyta Coloniensĩ Republica semper emicuerit. Ex qua iam nũc quoq; inter multos Patrios D. Adolphus Rinckius, patruus tuus, uir certè & moribus & ætate grauis, primariũ Senatorẽ Consulem q; agit. Vidisti tu olim in Italia, cũ & ego Bononiæ tecũ in literis unã contubernium agerẽ, quantã illi præcorũ Romanorũ exemplo gloriã existimẽt, ut reuera est, ex familia celebri progenitũ esse. Sunt enim hæc uirtutis præmia secundum naturã honestissima, quæ mirum in modum Respublicas & augent & illustant: Præsertim, si (quod tu apprimè fecisti) generis nobilitatem cum bonarum literarũ splendore coniunxerint. Ego nunc reliqua fortunæ bona, uxorem pudicam, liberos elegantes, opulentias satis amplas, quanquã pulchrè tibi accedant: prætereo tamen, cum id tantum agã, ut intelligãt boni uiri, quare sine ullo uanitatis fuce libellum hunc de Iure singulari, ad te scilicet hisce priuilegijs quæ uirtuti donantur planè dignum, scribere maluerim: nempe, ut haberem exemplum domesticum quod uel coram demonstrare liceret. Interim hoc quicquid sit operis & officij, animo (ut soles) candido suscipe, & cum primis hoc cura, ne quid me ignorante incidat, quod nostram hanc cœptam amicitiz pulcherrimam functionem conturbet. Rarò enim hisce tam sanctis rebus deest æmulum inuidia, qua nonnulli me quã iniusse & immerentem premant, aliã in sinu bonorum uirorum uel publicè deflendum mihi fuerit. Tu autem cum tuis rectè semper uale, & me redama.

De

*Hic tractatus uelut uelut qd ad iudicij expugnandum
Ita supra cum uideat f. Typol. 2. 12.*

DE IVRE SINGVLARI

RECTE DIFFINIENDO.



Peræpretium duxi de Iure singulari breuiter tractare: præsertim quòd uideat Doctores nostros hanc optimam Legum partem prorsus non attigisse, nisi quatenus ad umbram quandam attinet. Vnde statim incipientes à fine rei, non repetunt principia. Distinguunt enim inter priuilegia, rescripta, indulgentia, dispensationes, beneficia, & alia id genus, describuntq; frigidissimè. Sed unde sint ista, & quorsum pertineant, non expediunt. Scripsit olim Iulius Paulus apud Romanos Iurisconsultissimus librum de Iure singulari, qui utinam extaret, longe maiorem suppeditaturus studiosis eius rei cognitionem, quàm hæc rudis enarratio. Verum quando ea nobis felicitas, per iniuriam temporis uel hominum erepta est, oportet inire Glauci & Diomedis permutationem, ut nostris interim utamur qualibuscunq; interpretatiunculis.

Sic igitur res habet. Officium & natura Legis est, ut generaliter statuatur de negocijs hominum & in cõmune. Quod eleganter probat Aristot. in Polit. Celsus. ff. De Leg. Nam ad ea (inquit) ponus debet aptari Ius, quæ & frequenter & facile, q; ad ea quæ perrarò eueniunt. Vnde de Papinianus in. l. j. ibidè: Lex est (ait) cõmune præceptum, uirorum prudentum, consultum.

Naturalis uerò ratio uel Iustitia, per quam dirigitur uoluntas humana ad politicam uitã, circumspicit in singulas circumstantias, num rectè sit omnibus Ius suum distributum, unde etiam Græcis νόμος dicitur. Tum si quid inuenit quod non satis rectè posuim sit sub cõmuni præcepto, id eximit, & priuato, hoc est, singulari Iure donat. Quia ueteres priua dixerunt, quæ nos singula dicimus: sicut & Ulpianus. ff. Si cert. petat. Singularia (inquit) quædam præcepta sunt circa pecuniam creditam. Quasi dicat: extra cõmunes Iuris regulas, quædam peculiariter obtinent in contractu mutui.

Itaq; Ius quod sic constitutum est seorsum & sigillatim, appositissimè dicitur, singulare. Et contradicit quidem in speciem rationi communis Iuris: cæterum generaliter consideratum, uniuerso Iuri non contradicit, sed cõuenientissimum est. Alio autem & antiquiore uerbo priuilegium dicitur, quasi priuata Lex, quæ eum diuersos habeat effectus benefaciendi, eximendi, iuuandi, relaxandi: diuersis quidem appellationibus eam nuncupare potes: res tamen eadem est, nec aliter differt priuilegium à priuilegio, q; lex generalior à lege specialiore, ut infra dicitur.

Et hoc est, quod Paulus. ff. De Legib. Ius singulare (inquit) est, quod contra tenorem rationis propter aliquam utilitatem, autoritate constituentium introductum est. Nam si intel ligamus, ut prima horum uerborum facies indicat: contra tenorem rationis, hoc est, naturalis (quasi uerò propter priuatam utilitatem ratio recta possit eueri) uideretur etiam dicendum, quod per autoritatem hominum naturalis ratio uincatur: quo dicto quid stultius: ut in. §. Sed naturalia. Instit. De Iur. natura. Genti. & Ciuil. Accipiendum igitur est: contra tenorem rationis, id est, cõtra regulas Iuris, ratione quãdam in cõmune collectas. Et quod sequitur: Propter aliquam utilitatem, sic exaudiendum est: scilicet, quæ causas habeat iustas & in natura fundatas. Vnde cessantibus illis causis, cessat Ius singulare, nec porrigit ad alias, sicut idem Paulus: Quod uerò (ait) contra rationem Iuris receptum est, non est producendum ad consequentias. Iulianus ibidem id uocat: sequi regulam Iuris. Nos appellamus: argumentum similitudinis. Sic interpretari oportet. §. Sed & quod Principi. Instit. De Iur. natura. Genti. & Ciuil.

Priuilegium itaque (nam hæc uox, sicut antiquior, ita notior est) sic diffiniemus: Est Ius quod contra communem ciuiliū ordinationum tenorem; propter aliquam naturalis æquitatis rationem, certa constituentium autoritate introductum est. Vnde apparet primum: quod priuilegia contra Ius naturæ uel utilitatem publicam, nõ magis sunt priuilegia, quàm tyrannis lex est, ut Cicero probat de Legibus differens. Et hic est uerus sensus. l. ulti. C. Si cõrr. Ius uel. utili. public. Nam quid iniquum priuilegium efficit aliud, quàm quod legem & ordinationem DEI soluat sine causa?

Deinde, ex prædictis constat: quod uera & iusta priuilegia, non priuant legem, ut Accursius putat: Imò suppleant magis in ea parte ad quam cõmunis regula porrigi nõ potest, salua Iustitia

Iustitia & æquitate. Id quod idem Accursius per exempla quæ allegat ipse, faciliter iudicare potuisset, nisi uera principia Iuris illi fuissent incognita. Est enim Ius commune, ut unusquisque seruet pacta, satisfaciatur promissionibus, liberet fidem suam pro se uel pro alijs datam. Sunt ne hæc in cõmune iusta? Quid nisi l. j. ff. De pact. Instit. De fid. ciussorib. in prin. Quid igitur si mulier fideiubeat aut minor? Est ne iustum ut comprehendatur sub hac regula? Minime gentium. Quare non? Quia mulieres sexu: minores ætate imbecilles sunt, & multis captiõibus subiiciuntur. Iam cum inter mulieres, & pueros, ac uiros legitimæ ætatis, longa sit inæqualitas: quomodo cõmunis regula ad eas personas pertinere potest æqualiter? Ergo exemptæ sunt alia lege speciali. Ea autem uocatur priuilegium seu Ius singulare, de quo in tit. ff. ad Senatusc. Velleia. Eodẽ modo omnia exẽpla inferius tractanda potes explicare.

Q U O T V P L E X S I T I V S

S I N G V L A R E.



Rimum spectemus causam priuilegiorum efficientem & authores ipsos. Quia in re illud est perpendendum: quod initio apud priscos magna simplicitate Iuris disciplinam tractantes, iniquum uidebatur, Leges non omnibus in commune præscribi. Quam ob rem in XII. tabul. sic cauetur tit. ij. ca. XVI. priuilegia ne irroganto. Quod ibi latius tractaui.

Cæterum, posteriore seculo, cum gentes & præsertim Romani, ad propagandas Leges ex naturalibus principijs atq; regularum formis, quotidie redderentur perspicaciores, usu rerum & experientia instructi: cœperunt paulatim per auctoritatem suam Ius singulare constituere in uario hominum statu.

Tandem uerò, sicut omnium ferè rerum: ita & priuilegiorum nullus modus adhibebatur, concessis passim sine magna ratione exemptionibus à Iure communi. Quod Cicero uerè hementer improbat. De Legib. Præsertim autem abusus Iuris singularis eo tempore nascebatur, quo maior cœpit esse ex adfectu, quàm ex æquo & bono libertas imperandi. Videmus & hoc seculo priuilegia nonnunquam sine delectu concedi.

Hinc facta est prima priuilegiorum differentia: quod quædam cum perpetuam atq; constantem haberent rationem in natura positam, perpetuo etiam nunc competunt ijs quibus data fuerunt. Et consequenter describuntur inter reliquas Leges perpetuas: quod Doctores appellant, in corpore Iuris inclusa esse. Pleraq; uero priuilegia, cum essent momentanea, & neq; causam haberent perpetuam, neq; eo animo à Legislatore concessa essent ut semper manerent: non adnumeratæ cæteris sunt, & frustra pōnerentur inter alias Leges, cum usus eorum dudum expirauerit.

Itaq; nos de his priuilegijs & singularibus Legibus in hoc libello exempla quædam tractabimus, quæ extant in libris Iuris Ciuili, quoniam usus eorū perpetuus est in eo personarum uel causarum genere, in quo concessa sunt. Porro; hoc Ius singulare optimam causam habet in natura. De alijs uerò indultorum speciebus, illud generaliter admonere uolumus: Quod tametsi Magistratum auctoritas possit propter aliquam utilitatẽ soluere uincula Legum communium, ut tractaui in §. Sed & quod Principi. Insti. De Iur. natura. Gent. & Ciuili. nec semper & in omni re exigenda sit ratio quare aliquid concedatur, sicut probat Iulianus in l. Non omnium. ff. De legib. Attamen ea potestas non est ultra modum ad omnes adfectus extendenda, & præsertim, ne alij graue damnum adferatur, iuxta. l. Seruitutes. §. Public. ff. De seruituti. l. Si quis sepulchrum, in princ. ff. De religio. & sumptib. fune. Et. l. ij. C. De precib. Imperato. offeren. l. Nec auus. C. De emancipatio.

Est ne ergo differentia inter Iura singularia, quatenus ad causam efficientem & magistratum auctoritatem attinet? Certè ita sunt priuilegia à minimis concessa, sicut à maximis. Nã & Magistratus municipalis si remittat alicui collegio uel corpori, tutorū puta aut fabrorū, statuta eius Ciuitatis: priuilegiū est & Ius singulare. Illud potissimū refert; quod inferior Magistratus, non remittit Legem superioris extra locum suæ Iurisdictionis, iuxta regulam. l. ul. ti. ff. De Iurisdictioni. omni. Iudic.

In sum-

In summa: Omnibus Magistratibus semper hæ sententiæ in concedendis priuilegijs, ob oculos uersandę sunt: Quanto plus liceat, tam libeat minus. Item: Multa licent, quæ nõ æquę expediunt semper, ut Apostolus quoq; admonuit. Lex quoq; duodecim tabularum, cum timeret abusum in dandis priuilegijs futurum, planè prohibuit eorum irrogationem, ut supra dictum est.

Secũda priuilegiorum diuisio, ex causa materiali proficiscitur. Modestinus. ff. De regu. Iur. Priuilegia (inquit) quædam causæ sunt: quædam personæ. Et ideo quidem ad hæredes transmittuntur quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredes nõ transeunt. Quod Paulus quoq; sub appellatione beneficij refert in. l. In omnibus causis. ff. eo. tit. Hoc enim spectandum est: Vtrum conditio personarum: an uerò causarum circumstantia id exigat, ut eximatur generali ratione Iuris. Qua in re non illud solum eueniri solet, ut uni aut alteri personæ detur priuilegium: sed aliquando uel corpori, uel uniuersitati toniq; ordini personarum quæ sint eiusdem qualitatis, solet concedi. Quæ ferè perpetua sunt. l. Forma. §. Quinquã, ff. De censib. Exempla uidebimus infra.

Quædam deniq; priuilegia mixtam quodammodo causam habere censentur, ut personarum quidem conditio uideatur esse causa eorum, sed non sola. Qualia sunt minorum & mulierum priuilegia, quæ personis donata sunt: non tamen cum persona statim finiuntur. l. Non solum. ff. De restitu. in integ. l. Sed Iulianus. §. Quinquã autem. ff. Ad Senatuscon. Macedonia. Et. l. Hæ actiones. ff. Ad Senatuscon. Velleia. Magno igitur iudicio, hoc est, naturali ratione, perpendendæ sunt priuilegiorum causæ, quæ ubi desunt, priuilegijs in Republica nihil est perniciosius.

DE VARIIS NOMINIBVS IVRIS SINGVLARIS.

REM ipsam ut potui compendio quodam in priuilegijs ostendi, modo non admodum refert quo nomine à Iureconsultis appelletur. Communissima tamen apud Romanos appellatio fuit, ut talis concessio diceretur, Ius singulare, ad differentiam Iuris communis. Item, priuilegium, uetustiore uerbo, quod nunc receptum uidetur & uulgò notum. Item, beneficium, quia benefacit ijs, quibus conceditur contra Legem communem. Quare ut aliquid præstet Magistratus indulgentia dignum, latissimam admittit interpretationem, non iniuriosam tamen. l. ulti. ff. Ce consti. Prin. Item, rescriptum, & diploma Principale, dicitur aliàs: quinquã id aliquanto sit generalius, quia non tantum Ius singulare Principes, uerumetiam commune & ab omnibus seruandum, rescribere solent. Item, Constitutio personalis nuncupatur in. §. Sed & quod Principi. Instit. De Iur. natura. Gent. & Ciuil. l. j. ff. De constit. Princip. Item, auxilium, fauor, gratia. Vnde uulgò dici solet: Omne Ius habet annexam gratiam. Quod nemo unquam grauius tractauit quàm Marcellus in. l. Respicendum. ff. De pœn.

In Iure Pontificio dispensationes quoque uocantur. Cuius tamen uerbi uim plerique nõ percipiunt, qui relaxationem, tantum communis Iuris significari putant. Porro, qui dispensat Ius, is cuique suum distribuit, & curat ne alicui fiat iniuria, ne quis lædatur: quod summũ Ius titiæ munus est. Et ~~si quis dispensat, non potest dispensare cum Iure~~. Item, indulta frequenter dicuntur & immunitates. Item, Modestinus in. l. Si duas. ff. De excusatio. tutor. Hærefes Leges appellat. quasi priuatas, singulares.

Vnde uides, quàm facili negotio omnes istæ appellationes discerni possint, quinquã eodem tendant, modo rem ipsam rectè teneas quàm significant, hoc est, Iuris singularis uim ac potestatem, quæ (ut supra dixi) consistit in recta distributione, in beneficentia, pietate, clementia, fauore, & utilitate.

Sed dicet aliquis: Quonam igitur modo differunt Ius priuatum, & Ius singulare, quia utrunque ad priuatos pertinet? Respondeo: Ius priuatum est, quod ad singulorum utilitatem pertinet generaliter. §. ulti. ff. De Iustit. & Iur. Ius uerò singulare, quod ad singulos in speciem refertur, puta, ad unum corpus uel genus hominum, aut etiam ad unum duntaxat hominem, uel ad unam causam. Igitur Ius priuatum est genus: Priuilegium uerò est species. Sicut cum

cut cum populariter loquimur: Ius est totum, Lex pars Iuris est: Ut sit priuilegium, quæ priuati Iuris communis, priuata seu singularis Lex.

Videamus igitur exempla aliquot priuilegiorum.

PERPETVA QVAEDAM IURIS NATURALIS PRIVILEGIA.

I



IS NE beneficium, ut nobilem consequaris statum, & ualde magnificentum Magistratum? Impera tibi ipsi. Et sanè maius te sequetur Imperium, longèq; gloriosiores expectabis triumphos, q̄ si multas hostium copias prostraueris.

II Quæris ne indultum ut cito proueharis ad diuitias? Contemne opes. Nam maximæ sunt diuitiæ, non desiderare diuitias, cum auaro desunt tam quæ habet, quam quæ non habet. Et is omnia possidet, qui nihil petit.

III Postulas te quadam locupletissimi uestigialis donari gratia? Vtere parsimonia. Nam hæc optimum uestigial est, tum parans, tum conseruans diuitias. Nouell. Ut determ. sit nume. clerico. §. Cum uero DEO. Præterea (inquit Iustinianus) si non oportet undique ad sumptum possessiones cõquirere (nam id infaciabili cuidam auaritiæ, simul & impietati proximum est) sed ex moderatis facultatibus sumptum temperare.

III Ambis, ut singulari quodam Iure concedatur tibi bellum, quod cõmuni Lege interdicitum est priuatis? Pugna cum uitijs. Et summa fortitudinis laus te sequetur, qui tā strenuos hostes deuiceris.

V Optas per priuilegium te eximi ab omniū metu, scilicet ne quisquā tibi sit timendus? Cura ne conscientiam tuā timeas. Nullus enim grauior imminere potest aduersarius, quam tu ipse tibi.

VI Cupis te immunem esse ab omni Magistratus Iurisdictione? Fac quod bonū est: & feres honorem à Magistratu, non pœnam, Roma. 15.

VII Desideras meliorem ex priuilegio quam gubernas Ciuitatem? Cura ut meliores educantur ciues bonis literis & moribus.

DE PRIVILEGIO SENATVS CON SVLTI MACEDONIANI.



Vius priuilegij causam ut rectè percipiamus, referendum prius est Senatusconsultum quod apud Romanos optima ratione factum est: Verba Senatusconsulti (inquit Ulpianus) hæc sunt: CVM INTER CAETERAS SCÉLERIS CAVSAS MACEDO, QVAS ILLI NATVRA ADMINISTRABAT: ETIAM ABS ALIENVM ADHIBVISSET: ET SAEPE MATERIAM PECCANDI MALIS MORIBVS PRAESTABAT, CVM PECVNIAM (NE QVID AMPLIUS DICATVR) INCERTIS NOMINIBVS CREDERET: PLACERE, NE CUI, QVI FILIOFAMILIAS MVTVAM PECVNIAM DEDISSET, ETIAM POST MORTEM PARENTIS EIVS, CUIVS IN POTESTATE FVISSET, ACTIO PETITIOQVE DARETVR: VT SCIRENT, QVI PESSIMO EXEMPLO FOENERARENT, NVLLIUS POSSE FILIIFAMILIAS BONVM NOMEN, EXPECTATA PATRIS MORTE FIERI.

Grauiissimum sanè senatusconsultum, per quod introductum hoc Ius singulare fuit. Nā Macedo primus omnium insigni quadam auaritia inductus, mutuam cœpit dare pecuniam filijs familiarum, ut post mortem patrum soluerent sub fœnore magno. Quæ res si illi successisset, multi haud dubiè fuissent simili uersura pecuniarum, talem fœnerandi commodita

E c tem secu-

tem secuturi, cum adolefcentes nullam usurarum quantitatē repudiassent. Tandem astricti per obligationem, fuissent sæpè insidiati uitæ parentum. Idq̄ est quod Paulus in .l. iij. §. Is autem solus. Eod. tit. Nam pecuniæ datio (inquit) pernitiōsa parentibus eorum uisa est.

Fuit igitur optimum remedium, negare prorsus actionē creditoribus. Præsertim quod pœnam adijcere non potuerunt Legislatores contractui omnibus modis Ciuili, & qui in se ipso nihil turpitudinis continet. Quamquam effectum rei considerando, maxima quæ huc quadrare uidebatur, pœna erat, ut pecuniam mutuo datam amitteret perfidus creditor, scilicet nulla illi concessa persecutione.

Quocirca illud perpendendum est: Quod unius hominis manifesta improbitas, occasionem dedit prudentissimis uiris, ut futuras eiusdem farinae fraudes & auaritiã aliorum cōpescerent huius Senatusconsulti priuilegio. Sic & Calpurnia quædam, causam dedit Edicto Prætorio, ne mulieres pro alio postularent. Vlpianus in .l. j. ff. De postulan. Sexum quidē (inquit) dum fœminas prohibet pro alio postulare. Et ratio quidem prohibendi est, ne cōtra pudicitiam sexui congruentem, alienis causis immisceant: ne uirilibus officijs fungantur mulieres. Origo uerò introducta est à Calpurnia improbissima fœmina: quæ inuerecundè postulans & Magistratum inquietans, causam dedit Edicto.

Ex his omnibus uides: solam Macedonis malitiam non fuisse causam Senatusconsulti: sed & perniciēs parentum quæ futura erat ex tali abusu mutuandi; item corruptio adolefcētum inde secutura, cum primis perpendebatur uelut legitima ratio, ob quam contractus ille mutui generalis, in filiofamiliã specialiter cessaret. Initium autem talis ineundi consilij fuit Macedo, qui suo fœnerandi scelere id effecit, ut primum Senatus eã causam aliqua Lege definiendam esse animaduerneret, ne traheretur ad exemplum, & paulatim ad cōsuetudinem. Hoc seculo multa turpissimarum rerum exempla sunt, quæ meritò tandem ad aliquã Legislationem Magistratus nostros prouocare debent: aut potius ut iam latas Leges aliquanto diligentius renouent ac custodiant.

Videamus nunc, quibus modis hoc priuilegium concludi debeat, ne quis in tam solenni contractu mutui, grauetur.

I Si quis patremfamiliã esse crediderit, non uana simplicitate deceptus, nec Iuris ignorantia: sed quia publicè paterfamiliã plerisque uidebatur: sic agebar: sic contrahebar: sic muneribusungebatur: cessabit Senatusconsultum, & habebit actionem Iure cōmuni is qui mutuum dederit, auctore Vlpiano in .l. iij. ff. Ad Senatuscon: Macedonia.

II Senatusconsulti exceptio conceditur filiofamiliã & patri eius, ut se aduersus actionē Iuris communis tueantur. Ergo ubi non est opus exceptione: puta, cum ipso Iure communi non ualeat contractus, ibi nullus priuilegij est usus, quoniã communia auxilia sufficiunt: Veluti, si pupillus uel filiusfamiliã det mutuo pecuniam: quia non est mutuum, & possunt à patre nummi si extant, uendicari. Consumptis uerò his, cōdictione sine causa rectè agetur. Nisi uoluerit pater ratum habere filij contractum. Ead. l. iij. seq. & .l. ff. dict. tit.

III In alijs contractibus quàm mutui, cessat Senatusconsultum: utpote non in hoc edicti, ne filiusfamiliã ullo modo posset negociari: sed ne mutuam pecuniã inutiliter & cum perniciē acciperet. l. iij. §. Is autem solus. ff. eod. tit.

III Si fideiusserit pro alio filiusfamiliã, nō iuuat Senatusconsulto. Nisi fortè color quæsitus sit, ut accepturus ipse mutuam pecuniã, fideiuberet, alio scilicet reo dato. Nã hæc fraus nocet creditori scienti. Vlpianus in .l. Item si filiusfamiliã. Et .l. seq. in princ. ff. Ad Senatuscon. Mace.

V Pecunia mutua in rem patris, uel studiorum causa utiliter accepta, facit cessare causam Senatusconsulti, ut meritò non iuuat. l. Sed Iulianus. §. Sed & filiusfamiliã. Et . §. Proinde si acceperit. ff. eod. tit.

VI Si alia fuerit iusta causa ob quam filiusfamiliã acceperit mutuo pecuniã, quippè quæ soluerit legitimis creditoribus suis. Vel si pater eius ratum habuerit, soluendo mutuo. Aut si ipse filius,

ipse filius, paterfamillâs factus, soluerit partem: non erit locus Senatuscon. Ead. l. Sed Iulianus. cum .ij. ff. seq. Paulus in .l. Si tamen sciente. Ibidem.

Illud autem diligentissimè observandum est: Quòd tametsi filij familiarum cum fideiusforibus suis: Item, parentes eorum perpetua exceptione tuti sint: quam adeoq; filius ipse exemplo mulieris intercedentis post sententiam possit opponere: Tamen si soluerint, non repetunt. Quia obligatio naturalis manet. Vlpianus in .l. Sed si paterfamillâs: §. ulti. Et .l. Tamen si nò opposita. Paulus in .l. Quia naturalis. ff. Ad Senatusc. Macedonia. Quia hi demum (inquit Vlpianus) solum non repetunt, qui ob pœnam creditorum actione liberantur: nò quoniam exonerare eos Lex uoluit.

DE PRIVILEGIIS

FIDEIUSSORVM.



Rincipio admonendi sumus: eorum qui pro alijs promittendo intercedunt, multas esse differentias. Alij enim fideiussores sunt: alijs adpromissores, alijs mandatores, alijs sponsores, alijs constitutores.

Fideiussores sunt, qui alienæ promissioni accedunt, non refert utrū ante uel post obligationem principalis debitoris. §. Fideiussor. Insti. De Fideiussori.

Adpromissores, nihil aliud sunt quàm fideiussores. l. v. ff. De uerbo, obliga. Satis acceptip (inquit Pomponius) est stipulatio, quæ ita obligat promissorem, ut adpromissores quoq; ab eo accipiantur, id est, qui idè promittant. Sic enim legendum est: nò expromissores, quod multos sese illit.

Sponsores sunt, qui sua sponte quidem nec rogati intercedunt pro debitore, habent tamè actionem mandati. His proximè accedunt expromissores, qui nouatione facta, debitum alterius in se transfundunt, præsertim, cū ipse principalis non est efficaciter obligatus. l. In eo quod plus. §. i. ff. De regul. iur. l. Et eleganter. §. Seruus. ff. De dol. mal. Et .l. Hoc iure. ff. De donationi.

Mandatores, qui alicui sunt authores, mandantq; ut pecuniam det mutuo, aut ut tempus solutionis proroget. l. Si uerò non remunerandi. §. Si post creditam. ff. Mandat.

Constitutores ex diuerso, qui pro alio, se soluturos constituunt: sequuntur obligationem. Id quod nudo tantum pacto uel etiam per Epistolam fieri potest, ut in .l. Quidam. ff. De constit. pecuni. Distant autem multum à fideiussoribus: quia ex quocunque debito potest quis constituere, non tantum id, quod ipse constituens, sed & quod alius debet.

Fideiussores itaque seu adpromissores duo præcipua habent beneficia à duobus Imperatoribus concessa: Alterum epistolæ diui Adriani Imperatoris xv. in . §. Si plures. Insti. De fideiussori. etiam mentio in .l. Inter fideiussores. ff. eod. tit. Alterum uerò, nouæ constitutionis Iustiniani Caesaris, Nouell. De fideiussori. §. Si quis igitur.

Primum beneficium est huiusmodi. Nam multi fideiussores pro uno debitore intercedentes, possent communi iure conueniri in solidum, ad instar eorum qui mandât uel iubet credi pecuniam. l. Creditor. §. Duobus. ff. Mandat. l. ulti. ff. Quod iuss. Sed hoc priuilegium habent, ut teneatur quilibet eorum pro rata parte. Veluti si tres fideiusserint in quindecim, tenebitur quilibet eorum in quinque. Et si unus de toto debito conueniatur, rectè excipiet & allegabit hoc beneficium. Tractant tamè Doctores in dict. §. Si plures, aliquot exceptiones post Accursium, quas huc referre, extra rem mihi uidebatur.

SECUNDVM huius priuilegij caput ex Nouell. pauloante citatis, sic intelligendum est. Ante hanc constitutionem Iustiniani, liberum erat creditori, utrum debitorem principalem, an uerò fideiussorem conuenire mallet. l. Non rectè, in princi. Et .l. Iure nostro. C. De fideiussori. Cæterum Iustinianus constituit, ut debitor principalis prius quàm fideiussor conueniret: si modo præsens esset: Quo nò soluente, tum primum à fideiussore debrū exigi posset. Unde fit ut alio nomine beneficium excussionis appelletur, meritò, cum bona debitoris ad quæ ea res principaliter pertinet, principio sint excutienda, experiendumq; an spes sit consequendi ab eo, debiti. Fideiussorem enim ueluti in subsidium teneri æquum est, atque eo animo se obligare uideatur quilibet intercessor, si bene perpendas rem, ut nò antea soluat, quàm si nò soluat debitor.

Ec 2 Huic

Huius autem beneficio quantum ad utrumque caput attinet, hoc est, tam Epistolæ Diui Adriani, quam nouæ constitutioni, fideiussores renuntiare possunt, quoniam fauorem eorum duntaxat respiciunt. Vnde fit, quod in omnibus ferè instrumentis fideiussoris reperias talè renuntiationem, quæ ualeat quidem si prius admoniti atque edocti fideiussores, ita renuntiauerint. Sed uereor sæpè contingere, ut ne uerbo quidem mentione facta de huiusmodi beneficijs apud fideiussores: scribant tamen notarij renunciassè eos, quia scilicet formulis instrumentorum ita scriptū sit: Et renunciauerunt prædicti fideiussores coniunctim & diuisim beneficijs Epistolæ diui Adriani, & nouæ constitutionis ac omnibus alijs priuilegijs. Verum boni uiri hoc obseruabunt: num illi de quorum fideiussione tractatur, renuntiauerint, an nō: ut scribant ea quæ uiderunt & audiuerunt. Nam quid ad eos de præscriptis in genere formulis instrumentorum?

In hac autem materia renuntiationis, meo quidem iudicio utiliter quæri solet: utrum renuntiatione nouæ constitutionis sic facta: Fideiubeo pro Titio, & promitto me soluturum liberè & sine quauis exceptione: habeat Iuris effectum. Communis est sententia Doctorum: quod non adimat fideiussori conuento istud beneficium. Nam naturæ fideiussionis inest, ut prius conueniatur debitor, quàm fideiussor. Quod cum indocti non intelligat, crassiore Minerva sic eloquuntur: Fideiussimus quidè, sed non ad hoc ut solueremus. Si adijcerent: Antequam principalis debitor conueniatur: uerum dicerent.

Itaque cum probè negari non possit quin ea sit natura fideiussionis: sequitur ergo, uerbis generalibus renuntiationem non intelligi de eo quod naturaliter inest causæ, argu. l. Quæro §. Inter locatorem. ff. Locat. Locatio enim fundi facta cum pacto de non expellendo conductore infra certum tempus, intelligitur secundum naturam locationis, uidelicet, si pensionem soluat, ac conductum fundum ut oportet, cōiat.

Nihil obstant hæc uerba: Liberè & sine exceptione. Intelligitur enim fideiussor promississe (liberè) quantum ad ius & naturam fideiussionis. Et (sine exceptione) scilicet friuola. Nō tamen per hoc legitimis exceptionibus renuntiat. c. Ex parte. ij. De offici. delegat. Et ita ex facto respondisse Ludouicum Romanum, testis est Iason. l. j. C. De sacro. Eccle. allegans cōsiliū eius. ccij. Incipiens: Allegatione eximij Doctoris.

DE IVRE SINGVLARI SEV BENEFICIO RESTITVTIONIS IN INTEGRVM.



Quod hoc priuilegium causam habeat in natura positam, eleganter probat Vlpianus in .l. j. ff. De minorib. Hoc edictum (ait) Prætor naturalem æquitatem secutus proposuit, quo tutelam minorum suscepit. Nam cum inter omnes constet, fragile esse & infirmum huiusmodi ætatis consilium, & multis captiōibus suppositum multorumq; insidijs expositum: auxiliū eis Prætor hoc edicto pollicitus est, & aduersus captiōnes opitulationem.

Perpende rogo uim horum uerborum, excutè potestatem Iuris. Nam cum ista legis, nō oportet te sola uerborum serie contentum esse, quasi uerferis in recitanda historia, quæ gestorum admiratione solet oblectare auditorem. Verum contemplanda mens est Iurisconsulti, & conferenda ad formulam naturalis rationis.

Declarans autem ibidem grauius Vlpianus ætatis modum: Adparet (inquit) minoribus annis xxv. eum opem polliceri. Nam post hoc tempus compleri uirilem uigorē constat. Et ideo hodie in hanc usque ætatem adulescentes, curatorum auxilio reguntur nec antè rei suæ administratio committi debet, quamuis bene rem suam gerentibus.

Ex eadem Iustitiæ regula, maioribus etiam interdum succurritur, qui uel per legitimam absentiam, uel per aduersam ualetudinem, cum sese defendere non possent, læsi sunt, & restituntur in integrum, ut neque in damno, neque in lucro sint. Quare Vlpianus in .l. j. ff. Ex quib. caus. maior. Huius Edicti (inquit) causam nemo non iustissimam esse confitebitur.

Committitur hæc tam sancta functio, ut pleraque alia, officio Iudicis: quoniam in talibus beneficijs ex æquitate productis contra regulas Iuris communis, nō potuit commodè statui actio,

actio, quæ continere solet quod cuique suo iure debet. Restituit itaque iudex tamen minorem tamen maiorem **XXV.** annis ex legitima causa: rescindens quicquid obstat læsis, & restituens pristinam actionem, quæ inde dicitur rescisoria. Paulus in **.l. Quod si minor. §.ulti. ff. De minorib. Doctet Bar. in .l. Ab hostibus. §. Sed quod simpliciter. ff. Ex quib. caus. maior.**

Non tamen passim & sine delectu minoribus (ut ad eos in speciè redeamus) subueniatur hoc auxilio restituendi.

I His enim qui sobriè rem suam administrant, non datur restitutio, etiam damno adfectis. Nec enim euentus damni, restitutionem indulget: sed aut inconsulta eorum facilitas, aut dolo malus aduersarij, quorum alterum probare oportet minorem. Alioqui, id quod non ætatis lubrico, sed fato, cuius patrifamiliæ quamuis diligentissimo contingeret, non affert restitutionem: **d. l. Verum. §. Sciendum autem est.**

II Non restituitur is qui utitur iure communi: quia nullam potest allegare læsionem, secutus id quod iure facere debuit. **.l.ulti. C. De in integ. resti. mino. l. Inter eos fideiussores. §. Cum inter. ff. De fideiuss. Cum inter fideiussores (inquit Papinianus) actione diuisa, quidam post litem contestatam soluendo esse deserunt: ea res ad onus eius qui soluendo est, non pertinet. Nec auxilio defendetur ætatis, actor. Non enim deceptus, uidetur iure communi usus**

III Liberis & libertis, propter reuerentiam parentibus ac patronis debitam, negatur restitutio: quoniam ab ipsis non censentur facile lædi. **.l. ij. C. Qui & aduer. quos in integ. restit. non postulet.**

III Minor dolo malo asserens se minorem, hoc mendacio perdit beneficium restitutionis. Nam errantibus uel circumuentis non etiam fallentibus, iura subueniunt. **.l. ij. C. Si mi. se maio. dixer. Veruntamen si in hac quoque confessione errauerit, uel circumscriptus sit ab aduersario, audiendus erit. Dolus autem minoris in dubio non præsumitur, sed ab aduersario probandus est. .l. ij. C. eod. tit.**

V Repulso semel à petitione restitutionis, iterum non conceditur: nisi fortè noua causa su peruenerit. **.l. j. & .l. ij. C. Si sapi. in integ. resti. postulet.**

VI Impetrantibus ueniã ætatis à Principe, meritò non subuenitur, ne sub autoritatis Principalis fiducia contrahentes cum minore, uideantur decepti. **.l. j. C. De his qui ueni. ætat. impetra.**

VII Si negotium in minore ætate gestum, ratum habuerit maior expresse, uel tacitè per quinquennium, non est restituendus. **.l. j. C. Si ma. fact. rat. habuer. l. ulti. C. Si mai. fact. alie. ra. habu.**

VIII In delictis minor non meretur restitutionem, utique in atrocioribus, nisi quatenus interdum miseratio ætatis, ad mediocrem pœnam iudicem produxerit. Triphonius in **.l. Auxilium. ff. De mino. XXV. an. .l. j. C. Si aduers. delict. Verum, si extra dolum malum aliquid imprudenter gesserint, subuenitur illis. Vlpianus in .l. Si ex causa. §. j. ff. eod. tit.**

Sunt & alie aliquot exceptiones, quas studiosi facile ipsi adsequentur.

DE PRIVILEGIIS ILLV

STRIVM PERSONARVM.



Vmmopere cauendū duxerunt ueteres, ne maiores Magistratus redigerent passim in ordinem usque ad contemptum. Id quod in iudicijs futurum erat, nisi temperamento quodam restrinxissent summi iuris regulam, quæ in sacrosancta iustitiæ officina, omnes homines facit pares. Ideo illustrium, & maiorū Magistratum personis priuilegia indulgit.

I Possunt in quibuscumque causis etiam criminalibus, per procuratorem litigare, cum id priuatis passim non liceat. Nouell. Vt illust. in pecunia. omn. mod. Ne cogantur (inquit) aut asfidere cum Magistratibus, quo ipsi loco iudicant: Aut rursus ad stare tãquam litigatores. Vtrinque enim res cum periculo fit, siue dignitates adficiantur contumelia, siue iudicialis ordo præter dignitatem procedat.

Ec 3 Vides

Vides igitur unde de promptum sit priuilegium? quantam præ se ferat Acquitatis rationem? Principibus eminentia seruatur, & interim iudiciorum dignitati nihil detrahatur.

II Solent tanti principes sententiam diffinitiuam alijs recitandam mandare. Ac ita quotidie in aulis principalibus fieri uidemus. Nec solum in sententijs, uerumetiam in omnibus ferè negotiorum expeditionibus, in quibus utuntur Cancellarijs suis. Ira tradunt Doctores in dict. Titu. Nouell. Et est Textus in .c.ulti. in fi. De senten. & re iudica. lib. vi.

His frequentioribus priuilegijs addes inter legendum reliqua id genus.

D E P R I V I L E G I I S E G R E G I A R V M P E R S O
N A R V M , E T Q V A E U A L E T V D I N E I M P E
D I V N T V R .



Egregiæ personæ, ualitudinarij, & senes, habent priuilegium, ut si eorum testimonium in iudicio desideretur, oporteat eis iusiurandum mitti domum, ibiq; Notario excipiente, testimonium rogare, quia ad iudiciũ uenire non sunt cogendi, propter publicam honestatem, quæ conditionibus eorum inest .l. Ad personas .ff. De iureiu. Ad personas (inquit Paulus) egregias, eosq; qui ualitudine impediuntur, domum mitti oportet ad iusiurandum. Accedit .c. Si qui testiu. De testi. Domum autem mitti ad iusiurandum, est destinare tabellionem ad domũ illius qui ad iudicium uocandus esset, ut ab eo solitum iuramentum testificandi, autoritate Iudicis recipiat, uocato ad hoc aduersario.

De egregijs autẽ personis exempla sunt: maiores Magistratus, Doctores, & alij quibus Iuris autoritate inest dignitas. Bar. in .l. j. C. De aduocat. diuer. Iudic. Quinimò Iason in .d. l. Ad personas, secutus Dominicum in proœmio sexti, idem respondit de eo, qui ad professionem maioris disciplinæ designatus sit, quem uulgò Licentiatum dicunt. Is enim Doctorum appellatione continetur, cum de fauore eius agitur, licet in odiosis aliter cõstituitur, exemplo electi & confirmati, ut in Cle. j. De for. competen. Presbyteri quoque, & Dyaconiegregijs personis adnumerantur, propter dignitatẽ ecclesiastici officij, ut probat Specula. in Tit. De test. §. Sequitur. Versic. Quid de presbytero uel Dyacono. Mihi uidetur hæc sententiã diuino Iuri conformis.

Interim perpende, id concedi egregijs personis propter dignitatem, quod ualitudinarijs necessitate præbetur. Porro, utrobique uersatur Acquitatis ratio.

Mulieres quoque honestæ, habent hoc Ius: Non quòd egregiæ censeantur, sed quòd eas etiam si plebeïæ sint, nõ deceat uagari, & cœtibus uirorũ immisceri. l. ij. §. Sin autem uel dignitas. C. De Iureiu. propt. calum. dād. c. Mulieres, De iudic. lib. vi. Omnibus enim mulieribus cuiuscunque fortis, ex æquo chara debet esse pudicitia: ad quam conseruandam Leges tum hoc, tum alia pleraque auxilia suppeditarunt. Et fanè mulieres eò amplius hac gratia donantur, quòd ad eas domum mitti potest iusiurandum uel absente aduersario, quanquã diuersum de egregijs personis paulò antè probatum sit. Sic diffinit Bar. in magna Doctorum altercatione. Mihi uidetur Textus apertus Nouell. De litigato. & de sportu. §. Quòd si ut solet. Si mulier sit (inquit) quæ propter honestatem. uitæ, extrancis se uiris ostendere, non cõsueuit: tunc & absente aduersario missi cohortales, memorata iuramenta suscipiant.

Ualitudinarij, hic sunt intelligendi, qui graui morbo laborant, nec possunt sine periculo domum egredi, iuxta elegantem diffinitionem Marcelli, in .l. Quæsitũ .ff. De re iudic. Respondit: Morbus santicus etiam in uitis litigatoribus ac Iudice, diem differt. Santicus autẽ ex istimandus est, qui cuique rei agendæ impedimento est litiganti.

His adde pauperes honestioris familiæ, qui ob uerecundiam in publicum prodire non possunt. c. Si qui testium. De testib. Vbi glos. rectè tractat.

Senes denique huc adnumerãdi sunt, hoc est, maiores natu septuaginta annis. l. Maiores .ff. De iure immunita. Ratio est: Quia semper in Ciuitate Romana senectus uenerabilis fuit. Et penè eundem honorem senibus, quem Magistratibus tribuebãt. l. Sæper, in prin. ff. eo. tit.

Nihil autem mouere nos debet, quòd nonnulli Doctores scribunt hanc prærogatiuam senibus ferè non admodum seruari in usu. Nam si de usu Legum disputare uoluerimus, dic rogo quota pars diuinarum & humanarũ Legum hodie seruetur? Temeritas autem

autem contemnentium Leges, ac praua consuetudo, non immutat bene constitutas Leges: nisi certa ratione aliquid communi hominum consensu, in desuetudinem abire manifestum sit. Sed de abrogandis Legibus alibi tractatur, in. l. De quibus. ff. De Legib. Neglectus enim non sufficit, sed contraria obseruatio in speciem hic requiritur.

Quærunť autem Doctores: Num huic beneficio possit renunciari? Multi multa dicunt. Verior est eorum sententia, qui existimant renunciari non posse: nempe, quod non tam priuatis personis, quàm publicæ honestati donatum sit. Nec aduersatur. c. ij. De iudici. li. vi. quia propter æquitatem non admittit locus ille interpretationem: quasi loquens de muliere, non uelit eandem necessitatem seruari alijs.

Huic consequens est: hoc priuilegium non esse arbitrarium, ut quidam putat, quasi Iudicis arbitrio relinquatur, an uelit uel nolit ad egregias personas domum mittere ad iusiurandum. Procedit enim (inquiunt) de curialitate. Certe quid sit curialitas, ipsi uiderint. Huius autem priuilegij, necessariam esse causam, iure probatur, quam qui non sequitur, facit contra Ius. Hoc ostendit uerbum (oportet) quo utitur Paulus in. d. l. Ad personas, ut necessitate Iudicibus indiceret. Hæc enim est uis huius uerbi, ut in. l. j. ff. De Iustiti. & Iur. reiecto Accursij commento, quod omnibus modis falsum est. Nam cum Ulpianus dicit: Iuri operam daturum, prius nosse oportet unde nomen Iuris descendat: Accursius asserens improprie locutum: oportet (ait) id est, decet. Certè, si ullo in loco hoc uerbum significat necessitatē quamdam, ibi maxime denotat. Nam sicut impossibile est hominē ex manibus aut pedibus agnoscere, nisi uideas caput & faciem: Ita nemo potest perfectam Iuris Ciuilis cognitionem adsequi sine principijs illis à natura petitis. l. j. ff. De orig. Iur. Qua de re alibi latius. Sic & in. l. Si quando. C. Vnde ui. Et quod huiusmodi (inquit Imperator Zeno) iureiurando dato fuerit declaratum, Iudicem condemnare oportet. Facessant igitur id genus ineptiæ, quibus aliàs publicam honestatem, aliàs quælibet Legum præcepta, torquent ad arbitriam licentiam, & faciunt cõsilia Iuris, egregiè suppeditates delinquendi ansam, quæ potius esset reprimenda.

Itaq; de hoc uerbo (oportet) sicut & de reliquis omnibus, subiecta materia diligenter respicienda est. Versamur enim hic in priuilegijs, non ex authoritate solum principis, uerum etiam ex ipsa Iustitiæ medulla productis, quæ nec possunt salua honestate mutari.

II Prædictæ personæ habent & aliud priuilegium. Nam inuiti dicere testimonium nõ sunt cogendi. l. Inuiti. j. ff. De testi. Cum tamen regulariter unusquisq; teneatur perhibere testimonium ueritati. l. Si quando, in princi. C. De testi. Nam censetur munus publicum. l. ij. §. Si quis municipalis. ff. Si quis cautiõi. Quo loco Ulpianus similitudinem ducit ab eo, qui municipalis muneris causa impeditus, secundum suam promissionē non stetit, ad illum, qui ad testimonium desideratus est.

Intellige autem hoc beneficium habere locum, ubi est copia probationum. Cæterum, si alia non esset probatio, non possent hi quoq; recusare testimonium, ne ueritas supprimeretur, quanquam ad iudicium temerè non sunt uocandi, ut iam dictum est. Ita probat Bar. in d. l. Inuiti, subscribentibus alijs in. c. j. De testi. cogen. Et in. c. Quanquã XIII. q. ij.

DE PRIVILEGIIS, QUAE BONARVM LITERARVM PROFESSORIBVS ET STUDIOSIS DATA SVNT.

I



Onarum literarum studia quantis laudibus & præmijs apud Romanos honorata sint, inter innumerabilia ferè exempla, hoc mihi præclarū uidetur, quod in laudem Taciti Imperatoris olim acclamare solebant: Quis melius, quàm literatus, imperat: quasi uerò hanc omnium maximam eius uirtutem, sicut certè erat, existimarem. Et perfecto habent bonæ literæ naturalem quandam ac præpotentem in rebus mortalibus uim atq; energiam, ut Cicero eas rectissime consueuerit appellare: Diuinae uirtutis sempiternas testes. Quinimò locus nos delectare solet, in quo sciamus eruditissimos olim uiros studia sua exercuisse. Id quod Romæ sum expertus, ubi cum pauculos dies agerem, nihil tam curiose duxi peruestigandum, quàm quo loco grauissimi omnium disciplinarū antesignani habitassent, & ij prorsus immutata essent oĩa. Ci. de Leg. Me quidē (inquit) ipsæ illæ nostræ Athenæ nõ tā operib. magnificis exq̃sitisq; antiq̃rum artib. delectant,

Ec 4 quàm

quàm recordatione summorum uirorum, ubi quisq; habitare, ubi sedere, ubi disputare sit solitus, studiosèq; eorum etiam sepulchra contemplet. Vnde rectè factum est, quòd Romani Imperatores literatorum cum primis rationem habentes, multa eis priuilegia concederent, uelut præmia quædam uirtutis.

I Federicus Imperator in gratiã studiosorum promulgauit Constitu. Habita. C. Ne fili. pro pat. cuius tria sunt capita. Primum: quòd omnes qui causa studiorum peregrinantur, & maxime diuinarum atq; sacrarum legum professores, ad loca in quibus literæ exercentur, tum ipsi, tum eorum nunciij ueniant ac inibi habitent secure. Securitatem autem ueniendi intelligunt Doctores, exemptionem soluendorum uectigalium pro persona & allatis libris. Itè, immunitatem aliorum onerum. Et est ratio. Nam alioqui istud ius, nullos haberet effectus speciales. Cum alijs quoq; omnibus concedatur securitas ueniendi & habitandi, ne dũ studiosis bonarum literarum. l. Congruit. ff. De offi. præsi. Oportet ergo ita interpretari, ut aliquid tribuat, ne frustra dicatur priuilegium, argu. l. Si quando, in princi. ff. De legat. j. Si quando (inquit Africanus) quis uxori suæ ea, quæ uiuus donauerat, uulgari modo leget: non de alijs donationibus eũ uideri sentire ait, quàm de his, quæ iure ualituræ non sunt. Alioqui frustra ei legaturus sit.

Sed quomodo publicanus cognoscet scholarem in itinere, ut illi uectigalia remittat? Respondet Bar. in d. Nouell. quòd ex coniecturis cognoscetur. Veluti, si rationem reddere possit, se haud ita pridem in Academia fuisse: uel si libros secum deferat. Sic & milites ex indicij iudicatur, quo animo ad Barbaros peruenerint. l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. De re militi. A Barbaris (inquit Arrius Menander) remissos milites, ita restitui oportere, Hadrianus rescripsit, si probabunt se captos euasisse, non transfugisse. Sed licet hoc liquidò constare non possit, argumentis tamen cognoscendum est. Et si bonus miles antè æstimatus fuit: propè est, ut adfirmationi eius credatur. Si emansor, aut negligens suorum, aut segnis, aut extra cõuberniũ agens: non creditur ei, si post multũ tẽporis redijt. l. Si fugitiui. C. De ser. fugiti.

Excipe semper illos qui in fraudem uectigalium fingunt se scholares, cum non sint, quibus ista simulatio nihil prodesse debet, argu. c. Tuæ fraternitatis, De cleric. non residen.

Quod autem dictum est, de studiosis aduenientibus, hoc repeti debet de abeuntibus, eadem scilicet ratione, argu. l. Vtimur. ff. Sepulc. uiolat. Legibus nãque (ait Pomponius) prædiorum uendendorum cauetur, ut ad sepulchra quæ in fundis sunt, iter ei, aditus, ambitus funeris faciendi causa sint.

Secundum priuilegij caput est. Quòd nullus debeat studiosis inferre iniuriam, nec ob alterius delictũ, dãno eos grauare: hoc est, nõ possunt capi repræsalij, sicut uulgò nũcupamus. Qui autem secus fecerint, & Iudices qui hoc uindicare neglexerint, restituent res per iniuriã ablatas in quadruplũ, atq; infamia notabuntur: item, dignitate sua carebunt in perpetuum. Et ratio est. Nam multum tribuere oportet ijs, qui multum profunt. Sed literatorum studijs totus orbis iuuatur: Primũ ad cognitionem Dei: deinde ad uitam recte instituendam: denique ad conseruandam omnium uirtutum æternam memoriã. Ergo nõ ab re, optimus Princeps optimas literas tam seuerè tuetur, quibus sublatis, actum fuerit de uera hominum felicitate. Ecce quantum æquitatis pondus inest huic constitutioni: & quàm sordida curiositas est eorum, qui nullum hac in re discrimen faciunt, adeoq; cum primis in literatos grafsantur, iniurijs, diffamationibus, rapinis, exactionibus, alijsq; contumelijs.

Tertium denique caput est. Quòd si quis litem studiosis inferre uoluerit, datur ijs optio, utrum apud præceptorem suum, an uerò apud Episcopum loci, maluerint conueniri. Doctores addunt tertium Iudicem quem eligere possunt: uidelicet, ordinariũ Iudicem seu Magistratũ, iuxta. §. Illud uerò satis, in fi. in procemio Pandectarum. Qui autem ad alium Iudicem studiosos trahere præsumperit etiamsi causa iustissima fuerit, ea priuatur.

Sed quid dicemus de Rectore, an & illum possint eligere? Cõmunis Doctorum opinio est, quòd possint. Nec id negat Bartolus, si bene perpendas eius uerba. Hoc tamen inter Rectorem & reliquos Iudices interest. Quod si apud Rectore cõueniãt, cessat eligendi potestas propè iuramentũ quo se Rectori astrinxerũt oēs in Acadẽia: ut rectè dicũt in. d. Cõst. Habita.

Obser-

Observandum autem est hoc priuilegium eligendi Iudicis: in causis ciuilibus & criminibus locum habere: etiam si criminaliter tractetur de pœna sanguinis. Vt est cōmunis opinio Doctorum. Verum si scholares, clerici quoq; fuerint, habenda est ratio priuilegij, ne apud Ciuilem Magistratum conueniantur. De quo dicitur infra.

Admonendi etiam sumus: quòd scholares habent hanc optionem Iudicium tantisper, do nec semel optauerint & elegerint, non ulterius. Nam eligendo unum, uidentur renunciare alijs. c. j. De Iudici. Et hoc probat Bar. eadem Consti. Habita. Specula. in Tit. De Reo, in princ. uersu. Item scholaris. Idq; non sine ratione. Primum: ne semper eligendo, nunquam patiantur litem contestari, & sic locus detur maliciæ, argu. l. ij. §. j. ff. De eo quod cert. loc. Deinde, quia per electionem acquiritur ius aduersario. Ergò postea uariare non licet, argu. l. Apud Aufidium. ff. De opt. lega. l. Huiusmodi. §. Stichum. ff. De legat. j. Cum autem (inquit Iulianus) semel dixerit hæres utrum dare uelit, mutare sententiam non poterit.

Sed quid si Iudex sprete electione scholaris, pronunciet se Iudicem cōpetentem? Respondet Bar. cum alijs, quòd rectè appelletur. Accedit. c. Significantibus, De officii. delegat. Nam à sententia, de iurisdictione affirmatiue uel negatiue lata, rectè prouocatur.

Quocirca Ioannes Andreæ in. c. Si diligenti. De for. competen. Et Bal. in Const. Habita, admonent scholares, ne appellent ab huiusmodi pronunciatione Iudicis. Scribunt enim, multò commodius esse, quòd litem contestentur cū aduersarijs, adiecta protestatione, quòd inuiti ad hoc trahantur. Nam lite sic contestata, priuabuntur actores Iure suo, quoniã ad uetitum forum traxerunt eos. l. In criminali. C. De iurisd. omni. Iudic. Et si Iudex ille noluerit eos priuare: tunc rectè appellabunt, & superior priuabit eos. Cæterum si à pronunciatione Iudicis appellauerint, nihil præter dilationem adsequentur: quoniã à principali negotio se non liberabunt, cum propter citationem, actores Iure suo priuari non possunt, cū nec uerè dicantur in Ius traxisse, ante litem contestatam. l. Amplius. ff. Rem rat. habe.

Appellabitur autem gradatim, de Iudice Ciuili, ad Ciuilem: de ecclesiastico, ad ecclesiasticum Iudicem superiorem, secundum communem sententiam Doctorum in. d. Constit. Habita. Quinimò: existimat Baldus ibi: Quòd scholares possint appellare Principem, prætermismedijs Iudicibus. Et hoc probat pōderando uerbum (defendam) quo utitur Imperator: quasi ipsum se offerat studiosis, uolens ab eis interpellari.

Illud tamen uerum est: quòd non habeat locum reconuentio apud Iudicem electū. Quia actor sua sponte non eligit hoc iudicium, sed inuitus cogitur subire. Vnde non debet rursus compelli ad sustinendam reconuentionē. l. ij. §. Sed & si agant. ff. De iudici. l. ulti. ff. Quod quis iur. Nisi fortè reconuentio fieret ex eodem negotio, & cognitio alterius, sine altero fieri commodè nec posset, nec Iure deberet. Nam tunc admittenda est reconuentio ex natura causæ. l. j. ff. De qui. reb. ad eun. Iudic. eat. l. Nulli. C. De iudici. Nulli prorsus (inquit Imperator Constantinus) audientia præbeatur, qui causæ continentia diuidet, & ex beneficij prærogatiua id, quod in uno eodemq; iudicio poterat terminari, apud diuersos Iudices uoluerit uentilare: pœna ex officio Iudicis imminente ei, qui contra hanc supplicauerit sanctionē, atq; alium super possessione, alium super principali quæstione Iudicem postulauerit.

HOc autem priuilegium in omnibus capitibus sic determinatur.

I Cessat in scolariibus propter delictum reiectis, aut omnino deletis ex albo, in quo nomina eorum referri solent à Rectore, uulgò matriculam uocāt, argu. c. Ex literis, De cōstitutio.

II Non gaudent hoc priuilegio pseudī illi scholares & uagabundi, quorū in Academicis ferè omnibus bona pars est, quibus literæ in patinis, quàm in paginis plus sapiūt, ut dixit ille. Scholaris enim hic diffinitur, qui continuis literarum studijs hoc uenerando nomine dignū sese demonstrat. Nec istos perditos homines, ac patriæ, parentum, imò sui prorsus oblitos, quicquam iuuat ad merendum huiusmodi priuilegium, quòd sint in albo & matricula studētiū descripti. Nam intelligitur semper, si datum nomen sequatur studendi frequentia, quemadmo-

quemadmodum de Notarijs & apparitoribus in simili dicitur, in .l. Scriniarios. C. De testament. milit. Et ibi Bart, Item, de clericis uacantibus à diuinis officijs, in .c.ulti. De re script. lib. VI.

III Non utuntur hoc priuilegio studiosi, qui ab Academia quinquennio abfuerint, quoniam ius scholasticum dicuntur amisisse. l. penulti. C. De comitat. li. XII. Cæterum, modicum tempus nihil nocet, adeò, ut præsens intelligatur propter animum reuertendi. l. Postliminij, in fi. ff. De capti. & postli. reuerf. Siue (inquit) animus ei fuisset reuertendi, maneret ciuis. Accedit simile. Nam Doctor abiens ad tempus, impetrata uenia, recipiet integrum salarium, perinde ac si præsens fuisset. l. Hac Lege. C. De proximi. sacro. scrini. Et est argu. in. l. penulti. in fi. C. eod. tit. li. XII. ubi uiris memorabilibus, qui se ad quietem transtulerint, eadē priuilegia seruantur, quæ in officio memorię habuerunt, hoc est, cū scrinijs, in quibus epistolæ, libelli, ac reliqua cognitionū scripta memorię causa cōseruabant, præpositi adhuc essent.

III Si scholaris extra Academiam cōtraxerit, non competit ei hoc priuilegium, etiamsi conferat solutionem in locum Academię. Nam his solum competit, qui in literis uersantur. l. Hac Lege. C. De priuilegi. schola. li. XII. Vt qui (inquiunt Imperatores) in singulis scholis militant, & cæ. Et certè longè hæc differunt: contrahere in loco, & conferre solutionem in locum. l. Eum qui. §. i. ff. De constit. pecuni.

V Cessat hoc priuilegium, quando scholaris cōueniretur à uidua, uel alia miserabili persona. Nam cum & huiusmodi personæ sint priuilegiatæ, non posset habere locū electio iudicis, sed apud illum esset causa dicenda, ad quem primum uocaretur, ut scribunt Doctores in dict. Consti. Habita.

Et si dicas: Nónne ubi duo sunt priuilegiati, secundum regulam Iuris, potior est reus. l. Favorabiliore. ff. De reg. Jur. ut sic priuilegia scholaris conuenti, uideatur præferenda? Respondeo: quòd ista regula tum habet locum, quando est una atq; eadem ratio priuilegiorū actoris & rei. Cæterum, cum maior est æquitas in uno, quàm alio: tunc is præfertur, cuius priuilegia sunt potiora. l. Si apud. ff. De minori. Mulieres autem uiduæ, quæ cuiusque potestiam facile perhorrescit, iustior ratio est quàm scholaris, in hac specie. Ergo non debet ad alium Iudicē quocunque priuilegio circunduci. l. i. C. Quand. impera. inter pupill. uel uidu.

Sed potest ne huic beneficio renunciari? Respondeo posse: quia solum literatorum causa datur. Bar. in .d. Constit. utitur exemplo de Academia Bononiensi, quæ me in literis aliquot annos aluit. Nec dissentiunt alij Doctores. Speculator accedens huic sententiæ in Tit. De Reo, ad princi. uersic. Sed nunquid poterit scholaris: adicit, quòd renunciatio unius, etiam uniuersitatis, non præiudicet cæteris, Quod uerissimum est.

II

Elegans cum primis & celebratissimum accedit Ius singulare, quod tractatur in .l. Ad bestias. ff. De pœn. Sed si (inquit Paulus) eius roboris uel artificij sunt, ut dignè Populo Romano exhiberi possint, Principem consulere debet. Quo loco rectè colligunt omnes Doctores, ob excellentiam eruditionis, posse seruari eum, qui alioqui morte multandus esset. Nam si publica utilitas facit, ut tolli possit è medio qui lædit: cur non æque, imò cur nō multò magis faciat, ut seruetur is qui Reipublicæ potest prodesse? Et hoc ex Principali auctoritate fuerit æstimandum. l. iij. in fi. Et .l. Diui fratres. ff. De pœn. Quod Ius si ad Aequitatē exigere uolueris, adi Marcellum grauissimè scribentem in .l. Respicendum est. eod. tit. Idem est quod disputatur Inffit. De Iur. natura. genti, & Ciuil. §. Sed & quod Principi.

DE PRIVILEGIIS MILITVM.



Estè placuit olim Legislatoribus, militum quoque rationem habere, qui bellicis sudoribus patriam defenderūt à Barbaris. Nam cum arma magis quam Leges scirent, multa illis condonarunt. l. Scimus, in princi. C. De Iur. deliber.

I Quantum ad forum attinget, milites habent priuilegium, ne alibi quàm apud magistrum milit.

militum conueniantur. l. Magisteria. C. De iurisdic. omni. Iudic. Et est ratio: ut non distra-
hantur à militia. Quam ob causam conductio & administratio rerum alienarum militibus
interdicitur, in. l. Milites, & l. ulti. C. Locat.

Milites autem olim qui dicerentur, declarat Speculator in Titu. De procuratori. §. j. uer
sic. Item quod est miles. Et Accursius in. l. penult. ff. Ex qui. caus. maior. Hodie uerò quan-
quam circa militarem obseruantiam multa nobis è manibus scèdissimè lapsa sint, conuenit
tamè cõmuniter inter Doctores, etiam milites nostros hæc priuilegia habere, si modò mi-
litiam exercent. Nam & hodie præstant sacramentum, & merentur stipendia, sicut olim. l.
penult. ff. Ex quib. caus. maio. ubi id quod Scæuola dicit: Sine periculo, exaudiunt de periurio.
Et. l. Qui stipendia. C. De procura. Item, defensione nunc quoq; indigemus, & multo
magis. Accedit. l. Ex militari, in princip. ff. De milit. testa. Si itaq; ratio sit eadem hodie, qua
re etiam eisdem priuilegijs non fuerit locus: Et hæc uera sunt in causis Ciuilibus.

In delictis uerò militum, est hæc differentia: Quædam enim delicta eorum sunt propria,
quædam uerò communia. Propria delicta sunt, quæ milites circa rem militarem admittunt.
l. ij. ff. De re militar. Et in his quoq; habent hoc priuilegium. l. De militibus. ff. De custodi.
reor. l. Desertorem. ff. De re milita. Communia uerò delicta sunt, quæ extra militiam per-
petrant, ueluti furtum, latrocinium, & huiusmodi alia: in quibus non seruatur eis hoc benefi-
cium. l. ulti. in fi. ff. De accusationi. Et ibi Bar. tractat.

II Si milites per errorem Iuris, prætermiserint allegationes & exceptiones perempto-
rias, possunt eas post sententiam ante executionē proponere. l. j. C. De Iur. & fact. ignoran.
Ex quo loco, si rem benè expēdas, duplex caput apparet huius priuilegij. Alterum: quòd Iu-
ris ignorantia excuset milites: Alterum uerò: quòd exceptio peremptoria opponatur post
sententiam diffinitiuam. Vtrunq; est contra Ius commune. l. penult. C. De Iur. & fact. igno-
ran. iuncta. l. Peremptorias. C. Sententi. rescin. non poss. A contrario sensu. c. Inter monaste-
riū. Et. c. Suborta, De re iudic. Bar. in. d. l. j.

Et hoc priuilegium militibus datur, siue conuenti fuerint ab alijs, siue ipsi agant aduersus
alios. Nam cum utrobq; eadem sit ignorantiz ratio, quare non idem Ius fuerit: Et hoc pro-
bat Bar. in. l. j. ff. De Iur. & fact. ignoran. tamen si Accursius, suo more, nescio quid communi
scatur ex uerbo (defensionibus.)

Illud autem nullo modo est ignorandum: Quòd sicut militibus hoc priuilegium cõcedi
tur aduersus alios: ita uicissim & ipsi coguntur eandem Legē ferre ab alijs, iuxta naturæ præ-
ceptum. Præsertim, in iudicijs tanta uis est æquitatis, ut omnibus modis æqualitatem serua-
ri oporteat. Sumus enim in Sacrosancta Iuris officina, omnes propemodum eiusdem con-
ditionis, ut actori non debeat tribui, quòd denegetur reo conuento, & contra quantum ad
tuendam Iustitiz ueritatem attinet: per regulam. l. Petendz. C. De tempo. in integ. resti. l. In
sacris scrinijs, ad fi. C. De proxi. facto. scrinio. lib. XII.

Sunt autem casus, in quibus hoc beneficium cessat.

I Milites alienam causam agentes (quod possunt si contra eos non excipiatur) meritò nō
utentur hoc beneficio in commodum alterius. Et ex diuerso: Si paganus nomine procura-
torio causam militis agat, non iuuabitur. Probat in. l. j. C. De Iur. & fact. ignoran. à con-
trario sensu. Nam cū dicat (causam tuam ageres) negat de aliena causa, & de alieno actore.

II Non subuenitur militibus, qui scientes Ius uel factum, non allegant. Ignorantia enim
Iuris, propter simplicitatem armatz militiz, excusat eos. Cæterū cum sciunt, & nolunt se
defendere, cessat ratio succurrendi. Et respondebitur eis: quòd res ipsa aduersatur petitioni,
argu. l. Professio. C. De mune. patri. lib. X. Ex quo sequitur, quòd si aduersarius probare pos-
sit, militem in peracto iudicio usum fuisse consilio Iurisperitorum, uel ipsum quandoq; Iur
operam dedisse: cessabit hoc priuilegium, ut probant Doctores communiter.

III Milites possunt quidem allegationes suas opponere post sententiam, sed post execu-
tionē sententiz non æquè, ut satis probat. d. l. j. Tamen (inquiens) si nondū satisfecisti. Qua-
si dicat

si dicat: Si iam parulisti sententiæ, & solulisti, non audieris. Et Iason ibi rectè intelligit, quantum ad hoc beneficium attinet, eum quoque satisfecisse, qui nondum quidem soluerit: sed tamen qui terminum soluendi petierit ab aduersario .l. Ad solutionē. C. De re iudicat. c. Ad consultationem, eo. tit. Vbi statuitur, eum qui dilationem soluendi petit, acquiescere sententiæ, & propterea appellationem tolli, quæ est Iuris communis. Igitur quanto magis tollitur Ius speciale militis? argu. l. Eius militis. §. Si militia missus. ff. De mili. testamen.

III Tamen si milites armatæ militiæ habeant hoc priuilegiū: tamē equites aurati, quos per errorem uulgò milites appellant, nō iuuantur. Non quasi inferioris sint conditionis: sed quia ratio quæ huic priuilegio causam dedit, non accedit eis, qui semper prudentia quadam præditi esse solent. Milites uerò, quales hic intelligimus, horridi sunt & inculti, ferro tantum & animis freti, sicut olim docebant milites suos Romani duces, dicente Liuius lib. IX. Vlpianus in. l. j. ff. De mili. testa.

Huic consequens est: ut nec ad milites literatos, quales sunt doctores & Aduocati, pertineat hoc priuilegium. Quippe quodd eis causas orantibus, turpe sit Ius in quo uersantur, ignorare. l. ij. §. Seruius autem Sulpitius. ff. De orig. Iur.

Eadem ratione neque militibus ecclesiasticis, hoc est, clericis, competit: ut est communis & uera sententia Doctorum. Nam clerici non debēt ignorare literas & Iura scripta. Imò rudes & indocti, ad ordines nullo modo sunt admittendi, ut Nouel. De sanctis. episc. §. Clericos autem non aliter. c. ulti. De ætat. qualita.

Quocirca bifariam admonendi sumus de conditione promulgandi Iuris. Primum, ut hic pulchro discamus exemplo, quàm uerè Paulus dicat: Non esse producendum ad consequentias id, quod contra rationem Iuris receptum est propter aliquam utilitatē. l. Quod contra. Et. l. Ius singulare. ff. De Legib. Deindè, quàm rectè Lex distribuat singula, ut interim metam propositæ utilitatis rationemq; subueniendū non excedat.

Militandi autem appellatione ut latissimè utatur, familiare est Iustiniano. Quare nunc uocat militiam armatam, nunc metaphoricòs Cœlestem, aliàs literariam. Sic militiam Scriniorum uocat in .l. In sacris scrinijs, in fi. C. De proxi. sacro. scrini. lib. XII. Eadem metaphora militiam Scholasticam appellat, in .l. Hac lege. C. De priui. Schola. Eod. lib. Quod si obseruaueris diligenter, magnum tibi adferet lumen ad intelligendas leges illas posteriorum librorum Codicis. Cæterum, de re militari ut exactius scribamus, non est nostri instituti.

Rustici uerò (quoniam ad hos digrediuntur Doctores) est unanimis eorum sententia, quod ad hoc priuilegium non pertineant. Ratio est: Quia nec rusticis, nec mulieribus subuenitur propter ignorantiam Iuris, extra casus enumeratos in. l. ulti. C. De Iur. & fact. ignoran. Itaq; non debemus hoc priuilegium, quod contra Ius commune soli militum ordini datum est, ad rusticos extendere.

Existimo tamen uerum esse, quod Barto. in. l. j. C. De Iur. & fact. igno. dicit: Rusticos qui per ignorantiam Iuris defensiones suas obmiserint, in integrum restituendos esse ex iusta causa, propter quam Prætor generaliter pollicetur restitutionem, in. l. j. §. ulti. ff. Ex quâ caus. maio. Nam quid æquius, quàm rusticitati parcere?

DEniq; uidendum est, num hoc priuilegium ipso Iure, an ope restitutionis concedatur? Utilitas huius inuestigationis est magna. Nam si competat ipso Iure, perpetuum est. Instit. De perpe. & tempo. actioni. in princi. Sin autem præcedente restitutione detur, quadriennio continuo tantum durat sicut ipsa restitutio. l. ulti. C. De tēpo. in integ. restitui. Tandem Bar. cum alijs Doctoribus in. d. l. j. probat, hoc beneficium ipso Iure dari. Nam Imperator utitur uerbo (permitto) quod est præsentis tēporis, quo magis ipsam legum indulgentiam significaret, nullā Iudicis restitutione indigentem. Hæc enim est talium uerborum natura, docente Bart. in. l. lubemus. ij. §. Sanè si hæc nostræ. C. De sacros. Eccles.

III Milites non possunt torqueri, neq; pœnis plebeiorum subdi, in causis criminū. l. Milites. C. De quæstioni. Idem est de ueteranis constitutum, in. l. Omnes Iudices. C. De decurio. & eo. fili. lib. X.

Hoc

Hoc privilegium censent ad equites auratos, & ad Doctores porrigendum esse, teste Barto. in .l. j. C. De aduocat. diuerso. Iudic.

Excipe tamen milites ignominiose missos, qui poenis potius quam beneficijs afficiendi sunt: sicut & illi, qui non tã militant, quã atrocitant, ut probat l. Milites. C. De quæstio.

De Equitibus auratis potestere non possum id quod doctissimus quidam interpres Cornelij Taciti tradens: Quæ uerba (inquit) cum perpenderemus nuper, in mentem nobis uenit quem equitem auratum latinè uocamus, olim eijn Driter dictum, ob duos adiunctos equites: quem admodum pluribus uerbis illic Pausanias uetustum morem explicat, quem hodieq; Franci obseruant: Deinde uerò Ritter, d. litera expuncta.

III Militibus circa ultimam uoluntatem, multæ solennitates remittuntur, propter imperiniam & occupationem rei militaris. Vnde sunt Tituli. ff. & C. De testamen. milita. Barto. autem tractat ferè omnes has species ex ordine, in .l. Neque enim, in princ. ff. De milita. testamen. **I**. In forma testandi, non ligantur numero septem testium. **II**. Etiam non rogati testes admittuntur. **III**. Si filium sciens prætereat, ualet nihilominus testamentum l. Qui iure .l. Milites codicillis. §. Miles in supremis. ff. De milita. testa. l. Sicut certi. Et .l. seq. C. eod. tit. **III**. Quomocunque scribant in charta, aut in clypeo, uel in uagina, adeoq; in puluere, ualebunt testationes mentis suæ .l. Milites in expeditione. C. dict. tit. **V**. Agnatione sui hæredis, non rumpitur testamentum .l. Idemq; erit. ff. De milita. testament. **VI**. In codicillis quoque potest hæredem instituire .l. Militis codicillis. in princ. ff. eod. tit. **VII**. Testamenta militum facilius quã aliorum, & irritantur, & confirmantur, inspecta uoluntate eorum. l. In fraudem. §. j. Et .l. Militis codicillis. §. Veteranus. ff. De milita. testamen. **VIII**. Militi permittitur filio facere testamentum, quamuis sibi non fecerit, aut si factum nemo adiuerit. l. Miles ita hæredem, in fi. ff. eod. tit. **IX**. Potest miles plura testamenta facere, & siue simul fecerit, siue separatim, utique ualebunt. l. Quærebatur, in princ. ff. dict. tit. **X**. Capite damnatus ex militari delicto, rectè testamenti facit super bonis duntaxat castrensibus. l. Ex militari, in princ. ff. De milita. testam. **XI**. Si miles incertus an sui iuris sit, testatus fuerit, in ea conditione est testamentum eius, ut ualeat. d. l. Ex militari. §. Si miles. **XII**. Surdus & mutus miles, testari potest .l. Iure militari. ff. De milita. testamen. **XIII**. Deportati, & ferè omnes qui iure Ciuili testamenti factionem non habent, à milite hæredes institui possunt .l. Neque omnium. §. j. ff. eod. tit. **XIII**. Tametsi iure communi liceat adfectionis gratia donare. l. Adfectionis. ff. De dona. Milites tamen non possunt aliquid relinquere mulieri, in quam turpis suspicio cadere potest. l. Miles ita. §. Mulier. ff. De milita. testa. l. Mulierem. ff. De his quib. ut indig. Et obserua hic quã pulchrum genus beneficij sit, prouidere, ne milites cæco amore à scortis ad relinquendum facile omnia, seducantur. **XV**. Miles potest mori partim testatus, partim intestatus. d. l. Miles ita, in princ. Et .l. Certi iuris. C. eod. tit. **XVI**. Possunt milites etiam his qui extranei hæredes eis extiterint, substituere in his duntaxat quæ sunt ex testamento eorum consecuti. l. Milites etiam. ff. De mili. testa. l. Centurio. ff. De uulga. & pupil. substitu. **XVII**. Miles exhæredato quoque & emancipato filio substituere potest, in his scilicet quæ ab ipso ad eum cui substituit, perueniunt. d. l. Miles ita. §. Exhæredato. **XVIII**. Verba obiter propter aliud prolata, possunt in militis testamento disponendi uim habere. Ut sunt ista: Fortunato liberto meo do, lego. l. Ex his uerbis. C. De testa. mili. **XIX**. Miles potest hæredem grauare legatis ultra dodrantem, ut nihil detrahat per legem Falcidiam. l. Si certarum. §. ult. Et .l. seq. ff. eod. tit. l. In testamento. C. Ad Leg. Falcidi.

D E P R I V I L E G I I S V E T E R A N O R U M.



Veterani hic intelliguntur, qui post XX. annorum stipendia uel per honestam uel per causariam missionem, à militia soluti fuerint. Causaria autem missio propter aduersam ualitudinem contingit .l. Qui causaria. C. De excusatio. uetera. Et .l. Veteranis. C. Quan. prouoca. non est necess.

Alibi uerò Marcianus, ueterana mancipia uocat, ad differentiam nouitiorum, quæ

Ff rum, quæ

rum, quæ anno continuo in Vrbe seruiert, in .l. Interdum. §. Quoties .ff. De publica. & uectigali. De quibus hoc loco non tractamus.

I Veterani, & eorum liberi primi gradus, hoc est, filij, pœna metalli uel operis publici nō afficiuntur, nec fustibus cœduntur: sed ubi atrocitas criminis ita exegerit, relegandi sunt .l. i. & .l. iij. ff. De priuile. uetera. Ratio huius priuilegij sumitur ex honore qui ueteranis militibus habetur .l. Honor. C. De pœni.

II Veterani habent omnium onerum seu munerum personalium uacationem .d. l. Veteranis .C. Quan. prouoca. non est necess.

DE PRIVILEGIIS DOTALIBVS.



Voniam ad cōseruandū genus humanū, nihil æquē necessariū ac nuptias, existimat Iustinianus, Nouell. De restitutio. & ea quæ parit. §. Hæc nos merito mouerunt: & quia nuptias sine dote rarò cōtrahi uidemus: Ideò optimo Iure dotis causa semper & ubiq; præcipua fuit, & est, multisq; priuilegijs donatur .l. i. ff. Solut. matri.

I Quancquàm mater non cogatur pro filia dare dotem, neque pater de bonis uxoris ullā dandi facultatem habeat. l. Neque mater. C. De iur. doti. Si tamen hæretici fuerint parentes, coguntur omnino secundum quantitatem patrimonij sui, dare dotes & donationes propter nuptias liberis suis, qui ad ueram & orthodoxam pietatem ac fidem sese couerterint .l. Cog nouimus. §. Sed & dotes. C. De hæreti. & manichæ.

II Mulier pro alio intercedens, confecto eo nomine, publico instrumento, obligatur quidem Iure communi, quancquàm iuuetur beneficio Velleiani .l. Antiquæ. §. ulti. C. Ad fenatuscon. Velleia. Si tamen cum ea solennitate dotem promittat pro aliquo, cedit auxiliū Velleiani fenatusconsulti priuilegio dotis: & mulier tenebitur cum effectu soluere dotem promissam .l. Si dotare, d. l. ulti. C. eod. tit.

III Quòd si quis promittat dotem nulla omninò adiecta quantitate, sed quodcunque ipse arbitratus fuerit: rectè ab eo cui ita promissit, conueniri potest conditione ex stipulatu. Nā censetur quantitatem dotis ad arbitrium boni uiri retulisse, quemadmodum si quis tantā dotem promittat, quantam alius arbitrabitur. Et intelligitur dos certa, quæ secundum patrimonium promittentis, & conditionem eius cui promissa est, accipienda sit. l. Si cum ea. C. De dot. promissio. l. Cum post. §. Gener. ff. De iur. doti.

III Mater duarum filiarum cum iterū nuptura esset, cōsensit alteri filia, ut stipularetur dimidiam partē dotis sibi restitui à uirico, post solutū fortè sine liberis matrimonium. Dein de contractis nuptijs, mater testamento facto, eam filiam quæ sibi dimidiam dotē restitui si stipulata fuerat, instituit hæredem ex triente, hoc est, tertia parte bonorum suorum: alteram uerò filiam ex bese, hoc est, ex octo reliquis partibus. Post mortem matris altera filia secundū stipulationem, petit dimidiam dotem maternam. Soror excipit de dolo: allegans quòd quæ admodum à matre ex triente instituta sit: ita non nisi tertiam partem dotis peti posse, eamq; dicit fuisse uoluntatem matris. Certe, hac exceptione nihil obstante, filia rectè petit dimidiā partem dotis ex stipulatione. Et est ratio: quia fauore & priuilegio quodam dotis, præsumitur mater dimidiam dotem donasse filia inter uiuos, nisi liquidò probetur contrarium .l. Si stipulatio. C. De iur. dot. cuius hic est uerus sensus.

V Vbi ad huc matrimonio constante, maritus ad inopiam uergit, potest mulier non solū eas res quas pro dote obligatas habet, tenere, & se aduersus alios creditores agentes tueri: uerum & alias res mariti à detentoribus per hypothecariam actionem nō minus petere, quam si matrimonium dissolutum esset. l. Vbi. C. De iur. doti. Iuncta. l. In rebus. C. eod. tit.

VI Tameñ nulla stipulatio pro reddenda dote, interuenerit: nihilò tamen minus de Iure intelli

re intelligitur interuenisse. Et eadem ratione fauoris, si inutiliter fiat ista stipulatio dotis reddendæ, perinde est, ac si ualida fuisset interposita. Et propterea dos semper exigitur per actionem ex stipulatu, sublata actione rei uxoriæ. l. j. in prin. C. De rei uxoriæ. actio. §. Fuerat. Instit. De actio. Quod priuilegium cum actione de dote, transit ad quemcunque successorē, ut tradunt Doctores in .l. j. C. De priuilegi. dot. Probatur in .l. j. §. Illo proculdubio. C. De rei uxoriæ. actio.

VII Omnia bona mariti, de iure sunt obligata, pro dote restituenda, in casibus quibus restitui debeat. Et ex diuerso: bona mulieris sunt obligata pro donatione propter nuptias, etiam si utroque casu nihil de hoc in contractu matrimonij sit expressum. Et propterea meritò uocatur tacita hypotheca. l. j. §. Et ut plenius. C. De rei uxoriæ. actio. Hoc autem beneficiū ad quemcunque successorem transit, cum insit actioni de dote. Eod. §. Et ut plenius, in fi. Nec mulier huic iuri hypothecarum, hodie potest renunciare. Nouell. Vt nul. Iudic. lice. ha. lo. ser. §. Illud.

VIII Si extraneus, hoc est, qui non sit parens mulieris, nec habens eam in potestate, det dotem pro ea: is censetur donare, & mulier uidetur tacite stipulari, eam dotem sibi restitui soluto matrimonio, nisi extraneus ille expressum pactus uel stipulatus fuerit, eandem dotem sibi reddi. d. l. j. §. Accedit ei.

IX Quando dos filia, soluto matrimonio, ad patrem reuertitur, siue iure patriæ potestatis, siue iure pactiois, tunc non potest eandem dotem minuere. Nisi fortè substantia patris interim diminuta fuerit aliqua fortuita clade, quam ipse probare tenetur. Nouell. De æquali. doti. §. Quia uerò.

X Quancquàm bona pupillorum uendi non debeant, si modò seruari possint: tamen in dotem uel donationem propter nuptias, dari aut etiam distrahi possunt, si fortè uir non aliter matrimonium contrahere uelit, nisi pecuniam in dotem numerata. l. Lex quæ tutores. §. Præcipimus itaque. C. De administra. tutor. l. Siue generalis. §. Dubitari autē. ff. De iur. do.

XI Tametsi nemo possit res, alij purè, uel sub conditione: specialiter, uel in uniuersum, legatas, alienare aut pignori obligare: cum contra rationem sit, proprijs usibus applicare id, quod alij per uoluntatem testatoris restituendum est. l. ulti. §. Sed quia nostra. C. Communi. de legat. Si tamen parens testamento facto, & relicta liberis legitima, uoluerit reliqua bona sua alijs dari: & ea ultima pars non sufficiat liberis ad dotem uel donationem propter nuptias, pro conditione personarum: tunc permittitur eis ultra portionem legitimam, reliqua quoque bona parentis in causam dotalem alienare uel obligare, Legataris frustra reclamantibus. Et est ratio. Nam quæ in commune omnibus cõferunt, his præponimus, quæ priuatim aliquibus expediunt. §. Ea itaque de re, Nouell. De restitutio. & ea quæ per. Atque hoc priuilegium (inquit Iustianus) cõiugalibus cõventionibus, exindeq; prouenientibus exactiõibus esto.

XII Is qui rogatus est à testatore, ut sine liberis decedat, id quod tunc superest ex hæreditate, restituat Sempronio: cogitur ad minus quartam bonorum partem illi reseruare, ob quæ & conueniri potest, ut caueat uidelicet, quòd quarta pars salua sit Sempronio mansura, nisi huiusmodi cautionem testator emiserit. Adeoq; hoc uerum est, ut si hæres hanc quartam diminuat, cogatur eam supplere ex bonis suis: aut his deficientibus, possunt conueniri possessores bonorum eius ueluti in subsidium, per Reiuendicationem & per hypothecariam. Ex causa tamen dotis pro filia, aut donationis propter nuptias, pro seipso uel filio permittitur huius quartæ deminutio. Nouell. De restitutione. §. Certe si ipsam. Et quidē (inquit) si dotem uelit dare aut donationem ante nuptias, cum aliud in bonis non habeat: permittendum illi est hoc agere.

XIII Mulier in tacita hypotheca de qua superius dictum est, præfertur omnibus credi-

toribus mariti, quibus & ipsis tacite sunt obligata bona mariti .I. Assiduis. C. Qui potio. in pigno. habeant.

Sed quid si creditores habeant expressam hypothecam? Præferendos esse creditores mulieri, putat Bar. in eadem .I. Assiduis, & dicit esse consuetudini consonam hanc opinionem. Sed iuris ratione probari non potest, ut alibi diximus. Competit autem à tempore datæ uel promissæ dotis hoc beneficium, quod cum soli mulieri detur, non transit ad hæredes extraneos: sed solum ad suos, quales sunt, filij, nepotes, & reliqui descēdentes. §. Fuerat, in fi. Inst. De actioni. d. I. Assiduis. §. Cum enim in personalibus.

XIII Marito propter enormitatem delicti proscripto siue deportato, cuius bona publicari & cōfiscari oporteat: uxor eius res proprias quocunque titulo quæ sitas, & dotē quæ reuera ad maritum tulisse docuerit, præterea donata à marito uel ante nuptias, uel etiam (quæ tum licet) constante matrimonio: mox sibi uendicare potest, ac ueluti iniecta manu, quomodo docunque possit, occupare. .I. Si quis posthac. C. De bon. proscripto.

XV Si mulier in eà opinione sit, ut credat se pro dote obligatam, cū non sit: quicquid dotis nomine dederit, non repetit tanquàm indebitum, quod alias regulariter Iure communi fieri potest. .I. Cum is qui Pamphilum. §. Si mulier, iuncta .I. j. ff. De condicti. indebit.

XVI Licitum est iure pacisci, qua die dos reddi debeat soluto matrimonio: sed eatenus, ut conditio mulieris fiat melior, hoc est, ut priore tempore quàm legibus constitutū est, reddatur: Cæterum quæcunque pacta conditionem mulieris deteriore faciant, ueluti ut tardius dos soluatur, non ualent. .I. De die, cum tribus. .II. sequenti. ff. De pact. dotali.

XVII Si mulier soluto matrimonio accipiat per nouationem & delegari patiatur egenam debitorem, ab hæredibus mariti decepta: tunc nihilominus actio dotis ei manebit salua, contra hæredes delegantes huiusmodi debitorem. .I. Si cum dotem. §. Si mulier. ff. Solut. matrimoni. Cum tamen de Iure communi, uideretur mulier bonum nomen fecisse, hoc est, idoneum & soluendo reputasse eum, quem admisit sibi debitorem delegari. .I. Inter causas §. Abesse. ff. Mandat.

XVIII Si pater in testamento suo scribat quantitatem dotis, quæ ab hæredibus filiz suæ nubenti ex hæreditate uelit dari, ac interim ali eam arbitrato boni uiri: certe speciali quodam fauore oportet alimentorum modum ex quantitate dotis potius quàm ex hæreditate metiri, habito semper ætatis .I. respectu, hoc est, ut cum ætate augeantur alimenta. .I. Cum unus. §. Alimentis. ff. De alim. & cib. leg.

XIX Mulier etiam in actione personali de dote, non secuto matrimonio, præfertur alijs creditoribus. Ut ecce: si sponsa dederit dotem, & nuptijs renunciatū est, ipsa præ cæteris creditoribus quibus competit personalis actio, condicit dotem, scilicet conditione ob causam uel sine causa. .I. ij. §. Si sponsa. ff. De priuilegi. creditor. Et Paulus in .I. VI. ff. De rit. nupt. Ideo q; (ait) potest fieri, ut in hoc casu aliqua uirgo & dotem, & de dote habeat actionem.

XX Cum multa sint delictorum genera, propter quæ bona delinquentis publicantur: dos tamen mulieris non publicatur, nisi in casibus quinque mulier damnata fuerit: uidelicet maiestatis Iuliz, uis publicæ, parricidij, ueneficij, de ficiarijs. .I. Quinq; legibus. ff. De bo. dānato.

XXI Res siue fundus dotalis, non potest alienari per maritum, etiam consentiente muliere. .I. j. ff. De fund. dotal. Instit. Qui. aliena. lic. uel non, in prin. Quo loco habes rationem, quare mulier alienationi consentire non possit: Ne sexus (inquit Iustinianus) muliebris fragilitas, in perniciem substantiæ earum conuertatur. Nouell. Vt inmo. ant. nupt. donati. §. Si quis igitur. Et hoc adeo uerum: ut de iure Ciuili nihil prosit iuramentum à muliere præstitū. .I. Non dubium, in fi. C. De legib.

Sed in hoc articulo Canones aliter statuētes propter salutem animarum, præferēdi sunt.

Quare si

Quare si mulieres alienationi dotis uel donationis propter nuptias consentiant, & prateren iurent se non reuocaturas: certè debent huiusmodi iuramentum seruare, sine ui tamen & do lo sponte præstitum .c. Cum contingat, De iureiuran.

Existimat autem Bar. in .l. Qui superstitis. ff. De acquiren. hæred. Et in .l. Generaliter. C. De reb. credit. Quòd filius, non obstante iuramento matris, agere possit. Quia iuramentum non afficit hæredem, sed solam personam iurantis. In quo articulo, qualitas alienationis, rerum alienatarum, & personarum, suppeditare potest Iudici, quid statuendum sit.

XXII Si reperiantur duo instrumenta eodem die facta, quorum alterum continet maritum esse obligatum alicui ex mutuo, atque eo nomine constitutam esse hypothecam bonorum suorum: alterum uerò instrumentum habeat obligationem pro dote, similiter sub hypotheca: hoc casu fauore dotis præsumetur instrumentum dotale prius factum .l. j. ff. Solut. matri. quam Barto. ita intelligit. Et hoc beneficium transit cum dote ad quemlibet hæredem, quia ipsi doti datur .l. In ambiguis .l. De .iur. doti. Et .l. In ambiguis. ff. De regu. iur. Ponderando utrobique, quòd textus dicit (pro dotibus.)

XXIII Actio ex stipulatu, cum aliquando stricti Iuris sit, quatenus tamen pro dote cõpetit, est bonæfidei .§. Fuerat. Instit. De actioni. Naturam (ait Iustinianus) bonæfidei iudicij tantum in exactiõne dotis meruit, ut bonæfidei sit. Quod priuilegium iudem porrigitur ad quemlibet hæredem, hanc actionem ex stipulatu Iure habentem.

XXIII Causa dotis summatim tractari debet, ac in ea dilationes omninò sunt amputandæ. Nec sanè est iniquum, quòd Iudex nonnunquã qualitatem & quantitatem causæ, uel conditionem personarum in amputanda lite respiciat .l. ij. ff. De re iudicat. Clementi. Dispensat. De iudici. Et hoc beneficium ad uniuersales hæredes transit pro qualitate eorum, ut dicit Barto. in .l. j. ff. Solut. matrimo.

XXV Quanquàm nulla ratio scripti Iuris permittat reum conuentum cogi, ut instrumenta sua edat, ad fundandam intentionem actoris .l. Qui accusare .C. De eden. Si tamen mulier pro dote agat, oportet aduersarium illi edere instrumenta, quibus intentionem suam muniat & instruat. Paulus Castrensis in .l. j. ff. Solut. matrimo. Antonius de Butrio, & Felinus in .c. j. De probationi.

XXVI Iudex ex officio suo potest decernere dotem filiz, si pater absit, utpote uel captus ab hostibus, uel oppressus à latronibus .l. Profectitia. §. Sed & si proponas. ff. De iur. doti. Quemadmodum & parentes, qui liberos quos in potestate habent, sine causâ prohibu erint nuptias contrahere, uel qui dotem dare noluerint: per Iudicem cogi possunt, ut pietatem sequantur .l. Qui liberos. ff. De rit. nuptia.

XXVII Contra actionem de dote non admittitur exceptio uel retentio propter res donatas aut propter res amotas: sed utrunque habet suas speciales actiones. l. j. §. Taccat. Et. §. Sed nec retentio. C. De rei uxori. actio.

XXVIII Filia etiam inuito patre in cuius potestate est, potest agere pro dote sua, si modo dos sit aduentitia, hoc est, aliunde quàm à patre data: Vel si sit magna, sicut ex qualitate personarum æstimabitur. Nouell. De æquali. dot. §. Illud quoque.

Cum tamen regulariter contra sit. l. ij. §. Quòd si in patris. ff. Solut. matrimo. Dotis enim actio, inter patrem & filiam in potestate, communis est:

XXIX Qui legatorum seruandorum causa in possessionem mittitur, is ita custodire debet res, ne deperant, deteriores uel quouis modo fiant. l. Is cui legatorum. §. Qui legatorum. ff. Ut in possessi. legato. Si tamen uxor defuncti propter dotem missa sit in possessionem tunc in causam uictus, diminuet ex huiusmodi bonis .l. penulti. ff. eod. tit.

FF 3 In exactio-

XXX In exactiōe dotis non respicimus locum contractus, ut aliās plerunque, sed locū in quo maritus domicilium habet. l. Exigere. ff. De iudic.

Hæc omnia, & si quæ alia in iure reperias dotis priuilegia, dantur Christianis tantum mulieribus, non ijs quæ orthodoxam fidem non amplectuntur, Nouell. De priuile. dot. hære. mulie. non præstan. Sicut nec ad illas pertinent, quæ non castè uiuunt. §. Illud quoque Et. §. Nouimus autem. Nouell. Neque uir. quod ex dot. neq. mulie. Adde ibidem. §. Sin autem non ualuerit, De non elig. secun. nuben.

D E P R I V I L E G I I S P I A R V M C A V S A R V M.

I



Communi iure, dominium sine traditione nō transfertur ex contractu. l. Traditionibus. C. De pact. Quò tamen magis inter publicam pietatem, & priuata commoda sit discretio, dominium rei, nulla interueniente traditione, prijs locis acquiri potest. l. ult. C. De sacrosanc. Ecclesi. Quo loco professores Iuris in eam sententiam conueniunt.

II Tametsi nemo liberam testandi uoluntatē sibi possit præcludere. l. Stipulatio hoc modo concepta. ff. De uerbo. obliga. Valet tamen donatio omnium bonorum præsentium simul & futurorum, si pio loco fiat. Nouell. De sanctissi. Episc. §. Si quæ. Et. l. ult. C. De pact. Vbi tractant interpretes post Bartolum.

III Mulieres pro alio fideiubentes, plerunque tutæ sunt. Nam sicut moribus ciuilia officia adempta sunt scæminis, ita multò magis adimendum fuit officium fideiubendi, in quo periculum rei familiaris uersatur. l. j. ff. Ad Sena. Velleia. In piam tamen causam pro alio fideiubenti mulieri, non subuenitur. l. penult. C. eod. tit.

III Fideiussor ex nudo pacto nō tenet, nec oritur actio. l. Si tibi. C. De locat & cōduct. Qui uerò in piam causam quicquam ita pollicitus est, obligatur, & conueniri potest. l. ult. ti. C. Ad Senat. Velleia.

V Nemo priuatim rectè stipulatur alteri, præter quàm si seruus domino, uel filius patri stipuletur. l. stipulatio ista. §. Alteri. ff. De uerbor. obligat. Ratio est. Nam inuentæ sunt huiusmodi obligationes ad hoc, ut unusquisque sibi acquirat quod sua interest. Cæterum, ut alij detur, nihil interest mea.

Propria tamen causa quilibet stipulari potest, ut inquit gloss. j. q. 7. c. Quoties cordis oculus, quam Baldus in. l. Illud. C. De sacrosan. Ecclesi. sequitur. Quanquàm alioquin gloss. illa non reputet hoc esse beneficium iure Pontificio. Nempe, quòd eo iure quisque possit alteri stipulari.

VI Pacta futuræ successionis, plena quidem tristissimi & nonnunquam periculosi euentus, uiuente & ignorante eo de cuius hæreditate tractatur, non ualent. l. ult. C. De pact. Cæterum ad pias causas huiusmodi pacta tenent, quemadmodum militibus ad expeditionem bellicam tendentibus, non improbantur. l. Licet. C. De pact. Ita probat Baldus in. d. l. ult.

VII Si quispiã cum filios nō habeat, omnia bona uel partem aliquam facultatum donare, & postea liberos suscepit totum quicquid largitus est, reuertitur ad donatorem, expiratè donatione. l. Si unquam. C. De reuocan. donati. Sed donatio ad pias causas sic facta, nō infirmatur: dicente Bar. in. l. Titia Scio. §. Imperator. ff. De legat. ij.

VIII Ea quæ pro liberalitate præstantur, non inducunt necessitatem. l. Seio medico. §. Medico. ff. De legat. iij. l. Cum de in rem uerso. ff. De usur. Exemplum inibi est apud Barto. de Rustico dante annum munusculum. Ad pias autē causas huiusmodi præstationes obligant dantem. l. Priuilegia. Et. l. Ad epistolam. C. De sacrosanc. Ecclesi.

IX Qui rem emit aliena pecunia, suam nihilo minus facit. l. Si ex ea. C. De Rei uendic. l. Si patruus

Si patruus. C. Commu. utri. iudi. Sin autem ex pecunia Ecclesie quicquam ematur, non fit ementis. l. Si ut proponis. C. De Rei uendic. argu. c. j. De peculi. cleric.

X Si quis in alieno solo ex sua materia domum ædificet, illius fit domus iure gentium, cuius est solum. §. Ex diuerso, Instit. De rer. diuisio. l. In tantū. ff. eo. tit. At si quis utcumque in suo solo ædificet pecunia ecclesie: ædificium solo nō cedit, imò solum ædificio, hoc est, ad ecclesiam pertinet quicquid ædificatur, ut adserit Speculat. in tit. De empti. & uenditi. §. Tertio loco notandum est. Versic. Quid si clericus.

XI Quoties duobus una res in solidum uenditur, manifesti Iuris est, eum cui priori tradita est, in retinenda re potiozem esse, quanquam alteri prius uendita sit. l. Quoties. C. De Rei uendica. l. Si ea res. §. Vterq. ff. De actioni. emp. Cæterum, si ab ecclesiastica persona, aut iure pij loci uendatur aliquid duobus, præfertur ille qui prior emerit, ut probat Ioannes Andreæ in. c. ij. De his quæ fi. à prælat. sin. consens. capitul. Ratio. Quia pijs causis maxime abesse debet elusio. c. Mulieres, De iud. li. vi.

XII Si in statuto uel in testamento, quantumuis generaliter prohibitū sit, ne fiat donatio: non tamen dicitur prohiberi donatio ad piam causam. Nam sicut ab omni iuramento fidelitatis, personam Imperatoris excipi placuit, Consti. Imperialem, in fi. De prohibi. feud. alie nati, per Federi. In usū. feudo. Ita multò magis causam piam sub prohibitione generali comprehendere non debemus. Vnde scitè dixit Bal. in. l. Generali. C. De sacrosanct. Ecclesi. Quòd sub statutis interdicentibus mulieri testationem ultimæ uoluntatis, uel obligationem inter uiuos sine consensu propinquorum, non comprehenduntur mulieres relinquētes uel obligantes ad piarum causas. Quia contra hæc priuilegia piarum causarum statuta fieri nō possunt. Subscribit Bar. in. l. Cunctos populos. C. De summ. trini. & fide catholic.

XIII Iure communi mandatum finitur morte mandantis, si modo res est integra. §. Si adhuc retinet, Instit. De manda. l. Mandatum. C. eo. tit. c. Mandato, De procurato. In fauorem tamen piæ causæ durat mandatum post mortem mandantis, ut probat Bal. in. Auct. Si qua mulier, ad fi. C. De sacrosan. Ecclesi. per. c. Exijt qui seminat, De uerbo. signifi. lib. vi.

XIII In contractibus innominatis, locus est pœnitentiæ. l. j. ad fi. ff. De rer. permut. In pijs uerò causis, ad contractum innominatum reductis, ut do centum, ut uestias pauperes: non æquè licet pœnitere. l. Si quis pro redemptione. C. De donati.

XV Creditor potest cum suo debitore pacisci, ut sibi liceat propria authoritate possessionem rerū obligatarum nancisci. l. Creditores. C. De pignori. Hæc tamen cōuentio si fieret cum debitore Ecclesie, non ualere, propter ecclesiasticarum rerum fauorem ac tuitionē c. Nulli liceat. XII. q. ij.

XVI Appellationis alioquin generale remedium, non habet locum in sententijs piarū causarum: & præsertim quando celeritatem desiderauit. l. ulti. ff. De appellati. recipien. c. Tua nobis. De decim.

XVII Reus non tenetur, ad fundandam intentionē actoris, instrumenta edere. l. Qui ac cusare, & l. ulti. C. De eden, In pijs uerò causis reus tenetur ad editionem iurium, quibus actor intentionem suam præmuniat, quemadmodum in Fisco dicimus, iuxta. l. Ne quisquam ff. eod. tit. Sic Romanus Pontifex in. c. Cum secundum leges, De hæretic. lib. vi. Argumētatur à Fisco, ad negotium fidei,

XVIII Exceptio non numeratæ pecuniæ, intra biennium duntaxat opponi potest. l. In contractibus. C. De non nume. pecun. Instit. De litera. obligati. Cæterum in pia causa huic exceptioni semper locus est, Neq; enim hoc casu sola confessio mutuo acceptæ pecu-

D E I V R E.

92
 niz sufficit: sed incumbit creditori probatio, pecuniam in usum pñ loci fuisse conuersam. Sic enim diffinit Iustinianus Nouell. De non alie, aut permutan. §. Nos igitur. Et hoc beneficium quidem reputari potest, si Iuris Ciuilis rigorem sequamur: Verum æquitate canonica, creditor qui scripturam & confessionem debitoris habet, sciens se non numerasse pecuniam (ut sæpè fit) etiã post biennium excludi posset per exceptionem non numeratz pecuniz. Cum possessor malæ fidei nullo tempore præscribat. c. Possessor, De reg. Iur. Authore Dyno in. c. Locupletari, eod. tit.

XIX In ferijs non solum utilitate hominum constitutis, quales describuntur in. l. Publicas. C. De feri. Verum etiam honore Dei opti. maxi. præceptis, licitum est atq; permissum, pias causas tractare. c. ulti. De feri.

XX Si relicta ad pias causas in testamento reperiuntur deleta uel inducta, semper præsumitur id factum esse inconsultè, ideoq; ualent. l. Proxime, in fi. ff. De his qui in testamen. de lent. Argumento à libertate, ad pias causas. Aliter autem distinguitur in alijs legatis, deletis & inductis. l. j. ff. eo tit.

XXI Relicta ad piam causam determinatè, non possunt ad alium, & ne quidem pium utrum conuerti sine licentia Pontificis, ut cunq; hæredes cum legatarijs consentiant. l. j. De adm. rer. ad Ciuita. perti. Cle. Quia contungit, in princ. De religio. domib.

XXII Si quis inter alia multa legata reliquerit in testamento ad piam causam: ac postea in codicillis detraxerit legatis: non intelligitur pñs donationibus detraxisse, quin integra debeantur. Ut ecce: si quis ita scribat in codicillis: Quibus in testamento dari uolui, ab his peto uti tertiam partem filiz meæ reddant. Hic pñs legatis in testamento factis, nihil adimitur. l. Libertis quos. §. Posthumis hæredibus. ff. De alimen. & ciba. legat. Argumento ab alimentis, ad pias causas.

XXIII Legatum hoc anno uel hoc mense, nisi omaibus partibus præteritis anni uel mensis, non rectè petitur. l. Qui hoc anno. ff. De uerbo. obliga.

Relatum autem ad pias causas hoc modo factum, statim peti potest. l. Si ita fuerit libertas relicta. ff. De manu. testament.

XXIII Relictum alicui cum ad ætatem decem annorum peruenerit, non rectè petitur ab hærede legatarij scilicet, qui mortuus eam ætatem non attigit, ueluti deficiente conditione. l. j. §. Sin autem aliquid. C. De cauduc. tollen. l. Meuius. ff. De conditio. & demonst.

Quod autem ad pias causas ita relinquitur, omnino debetur, etiam si nunq; ille ad eos annos puenerit. l. Si ita scriptū fuerit. ff. De manum. testamē. Loco à libertate, ad pias causas.

XXV Tametsi filij naturales & illegitimi non possint institui à patre. l. ij. C. De natura. libe. Neq; substitui. l. Si is qui ex bonis. ff. De uulga. & pupilla. Possunt tamen institui ad piam causam. Nec deest ratio. Cum enim oblatu curiæ imperatoris Iure legitimetur. l. Cōmunium, in princi. C. De natura. liber. Quanto magis ille ad successionē admittetur, qui se pietati deuouerit? Hoc ferè argumentationis genere utitur Imperator in. §. Filius familiās. Insti. Qui. mod. ius patri. potesta. solui.

XXVI Filius pietati deditus, nō potest à patre exhæredari, & quidem ob causam ingræitudinis antea admissā: ut probant Doctores in. l. Deo nobis. Et Nouell. De sanctiss. episc. §. Nullam uerò. XIX. q. ij. c. ulti. Exhæredandi causæ sunt Nouell. Ut cum de appela. cog. nos. §. Aliud quoque capitulum.

XXVII In ultimis uoluntatibus exigitur Iure, ut testes qui adsunt, ab ipso testatore ad testimonium sint rogati, l. Hac consultissima, in princi. C. De testament. In relictis autem ad pias

ad pias causas, hanc necessitatem rogandorum testium remitti, sicut in testamento patris inter liberos facto, tradunt Doctores secundum glo. in. l. ulti. §. ulti. C. De codicil. Et in Auct. Inter liberos. C. De testament.

XXVIII Quando duo sunt testamenta, nec satis apparet quod prius, quodue posterius sit: intelligitur illud postea factum esse, quod pias causas in se continet, ut ualeat. l. 1. C. De Iur. fisc. li. X. Argumento à fisco, ad piam causam. Nam & ibi fauore fisci præsumitur in dubio: quod donatio post obligationē hypothecæ facta sit, ut potius fisco, quam donatario cedat. Cæterum secundum regulam Iuris, ubi duo sunt testamenta eiusdem temporis, utrunq; corrui: ut docet Bar. in. l. 1. §. Non autem. ff. De bono. pos. secun. tabul.

XXIX Quamuis substitutio uel cōditio ista: Si decesserit sine liberis, nō habeat aliquando locum in eo cui nulla spes est, iuxta. c. In præsentia, De proba. Si tamen talis conditio uel substitutio in piā causam scripta, puta, hoc pacto: Si Caius sine liberis decessat: substituo pauperes: erit locus substitutioni semper, & dabuntur bona in alimenta pauperum. §. Sed & hoc præsentia, Nouell. De sanctil. episco.

XXX Mulier quæ alioquin in testamēto non potest esse testis. l. Qui testamēto. §. Mulier. ff. De testa. In testamento tamen piæ causæ, testimonium dicere non uetatur, quemadmodum in ultima uoluntate patris inter liberos, ut colligunt interpretes in Auct. Quod sine subscriptione. C. De testament. Bar. in. l. 1. ff. De bono. possessio.

XXXI Testamentum scriptum notis, non ualeat: quia notæ non sunt literæ. l. Sed cum patrono. §. ulti. ff. De bono. possessio. Valet tamen ultima uoluntas sic designata ad pias causas, ad instar testamenti militis. l. Lucius Titius. ff. De milit. testa. Imò & nutu testatio ad pias causas fieri potest, dicente glossa. in .c. Cum tibi, De testa.

XXXII Ex testamēto non completo, nihil debetur. Is enim qui testamentum non cōpleuit, magis cōpisse, quam fecisse testamentum dicitur. l. Si quis cum. ff. De testa. l. in. C. eod. tit. Sed si imperfectum testamentum pias causas contineat, ualebit. l. In testamento. ff. De fideicom. libert. Argumento à libertate, ad pias causas.

XXXIII Quanquam hæreditate non adita legata non debeantur. l. Si nemo. ff. De testamen. tute. l. Eam quam. C. De fideicom. Ad pias tamen causas relicta, recte petuntur sine aditione hæreditatis. l. Miles ita hæredē. §. ulti. ff. De mil. testa. Vnde etiam rupto testamento per querelam debebatur libertas, & sic piū legatum. l. Cū filius, in prin. ff. De lega. ij.

XXXIII Qui in potestate parentis est, ius testamenti faciendi nō habet, adeo ut quæuis pater ei permittat, nihilo magis tamen testari possit. l. Qui in potestate. ff. De testament. Consensu uero patris, ad pias causas potest relinquere in ultima uoluntate. c. Licet, in fi. De sepultu. ib. vi.

XXXV Legato in genere facto, regulariter quod minus est sequimur. l. Qui concubinam. §. j. ff. De legat. ij. Certè maximum nunquam debetur. l. Legato generaliter. ff. De lega. j. Quòd si ad pias causas in genere quid relinquatur, id quod maius est, debetur. l. Titia testamēto. §. ulti. ff. De aur. & argen. legat. Vt si quis stipendium pro studioso in Academia leget, respiciendum est exemplum aliquod egregium, pro qualitate hæreditatis.

XXXVI Testator alienans rem à se in testamento legatam: nonnunquam ita alienat, ne omnino debeat. §. Si rem suam, Institut. De legat. l. Fidei commissa. §. Si rem suā. ff. De lega. ij. Non idem fecisse censendus est, cum rem quampiam ad pias causas reliquerit ac postea eandem alienauerit, si modo quandoque, uel illa ipsa, uel eiusdem speciei res in bonis testatoris reperiatur. l. Verum. ff. De manu. testamen. l. Filix suæ. §. Titia uxor. ff. De

De condit. & demonstrati. Accedit similis admodum sententia Barto. in. l. Placet. ff. De liber. & posthum.

XXXVII Mutianæ cautionis necessitas, consistit in conditionibus quæ in nō faciendo conceptæ sunt. Vtpote: Si in capitolium non ascenderit: Si Stichum non manumiserit, & similibus. l. Mutianæ. ff. De conditio. & demonstra. Et dicitur Mutiana, à Mutio auctore, quemadmodum Publitanæ, à Publilio, Instit. De actioni. §. Aliæ autem sunt. Hoc autem continet hæc cautio Mutiana, ut si legatarius contra conditionem facturus sit, restituat rem legatam cum fructibus. l. Hæres meus. §. Qui post Mutianam. ff. De conditi. & demonstrati. Et præstatur illis quorum interest. Sed in legatis ad pias causas sub hac conditione relicti, ista cautio non est opus. l. Libertas. §. j. ff. De manumiss. testamen. Loq̄o à libertate, ad reliquas pias causas.

XXXVIII Pendente conditione sub qua factum est legatū, si legatarius interim aut moriatur, aut libertate priuetur, extinguitur legatum, adeò, ut ne quidem unquam reuiuiscat. l. Intercidit. ff. De conditio, & demonstratio. Aliter autem in legatis piaz causæ dicendum est, quæ sublato impedimento reuiuiscunt. l. Aristo. ff. De manu. testa.

XXXIX Verba quæ adulandi magis quam obligandi causa proferuntur, nō constringunt proferentem. l. Si mandauero. §. Si tibi. ff. Mandat. l. ulti. ff. De testamen. Vnde uulgò dicitur: uerba honoris, non obligant. In pijs tamen causis effectum habent. l. Paulus respondit. §. Paulus respondit. ff. De fideicom. liberta. Sunt nōnulli Laudicœnæ, (ut sic appellemus) quibus istæ commendationes adulatoriæ plus æquò sunt familiares. At malum hoc adulandi multò pestilentius est, si in aulam quoque principum irrepserit, quibus assentatio sæpius quàm hostis nocuit, si res gestas multorum seculorum rectè dispiciamus. Plerique & nunc fumum uenditant, digni prorsus qui fumo ipsi puniantur, sicut olim, Thurinus ab Alexandro Romano Imperatore punitus est, præcone dicente: Fumo punit, qui fumū uendidit.

XL Legatum incertum nō ualet. l. Titia cum testamento, in prin. ff. De legat. ij. sicut nec stipulatio. l. Si ita stipulatus fuero te sisti, in prin. ff. De uerbo. obligat. Nihilò tamen minus si testator aliquis dicat: Volo ex bonis meis, ad pias causas aliquid distribui: ualebit legatum, quanq̄ nulla quantitas, nullum relicti genus exprimat. Quæ omnia ex magnitudine aut mediocritate facultatum quas testator reliquit, per æstimationem Iudicis diffiniri possunt. l. Quidam in testamento. ff. De legat. ij. Quæ in reficienda uia publica loquitur. Et. l. Stichus liber esto. ff. De legat. ij. Quæ de danda libertate tractat. Vtriusque similitudo bona est ad probationem nostram. Accedit. l. Si cui. ff. De annu. legat. Et. l. penul. ff. De ali. legat. Valet enim incertum legatum, fauore alimentorum.

XLI Conditionem in legatis euenientem non trahi retrò, commune Ius est. l. j. §. Serui appellatione. ff. De senatusconsult. Sillan. Vt si quispiam Titium seruum legauerit: si Caius Roma redierit. Iam redeunte Caio, Titius seruus debetur ex tempore reditus, nō ex eo tempore quo legabatur. Nam interim hæredis fuit. Sed tamen fauore piaz causæ, conditio trahitur retrò, cuius exemplum est in. l. Neratius scribit. ff. De manumiss. testament. Si quis sic dederit libertatem seruo: Si filius nullus mihi erit cum moriar, Stichus liber esto. Hoc enim casu Stichus interim liber est ante euentum conditionis, hoc est, antequam certum sit, nullum filium nasci.

XLII In legatis, nouissima scriptura spectatur, ac multis ascriptis conditionibus, ultimæ impleri oportet pro consequendo legato. l. Si mihi & tibi. §. In legatis. ff. De lega. j. l. Quod traditum est. ff. De conditi. & demonstrati. In pijs autem causis leuiorem conditionem sequimur: ut illa reputeetur ultima, quæ sit facilior. l. In libertatibus. ff. De manu. testamēt. Quod intellige, ubi multæ conditiones disiunctim adscribuntur. l. Quod uulgò. ff. eod. tit.

XLIII Legatum ad pias causas à substituto factum, debetur etiam si ille hæres non fiat, Vt

stat. Vt si quis ita scripserit: Titius hæres esto: Si Titius hæres non erit, Stichus hæres, & pauperibus decem dare damnas esto. Nam hæc decem debentur quoq; ab instituto hærede, quoniam ab utroq; gradu relicta uidentur in gratiam piæ causæ. l. ij. ff. De manumiss. testament.

XLIII Tametsi à uerbis testatoris facile recedendum non sit. l. Non aliter. ff. De legat. ij. In relictis tamen piæ causæ utcumq; testator continuum tempus expresserit, locus erit interim petitioni, si multa tempora simul à testatore iungantur, ut. l. Fidei cõmissaria libertas. ff. De fideicommissa. liberta.

XLV Legatum propter incertitudinẽ personæ, uitiatur. §. Incertis uerò, Instit. De legat. At fauore piæ causæ, ualet. l. Id quod pauperibus. C. De Episco. & cleric.

XLVI In testamento plerunq; septem testes requiruntur. l. Hac consultissima. C. De testament. Ceterum in pijs causis duo testes cum Parrocho sufficiunt. c. Relatum, De testament. Bart. in. l. j. C. De sacrosanct. Ecclesi. Adde: Qui tutelam testamentariam, excusationis iure suscipere noluerit, à legatis quoq; ob hoc factis, summouendus erit. l. Qui tutelam, in princip. ff. De testamenta. tute. Et. l. Nefennius. ff. De excusat. tuto. Attamen si is qui à tutela se excusat, hoc legatum ad pietatem restituere rogatus fuerit, non perit relictum per excusationem. l. Thais ancilla, §. Tutoris. ff. De fideicommiss. libertati. Loco à libertate ad piam causam.

XLVII Quæ sub conditione iurifurandi relinquuntur, à Pratore reprobantur. Vt ecce, si quis ita scribar: Lego Titio decem, si iurauerit se Romam ire. l. Quæ sub conditione, in principi. ff. De conditi. instit. Vnde fit, quòd institutione facta sub duplici conditione: Videlicet iurifurandi, & simplici: remittitur iuratoria. d. l. Quæ sub conditione. §. Si quis sub iurifurandi. In pijs autem causis legata sub conditione iurifurandi facta, non remittitur huiuscemodi conditio. l. Si quis libertatem, in prin. ff. De manu. testamen.

XLVIII Modus legatis adiectus, respiciens solam legatarij commoditatem, non urget ad cautionem præstandam. Vt ecce, Titio cõtum ita legatis, ut fundum emeret. Ista adiectio emendi fundi, est modus, & pertinet ad utilitatẽ Titij. Ergo nisi aliud appareat ex mente testatoris, non est opus præstare cautionem. l. Titio centum, in principi. ff. De conditi. & demonstra. Si uerò pijs legatis modus adijciatur, ueluti: Lego Sempronio centum, ut duos pauperes uestiat: tunc semper opus est cautione, ad consequendum legatum. l. Si quis pro redemptione. C. De donati.

XLIX Legatum sub modo factum, peti non potest nisi præstita cautione de implendo modo. l. Quibus diebus. §. si. ff. De conditi. & demonstrat. Imò nisi cauerit, priuatur legato. l. j. C. De his quæ sub mod. Argumento à cõtuario sensu. Et tamen in legatis ad pias causas, non requiritur cautio, nec amittitur legatum, non impleto modo, qui ex interuallo adijcitur. l. Imperatores. ff. De manumiss. testamen. Nam aliud est si incontinenti adijciatur. l. Libertas quæ. §. Hæc scriptura. ff. eo. tit.

L Conditiones adiectæ legatis, secundum regulam Iuris, sunt omnibus numeris quatenus fieri potest, implendæ. l. Meuius. ff. De conditi. & demonstrati. Remissius autem in pijs relictis agitur: quia etiam non omninò cõditione impleta, debetur relictum ad pias causas. l. Paulus respondit. §. Caius Seius. ff. De libera. caus. Argumento à libertate ad pias causas. Si enim seruus uendatur manumittendus, si continuo triennio seruerit, & nondum exæcto tempore triennij fugiat, post aliquantulum temporis reuersus, utiq; manumittetur post triennium, quanquam alioquin seruiendi conditionem non impleuerit continuo.

LI Donatio cui modus adijcitur: Veluti, Dono Titio prædia, ut creditoribus satisfaciatur: reuoca

reuocatur per conditionem ob causam, non impleto modo: uel agitur ad implendum, actione præscriptis uerbis. Et est in electione petentis, utra actione maluerit experiri. l. ij. De conditio. ob caus. l. Cum res. C. De donat. Sin autem Ecclesiæ fiat donatio sub modo, non potest ob illius defectum reuocari. Nisi fortè sit expresse adiectum donationi: ut non impleto modo, donatio sit nulla. c. Verum, De conditi. apposit.

LII Tametsi testamentarius executor non habeat actionem contra hæredem, ad rem quæ alicui relicta est. l. Lucius Titius. §. Meuia duos. ff. Ad senatuscon. Trebellia. In pijs tamen causis, habet hæres actionem ad rem pietati relictam. Barto. in. d. l. Lucius, & in. l. Si quis Titio. ff. De legat. ij.

LIII Non est quoq; contemnendum priuilegium: quod Iudex ex officio suo, nemine petente, potest curare, ut ea quæ pia sunt, executionem nanciscantur. Exemplum est de dote, quam Iudex potest decernere filiæ propter absentiam, uel captiuitatem patris, argu. l. Qui liberos. ff. De rit. nupti. Est & aliud exemplum in. l. Qui erat. ff. Famili. herciscun. Vbi prætor iubet hæredem ex parte institutum, sepelire testatorem, & propterea seruum distrahi. Quod autem dotis causa sit pia, probatur in. l. Cum is qui. §. Si quis mulier. ff. De condit. indebit. Vnde sequitur haud dubiè: causam dotis, ueluti piam, in die feriato tractari posse. Ut tractant Doctores in. l. Dies festos. C. De feri. Spec. in titu. De instrumento. editio. §. Nunc uerò aliqua. Verfic. Videtur autem quòd non ex mero.

LIIV Si quis legatum pium sine iusta causa differat soluere, tantisper donec in iudicio conueniatur, cõdemnabitur in duplum æstimationis rei legatæ. §. Item iuxta est, Instit. De actioni. Quem locum Doctores tam de hæredibus, quàm de cæteris executoribus testamētarijs, rectè accipiunt.

LV Renuncians hæreditati illius qui fisco tributum debet, cogitur etiam cedere omnibus rebus, quas ex eisdem bonis quocunq; titulo perceperit à testatore adhuc uiuente. l. Hæredes. C. De omn. ag. defer. lib. xi. Cæterum si quis repudiet hæreditatem eius qui debet decimas, priuatur alijs bonis si quæ à defuncto dum uiueret, acceperit. Et ita. d. l. Hæredes, limitatur. Quòd autem decimæ sint pia causa, apparet ex. c. Tua nobis. De decim. Et. c. Decimæ. xvi. q. j.

LVI Tametsi creditor qui agit hypothecaria contra donatarium, probare debet rem sibi prius fuisse obligatam, quàm aduersario donatam. Quia uerisimilius est donationem præcessisse. l. De de rebus. C. De dona. ant. nupt. l. Et quæ nondum. §. Quod dicitur. ff. De pigno. & hypothe. In pijs tamè causis oportet donatarium probare, prius fuisse factam donationem, quàm hypothecam pro pia causa. Quoniam Iuris præsumptio, in fauorem pietatis est, uidelicet quòd donatio potius post hypothecam & in eius fraudem, facta sit. Et hoc probatur similitudine fisci, in quo ita est. l. j. C. De Iur. fisc. li. x. Ergo & in pia causa, quia paribus omnino passibus in hoc ambulant. l. ult. C. De sacrosanct. Ecclesi. Nouell. De non aliena. aut permutan. §. Sinimus igitur, Barto. in. d. l. j.

LVII Quanquàm de Iure communi, uerborum dubium in iudicio interpretandum sit contra reum. l. Inter stipulantem. §. j. ff. De uerbo. obligat. l. Si quis intentione. ff. De iudic. l. Ambiguus. ff. De regul. Iur. c. Cum adeò. De rescript. Propter Religionem tamen interpretatio nonnunquam fit pro reo, sicut etiam propter dotem. l. In ambiguus. ff. De iur. doti.

LVIII Quemadmodum fauore minoris, mora re ipsa, hoc est, nullo interpellante, contrahitur, ut probatur in. l. In minorum. C. In qui. caus. in integ. restit. non est necessa. Et in. l. Titio Scio. §. Vfuras. ff. De legat. ij. Ita etiam pium legatum meretur hanc prærogatiuam. Accursi. in. §. Ex maleficijs, Instit. De actioni. Ratio. Quia Ecclesia cum minore & pupillo rectè comparatur. Bar. in. l. Respublica. C. Ex qui. caus. maio. c. Auditis, in fi. De in integ. restitutio.

Alimen

LIX Alimentorum quoque causa, omnibus modis pia est, sine qua mortalis hæc uita hominumque societas constare non potest. Vnde nihil usquam est, in quo Christianæ charitatis argumenta euidentius edi possint uel utilius collocari, quam alimenta. Itaque huius tam piæ causæ multa sunt priuilegia, quæ Bar. tractat in. l. Mela, in princ. ff. De alimen. & cibari. lega. **I** Pubertas in masculino extenditur in decimum octauum annum, in foemina in decimum quartum **II** Alimenta debentur ex uoluntate nõ solenni. **III**. His quibus alioqui legare prohibitum est, permittunt Inra relinqui alimenta. **IIII**. Legatis alimentis, & subiecta clausula generali legatorum derogatoria, nihil detrahitur alimentis. **V**. Alimenta nominatim relicta, censentur à substitutio repetita, quanq̃ id non exprimat. **VI**. Exactio alimentorum presentium aut futurorum, ut est fauorabilior: ita processus habet minus implicitos, & multo cæteris breuiores. l. Si quis à liberis. §. Si uel parens. ff. De lib. agnosce. **VII**. In causa alimentorum, non admittitur appellatio. **VIII**. Compensatio in hac causa plerunque cessat. **IX**. Alimenta sine autoritate Iudicis, non remittuntur pactis. **X**. Causa alimentorum, etiam tempore feruato tractari potest apud Iudicem.

DE IURE REUOCANDI DOMUM.



Legatis, siue à principe, siue ab aliqua Ciuitate missis: Itē his, qui testimoniū causa uocati sunt: uel qui iudicandi causa in prouinciam destinati sunt: in summa omnibus r̃s, qui ob aliam causam uenerint, datur Ius reuocandi domum, hoc est, possunt petere, ut causa ob quam alibi cōueniuntur, remittatur domum, & ad locum in quo domicilium habent. l. ij. §. Legatis. ff. De iudici. c. ulti. De for. competen. Sed hoc in legatis specialius, quam in alijs obseruatur: quòd Legati etiam si in loco legationis contraxerint, si modo ante legationem id factum sit, non tamen ibi conueniri possunt, quin habeant ius reuocandi domum. In cæteris uerò ob aliam causam aduenientibus, diuersum est. Nam possunt ibi conueniri propter contractū suum. d. §. Legatis.

Et si quis dicat: hoc priuilegium nihil tribuere legatis aut alijs aduenientibus: quoniam Iure communi quoque actor sequitur forum rei, & nemo apud non suum Iudicem, conueniri debet. Respondeo: quòd Bar. & alijs Doctores rectē intelligunt dictum. §. Legatis. quando huiusmodi personæ propter aliam causam aduenientes, conueniuntur in eo loco, in quo utique ordinarius eorum Iudex est generalis: nam tunc possunt reuocare domum, & petere remitti causam ad specialem ordinarium Iudicem. Generales autem Iudices, fuerunt olim præsides: hodie sunt Principes prouinciarum. Nouell. Vt omnes obedi. Iudici prouincia. §. ij. Concessum enim est ex æquitate quadam legatis ac omnibus ob aliam causam uenientibus, ut possint uti iure reuocandi domum. Et hoc priuilegium est descriptum inter communes Leges, non uni soli, sed omnibus huiusmodi personis datum.

Hoc autem Ius reuocandi domum, duobus modis amplificatur.

I Quia quemadmodum legati, testes, appellantes, & cæteri ob aliam causam uenientes, conueniri non possunt, ne impediatur eorum negocia propter quæ uenerunt: Ita multò minus possunt represaliarū (ut dicimus) autoritate detineri. Bar. in. d. §. Legatis. Represaliæ autem sunt, quando Princeps aut Ciuitas concedit Ius detinendi personas, aut res alterius: ideo, quòd Ius suum impetrator adsequi non possit, ut declarat Bart. in tractatu quē de represalijs scripsit.

II Habet etiam hoc priuilegium locum in peregrinis ad pia loca proficiscentibus. Nam nec ipsi conueniri aut detineri possunt, dicente Bar. in loco prædicto. Et meritò. Cum enim Lex dicat: Qui alterius negocij causa uenerat, nihil distinguens: possumus Iure de omni probabili & pio negocio, exempla ponere.

Et si dicas: Non licet extendere priuilegium & Ius strictum. Respondeo: Vtique licet propter eandem rationem quandoque porrigere priuilegia ad similes casus, si aliud non obstat, argu. l. Si stipulatus fuero per te. ff. De uerbo. obligatio. Nam stipulatio, stricti Iuris est, & quicquid nõ exprimitur uerbis, habet pro omisso. l. Quicquid astringedæ, in prin. ff. eo. tit.

Gg Extenditur

Extenditur tamen nonnunquam ad personam uerbis non comprehensam. Bal. constit. CCCXCI. Incipi. Concessus fuit saluus conductus. Iam uideamus exceptiones aliquot.

I Quando legati perfecta legatione aliquādiu subsistunt; uique conueniri possunt. d. l. ij. §. Legatis. Quod si est in legatis, multo magis idem iuris erit in alijs; puta testibus, appellan-
tibus, & cæteris,

II Si legati tempore legationis contraxerint, cenē conueniendi sunt, nec habent ius reuo-
candi domum; ne detur eis contra omnem æquitatem potestas, sub hac specie res alienas
domum auferendi. l. Si legationis. ff. De iudic. Sin autem ante legationem ibi contraxerint,
habent hoc ius soli legati, non etiam alijs, ut superius docuimus.

III Legati ex delictis in legatione commissis, coguntur iudicium pati, siue ipsi deliquē-
rint, siue serui eorum. Et hoc in cæteris quoque ob aliam causam uenientibus, respondendū
est. l. Non aliās. §. Legati. ff. De iudic.

III Non habet locum hoc priuilegium in causis arduis, & actionibus tempore peritu-
ris, & propterea magnam celeritatem desiderantibus. Nam hoc ius reuocandi domum, per
quod differtur iudicium, oportet procedere sine temporali damno creditoris. l. ij. §. Sed u-
trum, in fi. ff. De iudic. Est argu. in. l. ulti. ad fi. ff. De feri. Quoties enim res urget: cogendi su-
mus ad Prætores uenire. Accedit. c. Oblatz nobis, in fi. De appellat.

Obseruandum quoque est diligenter: quod Iudex nō statim allegato priuilegio, cedere de-
bet: si forē aduersarius neget locum habere ullum priuilegium: sed cognoscere prius sum-
matim, an competat, hoc est, utrum conuentus sit talis, qui hoc iure reuocandi domum uti
possit. Quod si intelligat priuilegiatum esse: tunc iubere debet reū conuentum, præstare cau-
tionem Iudicio sisti in eo loco ad quem reuocat, ac statuere diem in quem promittat. Nam
cautio nuda, hic intelligenda est & sola promissio: non etiam satisfactio, ne sub difficultate in
ueniendorum fideiussorum, compellantur iudicium accipere, & sic contra mentem Iuris fi-
at. d. l. ij. §. Sed & si dubitetur. ff. De iudic.

D E P R I V I L E G I I S M I S E R A B I L I V M P E R S O N A R V M.



VT dubitationi primum, quænam miserales personæ sint, satisfaciamus: mi-
nime ignorandum hoc loco, ex sententia Bartoli in. l. j. C. Quan. Impe. int. pu-
pil. & uidu. miserales haud dubie esse, pupillos, uiduas, ægrotos: nimirum
quia ab Imperatore nominatim recensentur. Cæterum, quæ personæ his debe-
ant censerī similes, dicit relinqui arbitrio Iudicis. Ita enim uult intelligi Barto-

Ius. Nam de illis quas Imperator definit, nō posset Iudex aliter arbitrarī, quàm quod sint
miserales: sed de non expressis in Iure, succedit arbitrium Iudicis, ut declaratur in. c. Ex te-
nore, De for. competen. Pupillus autem dicitur, qui cum impubes est, desit in potestate pa-
tris esse, aut morte, aut emancipatione. l. Pupillus, in prin. ff. De uerbo. significa. Vidua, di-
citur cuius maritus est mortuus, uel etiam quæ nunquam nupsit. l. Malum. §. Vidua. ff. eod.
tit. Aegroti denique, quorum hic fit mentio, accipiuntur, qui morbo graui sunt adfecti, pro-
pter quē cuiuslibet rei agēdæ sunt impares. l. ij. §. Si quis in iudicio. ff. Si quis cautioni. l. Mor-
bus. ff. De uerbo. significati.

Iam uerd cum Christianæ ac naturali pietati conuenientissimum sit, subuenire his qui mi-
seria quadam ætatis, sexus, uel infirmitatis oppressi sunt, & cuiuslibet potentiam facile per-
horrescunt, quales sunt pupilli, uiduæ, ægroti, ac cæteræ personæ miserales: Optimo Iure
Imperator concessit eis immunitatem: ne quouis pacto extra prouinciam in qua degunt, in
ius trahantur. At cōtrā: huiusmodi personæ miserales possunt alios apud principem con-
uenire. l. j. C. Quan. Impe. int. pupil. & uidu. De Iure quoque Pontificio, si Iudices Ciuiles fue-
rint negligentes, defensio miserabiliū personarum spectat ad Ecclesiam. c. Ex tenore,
De for. competen. c. Ex quibusdam, in fi. De uerborum significationibus.

Vt autem

Vt autem uim huius beneficij agnoscas : quærendum erit, quid tribuat hoc priuilegium miserabilibus personis: Videtur enim communi iure omnibus concessum esse, ne quis trahatur in Ius extra prouinciam suam, ordinario Iudice præterito: Imò si quis id præsumpserit, punitus remittitur ad Iudicem suum, qui nunquam requisitus, Iustitiam ei non denegauerat. Nouell. Vt differen. Iudi. §. j. Et. §. Si quis uerò æstimans, Et Nouell. De manda. prin. §. Sit tibi quoque, in fin. c. Statutum. §. Cum uerò, De rescript. li. VI. Vnde sciendum est: quòd hoc priuilegium multa præstat miserabilibus personis.

I Iure communi, si Iudex ordinarius est negligens, recurritur ad principem, & apud eum aduersarius conueniri potest. Sed miserabiles personæ non alibi, quam in sua prouincia conueniri possunt, etiam si Iudices ordinarij non administrant Iustitiam aduersarijs. Nam tunc Imperator debet huiusmodi causam alijs delegare intra eandem prouinciam, ut omnibus modis non aliò trahantur. Bar. in .l. j. C. Quan. Imper. inter pupil. & uidu.

II Si princeps ad preces alicuius rescripserit, prouinciales ad alium Iudicem posse trahi: his uerbis non comprehenduntur personæ miserabiles: nisi fortè de conditione huiusmodi personarum expressa fiat metio in rescripto .c. Significantibus, De offici. delegat.

III Quamquam Iure communi oporteat alios per uiam exceptionis uel appellationis, ad principem uel ad alium superiorem Iudicem confugere. l. Nemo. C. De iurisd. omni. iudi. Miserabiles tamen personæ per supplicationem nudam possunt accedere.

Hæc tria qui bene perpendat, fatebitur hoc priuilegiū nō esse sine magno effectu. In Iure quoque Canonico locus est insignis in .c. j. ij. & .ij. LXXXVII. distincti. Vbi præterea probatur: Iure diuino etiam uiduas, pupillos, ac alias miserabiles personas ab Ecclesia defendendas esse.

Non est etiam prætermittendum illud, an huic priuilegio possit renūciari? Nam Doctores secundum Accursium in .d. l. j. existimant non posse renunciari beneficijs, quæ ob pietatem conceduntur, non ad meritum alicuius. Quia in re quia naturæ accedunt, non possunt erare, Estote misericordes.

D E P R I V I L E G I I S C R E D I T O R V M .

I



Pupilli præferuntur cæteris creditoribus in bonis, non solum ueri tutoris, sed etiam eius qui pro tutore gessit. l. Dabimusq. §. Si quis cum tutor. ff. De priuilegi. credito. Exempli gratia: Titius cum esset tutor Caij pupilli uel cum nō esset, asserens tamen se tutorem, gessit negocia eius male. Vnde fit debitor eiusdem pupilli. Deinde Caius ille factus pubes, agit contra Titium quondam tutorem suum, de damnis illatis. Iam sunt & alij creditores, quibus est obnoxius Titius: & bona distrahenda non sufficiunt: quis igitur præferetur? Respondeo, pupillum quondam, esse præferendum, ut damnum malæ administrationis rependatur.

D E P R I V I L E G I O M V L I E R I S F I D E I V B E N T I S .



Vre communi introductum est, ut pro eo qui obligatur quomodocunque, naturaliter aut Ciuilitè, possint alij quoque obligari: Scilicet, dum curant homines ut diligentius sibi cautum sit. Hos dicimus fideiussores, quasi iubentes uel suam fidem esse sequendam, si fortè debitor nō nihil creditori sit suspectus. Viderunt enim optimi Legislatores, quàm sæpè & nequiter imponeretur creditoribus, ut uix ullus esset contractuum usus sine hoc fideiubendi Iure. Instit. De fideiussori. in princi. §. j. & .ij. l. j. & .ij. ff. cod. tit.

Tametsi ergo æquum & iustum sit ut is qui sic fidem suam pro altero astrinxerit, liberet eam & soluat: tamen in hoc facti genere, circumstantiæ quædam diligenter perpendendæ, & ad Ius naturæ sunt exigendæ.

Et primum (ut hinc ordiamur) sexus muliebris rationē habere oportuit, quoniā fragilis

Gg. 2 admodū

admodum est, & plerunque incautus. Qua de re Senatusconsultum factum est. Vlpianus in l. i. ff. Ad Senatusconsultum Velleia. Velleiano (inquit) Senatusconsulto, plenissime comprehensum est, ne pro ullo, fœminę intercederent. Nam sicut moribus, Ciuilia officia adępta sunt fœminis, & pleraque ipso Iure non ualent: Ita multo magis eis adimendum fuit id officium, in quo nō sola opera nudūq; ministerium earum uersaretur: uerū etiā periculū rei familiaris.

Imò, & si non ipsa fideiussert, sed fideiussori, ut promitteret pro aliquo, mandauerit, habet hoc beneficium excipiendi. Vlpianus in l. Si fideiussores pro defensore. ff. Ad Senatusconsultum Velleia. l. Si uxor. C. eod. tit.

Quod tamen intellige, si creditor qui intercessorem accepit, sciuerit hoc fieri rogatu mulieris. Nam si ignorauerit: aduersus exceptionem intercessoris, replicabit de dolo. d. l. Si fideiussores, ad fi. Et. l. ulti. §. Si mulier. ff. eod. tit.

Præterea non est ignorandum: quod non solum mulieri, uerum etiam hæredibus eius cōpetit hæc defensio. l. Hæc actiones. ff. eod. tit. Et est ratio. Quia habet rei persecutionem. l. Hæredes quoque. C. eod. tit. Et interdum mulier non modo exceptionem habet, sed etiam actionem. Veluti, quando ex intercessione soluerit pecuniam, uel debitorem suum delegauerit. His enim casibus conditione uti potest. l. Quamuis. §. Interdum. ff. dict. tit.

Denique nec hoc ignorandum: quod beneficium istud hodie non semper est necessariū. Nam si mulier pro alio intercedat, uel aliter se obligare uelit, oportet publicum instrumentum scribi, & tribus testibus subscribi, alioqui nihil ualet ipso Iure quod agitur, & sic non est opus per exceptionem elidere intensionem petentis. Sed si hac forma non obseruata, mulier promittat: obligatur quidem, sed tuta est ista exceptione Senatusconsulti Velleiani. l. Antiquæ. §. Ne autem. C. eod. tit. Vnde uides, hoc Ius singulare, nunc quoque nō carere multis effectibus.

Videamus proinde species factorum, in quibus cesset hoc Senatusconsultū & eius defensio.

I Mulier intercedēs pro pecunia ob libertatem danda, meritò non iuuatur, propter fauorem libertatis. l. Veterum. C. Ad Senatusconsultum Velleia.

II Eadem ratione fauoris, mulier intercedens pro dote, non defenditur: si modo secundum formam superius dictam promiserit. l. Si dotare. C. eod. tit. Vbi Bart. tractat.

III Si mulier pro intercessione sua acceperit aliquid loco precij, tenebitur cum effectu. l. Antiquæ, in princ. C. eod. tit.

III Dolus malus excludit mulierem ab hac exceptione: si cum sciret se posse defendi, intercesserit nihilominus animo decipiendi. l. Si decipiendi, in princ. ff. eod. tit. Infirmitas em̄ fœminarum, non calliditas, auxilium habet. l. ij. §. Verba itaque. ff. eod. tit.

V Si mulier perfectę ætatis post biennium à tempore intercessionis suę numerandum, iterum intercesserit, aut aliam cautionem exposuerit: postea non iuuabitur: cum interim satis deliberare poterat. Nam repetita cautione, non tam pro alio uidetur intercedere, quàm suam causam agere. l. Si mulier. C. eod. tit. Quid ergo si intra biennium repetierit intercessionem mulieris? Certè hæc repetitio, ueluti immatura, adnumerabitur primæ facilitati. d. l. Si mulier.

VI Non iuuatur mulier, quæ in rem propriam intercessit: Veluti si emat hæreditatem, in qua est æs alienum quod in se transcribit, hoc est, promittat alicui pro creditoribus hæreditarijs, qui id debent quod promittit. Hic enim nullum eius detrimentum uertitur. Idem est, si pro suo fideiussore ipsa uicissim fideiubeat. l. Aliquando, in princ. ff. eod. tit.

VII Si mulier successerit illi pro quo intercessit, meritò non opponit exceptionem. l. Quamuis. §. Si mulieri. ff. dict. tit.

Quando

VIII Quando mulier pro alio non intercedit, sed pro se contrahit, cessat hoc beneficiū .l. Si aduersarius, in prin. C. eod. tit. Ratio est. Quia alioqui nemo cum mulieribus contraheret, ut superius de filio familiās dictum est. Et hanc rationem considerat Iurisconsultus in .l. Si mulier tanquam in usus .ff. eod. tit. Quod tamen intellige, nisi fraus legi fiat. Vt si cum esse tecum contracturus, mulier interuenerit: ut res colorem haberet, quasi cum ipsa contraherē. Nam pœna huius imposturæ reuera hoc casu uidetur intercessisse, & iuuatur per exceptionem .l. Quamuis. §. Si cum essem .ff. eod. tit.

IX Si mulier acceperit pecuniam in suos usus, eamq; postea aliq; dederit: quanquam animum intercedendi ab initio habuerit: non tamen per hanc exceptionem defenditur. Quia creditor uerisimiliter ignorare potuit, quid esset actura mulier cum pecunia. Vnde generaliter hæc exceptio tunc locum habet: cum creditor sciuerit, uel scire debuerit, mulierē pro alio intercedere. Nam imputet sibi, qui contra mentem Senatusconsulti admisit eam ad intercessionem. .l. Si mulier tanquam in usus, cum .l. seq. Et. l. Sed si ego, in. fi. ff. Ad Senatuscō. Vellei. l. j. Et .l. Si sœnebris. C. Eod. tit.

X Quando mulier sine intercessione pro alio soluit, non defenditur: quoniam Senatusconsultum pertinet solum ad intercessionem: coniectura scilicet facta, quod mulieres tam facili ter soluant quam intercedant. .l. Quamuis. C. Ad Senatuscon. Vellei. l. Quamuis. §. Plañe mulier. Iuncta. l. Sed si ego, in. fi. C. eod. tit.

XI Quando mulieri soluta est pecunia ab eo pro quo intercessit, frustra opponit exceptionem. .l. Si mulier contra Senatusconsultum, in. princi. ff. dict. tit.

Videndum autem est, an mulier Iure possit renunciare huic beneficio.

Hæc res uariè tractatur à Doctoribus, quibusdam existimantibus, fauori pro muliere inducto, posse renunciari. .l. Si quis in cōscribendo. C. De pact. Alijs uerò contrā sentientibus. Sed uerius est: Iure non posse renunciari huic exceptioni, quanquam consuetudo renunciationem admittat: ut probat Bar. in .l. ulti. §. ulti. ff. eod. tit. Ratio est. Quia Senatusconsultum principaliter respexit fragilitatem mulierum. .l. n. §. Verba itaque. ff. Ad senatuscon. Vellei. Iam si posset renunciare huic exceptioni, magis per fragilitatem læderetur ad renunciandū, & proinde nulla esset exceptionis utilitas futura. Porro, si mulieres sunt faciles ad intercedendum, quanto faciliores erunt ad renunciandum fauori suo: argumēto minoris xxv. annis. l. Interdum, in. prin. ff. De minor. Nec posset quispiam negare similitudinē minoris & mulieris, quia potest probari, quod mulier in casu nouandi debiti utitur exceptione, qua minor uti non potest, ut sic quodammodo maior ratio uideat in muliere, quam in minore. .l. Do-li mali, in. princi. ff. De nouationi.

Quare dicendum est: mulierem regulariter Iure non posse beneficio seu exceptioni Senatusconsulti Velleiani, quod publica quadam prouidentia factum est renunciare, argu. c. Si diligenti, in. prin. De for. competen.

Excipe tamen has circunstantias.

I Quādo mulier in iudicio renūciat huic exceptioni .l. ulti. §. Si mulier pro eo .ff. eod. tit.

II Si renunciat Iuris autoritate, Quod tunc fit, cum mater aut auia susceptura officium tutelæ iuxta nouam Constitutionem, renūciat priuilegijs sibi competentibus. Nouell. De hæredi, ab intesta. §. Ex his.

III Si post bicennium per renouationem contractus renūciauerit mulier, cessat exceptio. .l. Si mulier perfectæ ætatis. C. eod. tit.

IIII Cum mulier mediante iuramento renūciat, minime iuuatur. c. Cum contingat. De iure iuran. Bar. in. l. Sciendum .ff. De uerbo. obligatio. Et quidem in prædictis speciebus renūciandi (excepto iuramento) oportet mulierem ante renunciationem admoneri, & in-

Gg 3 strui de

strui de privilegio Velleiani Senatusconsulti, ut sciat sibi competere: aliàs non valeret renunciatio .l. Mater .ff. De inoffi. testamen.

Quid ergo si Notarius ipse nesciat quid sit hoc beneficium, sequutus tamen communem formam renunciandi, scripserit mulierem fuisse diligenter instructam de beneficio Velleiani? Albericus de Rosate non indoctus interpret Juris in .l. ulti. §. Si mulier pro eo. ff. eod. tit. existimat: Si Iudex, interrogato Notario, deprehenderit inscitiam eius, non valere mulieris renunciationem sine iuramento factam. Quomodo enim potuit admonere mulierem, qui ipse quid sit, nesciat? Res ergo ipsa necessario ostendit, hunc Notarium scripsisse falsum. Accedit Friderici de Senis Consi. CXCI. incipiens, Quæritur, an domina Margareta. Ego puto sententiam Alberici verissimam esse, & multos Notarios (ut dicimus) errare: quòd plerumquæ multa in instrumento complectantur, quæ contrahentes nunquã intellexerunt, & fortassis, si tempore contractus admoniti fuissent, nõ annuissent. Nihil ad rē est: quòd Raphaël Fulgosius in .d. l. ulti. hic reclamatur, dicens: Ius quæsitum parti non esse retractandum. Quid enim Juris potuit quæri contrahentibus ex renunciatione mulieris, quæ non intellexit Ius cui renuntiavit? Quanquam enim interrogaretur fortè an renūciaret Velleiano: non tamen unquam didicit quid esset Velleianum. Quare necessariū est, ut aut Notarius, aut alius quipiam mulierem ante renūciationē diligēter instruat de effectu atque uiribus huius beneficii.

Et ut dubitatio prædicta de Notario cesset, an sciuerit uel ignorauerit, quid sit Velleianum consultum erit, summam adijcere instrumento effectum Senatusconsulti Velleiani. Cepolla, cautela CXCV. incipiente, Notarius scripsit. Tametsi enim multas non admodum probas cautelas is ædiderit: hæc tamen non potest rejici.

Denique non est ignorandum: quòd etiam si ponamus consuetudinem quæ renunciationes Velleiani passim admittit, Iure ualere: non tamen per hanc renunciationem excluderet mulier à beneficio. .l. Antiquæ .C. Ad Senatuscon. Velleia. per quam ipso Iure non obligat nisi promiserit secundum formam illius Legis. Quod meo iudicio non est contemnendum. Videmus enim quàm leuiter procedatur ad renunciationes Juris singularis, quod tamē grauiissima ratione introductum fuit: quamque nullum scribatur instrumentum, quin plenum sit renunciationibus, etiam si nunquam factæ sint. Et cum quendam ante aliquot

annos Tabellionem interrogarem, cur scripsisset renunciationem, cuius nulla fuisset facta mentio: quia (inquit) sic habet formulare

Notariorum. Adeo plerique homines sunt insulsi.

Salua sit semper bonorum uirorum
æstimatio.

DE SEN

F I N I S.

DE SENTENTIA

ET RE IUDICATA



EXPEDIAMVS paucis significationem tituli. Sententia, aliàs accipitur pro eo, quod uerba sonant: ut, cum dicimus, Vlpianum respondisse in hæc sententiam. Aliàs pro lumine orationis, hoc est, pro clausula, quæ breuiter infigne aliquid ostēdat: Vt, obsequium amicos: ueritas odium parit. Aliàs, pro animi credulitate, quam quis opinione sua concipit: Vt, M. Portius Cato rogatus olim sententiã, oratione longa occupauit tempus. Aliàs deniq; sententia, iudicialis pronuntiatio appellat, cum ex Lege, uel ex æquo & bono iudicatur. Tum enim Iudex sancit, declarat, quid Ius uelit, animi quadam censura, secundum facti qualitatem. Et eo modo accipitur hic sententia. Quò pertinet, quod Paulus, ff. De arbit. Sententiam (inquit) dicere æstimatur is, qui ea mente id pronuntiat, ut secundum hoc discedere eos, qui litigant, à tota controuersia uelit.

Itaq; Iurisperiti sententiam nuncupant rem iudicatam, ab effectu seu fine. Quorsum enī pertinet sententia iudicialis? Certè ad hoc, ut res controuersa per eam iudicetur. Quorsum rursus res iudicata? Ad pacem & tranquillitatem, sine qua periclitatur Respublica.

Est ne igitur differentia inter sententiam & rem iudicatam? Bartolus, reiecto Accursij cōmento, dicit: sententiam esse actum seu formulam iudicandi: rem uero iudicatã esse eã, in quã tale iudicium exercetur. Vnde sunt duo tituli distincti. De senten. & interlocu. omni. iudic. Et de re iudic. Sæpe tamen promiscuè alterum accipitur pro altero.

QUOTVPLEX SIT SENTENTIA.



Sententia autem Iudicialis, de qua nunc loquimur, est duplex: Videlicet, diffinitiuua, & interlocutoria. Diffinitiuua sententia suores iudicata est, quæ finem controuersiarum pronuntiatione Iudicis accipit: quòd uel condemnatione, uel absolutione contingit: auctore Modestino in. l. j. ff. De re iudicat.

An autem intra decem dies dicatur res iudicata, Doctores nimis curiose disputant. Nam dubius ille reuocandi iudicij euētus, nō mutat generaliter nomē sententiæ. Et certè respecto officio Iudicis, q̄ semel pronuntians fungitur, semper finē accipit cōtrouersia post sententiã.

Interlocutoria autem sententia dicitur, quæ inter principium & finem causæ, super incidentibus quæstionibus fertur: ueluti, de libello exhibendo, uel corrigendo: de dilatione danda, uel deneganda: aut similibus. c. Significatib. De officio delegat. c. Significauerūt. De testi.

Hæc rursus est duplex. Nam quædam interlocutio fit super emergentibus quæstionibus, quæ ordinē iudicariū respiciunt, ut in exemplis prædictis. Quædam uero super emergentibus quæstionibus fertur, quæ causam principalem contingunt. Et hæc interlocutio habet uim diffinitiuæ sententiæ: respectu quæstionis, cuius controuersiam determinat: ut tractatur in. l. Si quis iurandum. C. De iureiuran. Bartolus in. l. Titia. ff. De accusatio. l. Si postulauit. §. Iubet. ff. Ad leg. Iuli. de adulteri.

DE REMEDIIS ADVERSUS INIQUAM SENTENTIAM IUDICIS.



Valdè necessarium erat, multis remedijs subuenire subditis, aduersus iniquam sententiam Magistratum: nè premeretur innocentia, & tandem grauaminibus ad intolerabilem iniuriam productis, accideret passim contemptus, & rerum omnium confusio. Et propterea, si perpēdas totius Iuris Diuini & humani sanctiones: semper obseruatur æqualis quædam inter Magistratus & subditos relatio. Omnes subditi obtemperare debent Magistratibus. Et ex diuerso, Magistratus honesta semper debent præcipere. Sicut enim Magistratum est, rectè imperare: Ita subditorum est, humiliter obsequi. Parentum & liberorum exempla utriq; uersare debent ob oculos.

Gg 4 Itaq;

Iraq; ut huius relationis, cum multa sint introducta aduersus contumaciã subditorũ coercedi remedia, ut suo loco diximus: Vicissim certè oportebat subditos tueri aduersus inuolentiam Magistratuum. Nullum quippe hominũ genus est, quod non egeat cõpetente mendela: quoniã omnis homo mendax.

PRIMUM REMEDIUM EST appellatio: Eam autem Bartolus sic diffinit. Appellatio, est ius, per quod prima sententia tantisper extinguitur, donec de causæ cognitione ad superiorem Iudicem deuoluta, pronunciatum fuerit. l. i. ff. De appellatio. Quæ uerba sic accipe. Appellatio, scilicet à diffinitiuã sententiã, de qua loquitur tit. ff. & C. De appellatio. quanquã alias quoque species appellationis, de quibus paulo inferius dicitur, ex hac diffinitione poteris cognoscere. Præterea, appellatio nonnunquã à Iureconsultis dicitur prouocatio. Nam aduersus iniquitatem uel imperitiã inferiorum Iudicum, appellamus & prouocamus superiores Magistratus. d. l. j. In princip. lunct. §. Si quis.

Vnde apparet, errare interpretes, qui appellatũ uocant, appellatũ aduersariũ, hoc est, cũ, aduersus quem appellatum est; cũ appellatus, sit Iudex superior, quem appellat quis pro innocentia sua, nominatim proponit, insinuat, melius de Iure suo cogniturum.

Est Ius) Hoc prõbat Iurisconsultus in. d. l. j. §. Quæsitum, Est enim quæsitum (inquit) an appellandi ius supersit? Sed quale ius est? an actio, uel exceptio, aut officium iudicis? Doctores hic sine fructu se torquent. Bart. rectè intelligit, quod dã esse ius speciale ad extinguendã iudiciorum iniquitatem in uniuersum, ut sequitur.

Per quod prima sententiã extinguitur.) Ecce, effectus appellationis. Quia prouocationis remedio, condemnationis extinguitur pronunciatum, dicit Iurisconsultus in. l. j. in fi. ff. Ad senat. Turpili. Et nisi sic extingueret, ualere sententiã, cum in ea nõ appareat expressa iniquitas. Porro per hoc discernit appellatio ab alligatiõne inualiditatis. Nam sententiã quæ in ipsa uerborum structura continet iniquitatem, ea & sine appellatione nihil ualet, ut infra latius dicitur. Sed quoniam sententiæ plerumque sic feruntur, ut nullam intelligas iniquitatem, nisi eas ad totam causæ seriem exigas (quod uocant contra ius litigatoris pronunciare) certè ad extinguendũ has sententiã, oportebat auxiliũ appellationis constituere. Cæterum, ista extinctio dubiũ habet exitum: ideo declarandũ hoc fuit sequentibus uerbis.

Tantisper extinguit donec de causæ cognitione ad superiorẽ iudicem deuoluta, pronunciatum fuerit. Euentus enim pronunciationis qua superior iudex declarare solet, an bene uel male sit appellatũ, docebit qualis censerì debeat extinctio, hoc est, quas uires prima sententiã sit habitura. Interim huius extinctionis potissimus effectus est, ne appellatione interposita quicquid nouetur, utque nouatum careat uiribus. ff. Nihil. no. appella. interpo. c. Non solum. De appella. li. vi.

Et in hoc distat appellatio à restitutione & à supplicandi formula: quorum neutrum impedit executionẽ sententiæ. Item, excludit per hanc clausulã nouatio, quæ potest quidem extinguere pronunciatum uoluntate eorum quorum interest: sed causam nõ producit ad cognitionem superioris iudicis.

Appellatio autem est triplex: Videlicet, Quædam à sententiã diffinitiuã, de qua tractatur ff. Et. C. De appellation. Quædam ab interlocutoria sententiã, quam require in. l. ij. ff. De appellatio. recipi. uel non. Quædam denique ab actibus extraiudicialibus, cuius fit mentio in. l. j. §. Solent. ff. Quan. appellan. sit.

SECUNDUM REMEDIUM contra iniquam sententiã Iudicis est, restitutio in integrum: per quam rescissa priore sententiã, cõdemnatus reponitur in pristinum statum. Ea possumus uti contra sententiã, quæ communi quidem Iure ualent, nec ab eis est appellatum: & tamen in speciem æquum uidetur ut rescindatur, ex causa quæ subest, puta, minoris ætatis, uel legitime absentis (loquor autem de minore defenso). l. Cum & minores. C. Si aduer. rem iudica. Irè de absente causa Reipublicæ non legitime defenso. l. Is qui Reip. ff. Ex qui. caus. maio.

Restitutionẽ autem oportet apud Iudicem petere intra quadriennium. l. ult. C. De tempor. in integ. restit. De qua plura scripsi in libro Iuris singularis. Executio autem sententiæ, per hoc remedium non impeditur, ut probat Doctores in. d. Auct. Quæ supplicatio. C. De preci. Impe. offerend.

TERTIAM REMEDIUM EST supplicatio: non per omnia dissimilis appellationi, necessaria nonnunquam litigatoribus. Nam appellatio est ordinarium remedium aduersus sententiam cuiuslibet Iudicis: præterquam Principis, senatus, & præfecti prætorio. l. j. ff. De officio præfecti prætorio. l. j. C. De sententia præfecti prætorio. Nos uti possumus exemplis maximorum Magistratum qui hodie loco Senatus & Præfecti prætorio Romani sunt, respecta dignitate. Ne ergo hic deesset læsus remedium, admissa est supplicatio, cuius meminit Imperator, tractans, apud quem, intra quæ tempora, quo ordine porrigenda sit, & quos habeat effectus, in. l. Si quis aduersus. Et Auct. Quæ supplicatio. C. De precibus. Impe. offeren.

In primis enim supplicatio est offerenda apud eundem iudicem qui sententiam dedit. Et hoc expeditum est. Cæterum quando tam magni Magistratus non semper copiam sui faciunt priuatis litigatoribus, rectè permittitur & apud consiliarios eorum uel referendarios (ut uocant) supplicationem offerre: non ut cognoscant, an sit retractanda huiusmodi sententia, uel non. l. Minor autem Magistratu in principi. ff. De minori. sed ut porrectam sibi schedam supplicem ad prædictos Iudices referant.

Præterea hanc supplicationem intra decem dies exhibere oportet, uel intra biennium: diuersis tamen effectibus, ut paulo inferius dicitur.

Rursus ordo supplicandi requirit: ut preces ex scripto porrigantur, ad instar appellationis, Gloss. in. d. Auct. Quæ supplicatio, Quod uerum est, cum ex interuallo supplicatur, sed eodem die quo sententia lata est, permittitur uictor uiua uoce supplicare, ut in appellatione constituitur. l. j. in fi. Et. l. seq. ff. De appellatione.

Effectus denique supplicationis sunt diuersi. Nam primùm, ubi intra decem dies supplicatum fuerit, sententia lata non antea mandatur executioni, quam uictor per idoneos fideiussores caueat, tantum se restitutum quantum completitur condemnatio, si retractanda fuerit sententia, Et hunc uocant effectum satisfactionis. Deinde, cognita causa ubi legitimè apparuerit grauamen, retractabitur sententia, & supplicator denuo ad principale negotium admittetur. Hic est effectus retractationis propter quem est inuenta supplicatio in hac materia iudiciali. Sin autem post decem dies offeratur supplicatio, cessat prior effectus, hoc est, cautio non præstatur. Cæterum posterior manet, nempe, ut sententia retractetur legitimo grauamine probato. Et hoc casu non ei qui sententiam dedit, sed soli principi supplicandum est, ut probat. d. Auct. Quæ supplicatio in fi.

Quo magis autem intelligas naturam supplicationis, notandæ sunt quinque differentiæ inter appellationem & prouocationem.

Primam tradit Iurisconsultus in. l. Præfecti. ff. De minori. Quia (inquit) appellatio quidem iniquitatis sententiæ querelam, in integrum restitutio uero erroris proprii ueniam petitionem, uel aduersarij circumuentionis allegationem continet. Quasi dicat: appellans, ius suum persequitur: petens restitutionem, misericordiam magis implorat. Supplicatio autem est species restitutionis in integrum. Ergo, quod dictum est de restitutione, id oportet quoque intelligi de supplicatione.

Secunda differentia sequitur ex priore. Nam appellatio trahit causam ad superiorem Iudicem: supplicatio autem ad eundem qui iudicauit. Ratio diuersitatis est. Quia appellatio præsupponit iniquitatem sententiæ, de qua eiusdem Iudicis cognitio esset suspecta: supplicatio uero misericordiam implorat, ut paulo ante dictum est: ideoque nihil prohibet, eundem Iudicem de ea cognoscere & statuere.

Tertia differentia est. Quia appellatio intra decem dies tantum potest interponi. Auct. Hodiernum. C. De appellatione: Supplicatio autem intra decem dies, & intra biennium porrigi potest, diuersis effectibus, qui tractantur in. l. j. C. De sententia præfecti prætorio.

Quarta differentia est. Nam permittitur semel atque iterum, nonnunquam & tertium appellare, ut est tit. C. Quam liceat tertio prouocari. Sed supplicare non nisi semel conceditur. d. l. Si quis aduersus.

Quinta differentia est. Appellatio suspendit executionem sententiæ, nec ea pendente quicquam inuouandum est. ff. Nil nouum appellatio pendente. Aliter est sancitum de supplicatione, quæ rei iudicatæ progressum non remoratur. Hoc enim incerta faceret omnia iudicia.

Ex his probatur regula. Quod ubi non habet locum appellatio, ibi ad supplicationis remedium peruenitur, ut notat Gloss. in. c. Ex literis. De in integrum restitutio. Quam regulam nisi sane intelligas, tota uia errabis. Porro uera est: cum propter dignitatem Magistratus specialiter interdicitur litigatoribus appellatio. Cæterum quando propter alias rationes lure communi

muni non licet appellare: tum nec licebit supplicare: nisi beneficio ætatis, aut fauore matrimonij, ut probat Innocen. secundum alios in. d. c. Ex literis. Immola in. l. Ex consensu. §. ul. ti. ff. De appellatio. Si cupias plura Doctorum testimonia, adi. Iasonem in. d. Au&. Quæ supplicatio. C. De preci. impe. offer. Is enim in recēdendis opinionibus oēm operā impendit.

Præterea lite pendente regulariter non licet apud principem supplicare, ne quid ex falsa suggestionē litigatorum, contra Ius rescribatur. C. ut lit. penden.

Excipe quatuor casus.

I Si Iudex sine causa noluerit interlocutionem suā uel acta iudiciaria litigatoribus edere.
II Si Iudex ordinarius uel delegatus faciat se suspectum: nihil prohibet supplicare Imperatori, ut iungatur ei alius ad cognitionem causæ. Est tamen hoc casu necessarium, quod Princeps reddatur certior de conditione litis & causæ: ne rescriptum ueluti surreptitium sit ipso Iure nullum. Ita colligunt Doctores cum Panormitano in. c. Coram dilecto. De officio delegat.

III Si negligens fuerit Iudex ordinarius uel delegatus in cognoscenda & diffinienda lite, aut si perfricta fronte Iustitiam plane negauerit petenti: tunc rectē supplicatur superiori ut is mandet administrationem iustitiæ. l. penulti. C. Vt lit. penden. Et. §. Super hoc autem. Nouell. Vt in medi. lit. Hoc quoq; casu in supplicatione est exprimēda cōditio causæ. Alioqui rescriptum careret uiribus, ut probatur in. c. Coram dilecto. De officio delegat. Præterea Doctores in. d. l. penulti. addunt: Quod propter negligētiā Iudicis, multò magis propter denegationem iustitiæ, causa rectē committatur alij bono & perito uiro. Quæ sententia mihi uidetur probabilis: Quoniam ad expediēdas lites pertinet, unde publica utilitas nascitur.

Deniq; magnopere admonendi sumus. Quod qui licitam appellationem omiserit, ut sic transeat sententia in rem iudicatā, is perpetuo silere debet, nec Principi supplicare potest. Si secus fecerit, desiderio suo carebit, & ignominia pœna notabitur. l. ulti. C. Vt lit. pēdent. Quo loco notant Doctores (Iasone teste) hunc supplicantē à testimonio ueluti infamē licite repelli per exceptionem, quam alioqui pauci animaduertunt. Huc pertinet. l. ulti. C. sentent. rescin. non pos. Vbi Imperator iubet eos qui talia rescripta meruerunt, limine iudiciorum expelli. Vnde rursus colligunt in. l. iij. ff. Quod quisq; iur. Et in. c. Si motu proprio. De præben. li. VI. Quod princeps nō habeat potestatem rescindendæ sententiæ quæ in rem iudicatam transuerit.

Hæc omnia nisi iterum diligentius expendas, in admirationem adeoq; errorem te perducunt. Nam si infamis est qui à sententia post decem dies supplicat, cur igit (dices) superius permittitur intra biennium supplicationem porrigi? Respondeo. l. Si quis aduersus. C. De preci. impe. offe. accipienda est quando non habet locum appellatio. Hic autem loquimur quando & appellatione uti poterat. Vnde Imperator in. d. l. ulti. Qui licitā (inquit) prouocationem omiserit.

Item si alia remedia competant uicto, non incurrit infamiam ob hoc quod eis utitur post decem dies. Quædam enim & post multos annos dantur: sicut allegatio falsitatis: uel nullitatis, aut restitutionis in integrum, ut suo loco probatum est.

Ad hæc: Si licita prouocatio alicuius nō recipiat, uel apostoli denegent: tūc potest læsus de hoc supplicare Principi, uel ei quē appellauerit. l. Ei cuius. ff. De appellatio. recip. uel nō.

Quinimo pleriq; Doctores rectē probant: quod ubi nullum superest remedium ex prædictis retrectandæ sententiæ: ibi nihilominus liceat per supplicationem adire Principem, & cōqueri de iniquitate Iudicis. Testes sunt, Angelus in. l. iij. §. ulti. ff. De dam. infect. Et Bal. in. l. ulti. C. De pœn. iudic. qui mal. iudica. Summa enim cura legislatores prouiderunt: ne prematur innocens. Eximiū sane exemplū est in. c. Tum, ex literis. De in integ. resti. Nam Innocentius olim admisit supplicationē Hilerdēsium, quos Eugenius Pontifex per iniquā sententiā enormiter læserat. Ait enim, sententiā Romanæ sedis in melius cōmutari posse, si quando uel suggestionē litigatorum uel alio lapsu à scopo iustitiæ aberratū fuerit. Id exēplo Imperatoris probat. Hac ætate multi sunt Iudices, nō admodū clari nominis, qui capitale crimen cēsent, si quis contra sententias eorū, alioqui corruptissimas, uerbum mussitet.

QUARTVM REMEDIVM EST accusatio seu querela falsi, scilicet, qd sentētia ex falsis instrumentis uel testimonijs lata fuerit. Porro, tria hic probāda sunt accusanti. I. Quod falsa fuerint

fuerint in iudiciū producta. II. Quod de illis nulla præcesserit cognitio. III. Quod iudex ex huiusmodi productis motus dederit sententiā, unde est tit. C. Si ex fals. instrumē.

Habet autem hoc remedium triplicem effectum, ut declarat Bartolus in. l. j. C. Eod. tit. Nam sententiam rescindit: executionem eius impedit: & si quid ex ea solutum fuerit, repeti potest.

Et datur huiusmodi querela ad XXX. annos sicut cæteræ accusationes. l. Querela. C. Ad leg. Corneliam de fals. l. Qui agnitis. ff. De exceptioni. c. Cum uenerabilis. Eo. tit.

Admonendi sumus, in testibus satis esse ad consequendum hoc remedium, si aduersarius probauerit testem falsum dixisse: etiam si non appareat cum pecunia corruptum. Nisi fortè imprudens aliquid in libello, uel in positionibus utrunq; coniunxerit: uidelicet, testem corruptum pecunia uel precibus, falsum dixisse. Tunc enim probandum est utrunq;. Vnde cōsultius est, absolute apud Iudicē dicere: testes deposuisse falsum, ut probat Bartolus reiectis disputationibus in. l. Falsum. C. dic. tit. allegans. c. Licet. De probatio.

QVINTVM REMEDIVM EST Ius allegandæ inualiditatis (uulgo nullitatis appellat) Id autē tunc cōpetit, cū ex causis inferius sigillatim explicandis, sententia ipso Iure nihil ualeat. Hoc durat. XXX. annis, siue agas siue excipias, ut probat Paulus Castrensis in consili. CCCXXXIX. Incipi. Ad primum respondetur, in fi. Alia quoq; sunt Doctorum testimonia in annotatione apud Bar. in. l. j. in princi. ff. De appellatio. Cæterum quo Iure, quo ordine, de inualiditate cognoscendum sit, require apud Bar. in. l. Si expressim. ff. De appellatio. Et in. l. Cum quærebatur. ff. De re iudicat.

Quocirca diligenter notandum huius remedij duplicem esse usum. Alterū, ut solum alleges sententiam ipso Iure inualidam, & præterea nihil addas, quod & tutius nonnunq; est. Nam & tempus appellandj non cedit, ante expediri causam inualiditatis. Vnde, si allegas eam succumbat: potest exinde intra decē dies appellare ab ea sententia quā nō potuit ipso Iure inualidam ostendere, modo habeat causam quæ excuset calumniā. Altero autem modo poteris hoc remedium simul cum Iure appellandi coniungere, hoc modo: Sententiam in causa tali latam dico non ualere ipso Iure: quod si quomodolibet ualere possit, appello. Hic circumspectum oportet esse litigatorem. Nam propter hanc copulationem, appellatoria tempora, à die latæ sententiæ cedunt, ut probat Iason secundum Baldum & alios Doctores in. l. maiores. C. De inofficio. testament. Adj etiam Bar. in. l. Si expressim. ff. De appel. Et in. l. C. Quan. prouoca. non est necess.

Sententia autem ipso Iure inualida, neq; nomen, neq; ullam executionem meretur. l. Si se non obtulit. §. Condemnatum. ff. De re iudicat. Condemnatum (inquit) accipere debemus eum qui rite condemnatus sit ut sententia ualeat. Cæterum si aliqua ratione sentētia nullius momenti sit, dicendum est, condemnationis uerbum non tenere. Gloss. citat multa exempla.

Videamus nunc quibus modis probare possimus sententiam nihil ualere, tametsi appellatū nou sit. Aut si fuerit appellatum, ut saltē Iudex superior ex talibus causis edictius moueatur ad reuocandam sententiam prioris instantiæ. Suadent enim Doctores, semper appellandum esse sub dubio.

SI CONTRA IUS VEL UTILITATEM PVBLICAM PRONVTIATVM FVERIT.

I

Sentētia, quæ expressam habet iniquitatem uel publicam læsionem, nulla est ipso Iure, & ideo sine appellatione quoq; causa denuo induci potest. l. Si expressim. ff. De appellati. c. j. De senten. & re iudicat. l. ulti. C. Si contra Ius uel utili. publi. Cum autem in sententia non exprimitur aliquid contra Leges: sed tamen si ad factū & causam exigat, tū apparet iniquitas: ea per appellationis remediū extinguenda est. Hoc uocant contra Ius partium pronuntiare. Exemplum habes in. l. j. §. Item: Cum contra ff. Quan. senten. sin. ap. rescin. Nam si Iudex dixerit, ætatem non præstare excusationē à tutela: contra Ius pronuntiat, & nihil agit. Sin autem in sententia negauerit, actorem de ætate sua probasse: contra Ius litigatoris pronuntiasse intelligitur. Aliud exemplum habes in. l. ij. C. Quan. prouo. non est necess.

Excipe

I Excipe primo, sententiam, quæ lata est contra leges non descriptas in corpore Iuris (ut uocant) quemadmodum etiam de statuto nondum edito dicimus. Ratio est: Nam Iudex eorum quæ in ordinarijs locis non describuntur, ignorationem, & si allegantur, dubitationem recte prætendit. c. Pastoralis, in princ. De fid. instru. Vt cum (inquit) decretalis aliqua de qua Iudex merito dubitet, allegatur. Vnde & consuetudo nõ ita manifesta, si allegetur, probanda est Iudici, dicente Bar. in. l. Ornamentorum. ff. De aur. & argen. legat.

II Cum Iudex pronuntiat contra Leges, quarum intellectus apud interpretes est uarius: tunc, quia potest uerissimiliter existimare, eas nihil pertinere ad causam, de qua iudicat: non uidetur contra Leges sententiam dicere: Ideoq; ab huiusmodi sententia appellandum est, aliqui rei iudicatæ stabitur. l. Cum prolatis. ff. De re iudica. quam Bartolus rectè sic intelligit. Hodie Doctorum otiosis altercationibus, omnes ferè Leges ad incertitudinem tractæ sunt.

III Sententiam, non contra uerba Legis, sed contra mentem quæ per interpretationem colligitur, latã, putat Baldus mero Iure ualere, & per appellationem rescindendam esse, in l. ij. C. Quand. appel. non est neces. Et hoc uocat indirecte pronuntiarum contra Legem. Innocentius in. c. ij. De offici. delegat. ferè idem sentit. Mihi uidetur istud dogma periculosum esse Reipublicæ, & secundum æquitatem falsissimũ: quia uiam aperit calumnijs. Quid enim facilius est, quàm saluis Legum uerbis, contra Leges iudicare? l. Contra Legem, cum. l. seq. ff. De Legi. Et est exemplum in. l. Nemo, ad fi. C. De assessori. Proinde ista exceptio plane est iniusta. Nam ea quæ per interpretationem sunt accepta perinde cõsentur, ac si nominatim in Legibus cauta essent, ut est tit. instit. De Legiti. patro. tutel.

III Imperatorem putant nonnulli contra Ius sententiam rectè dicere, ut Angelus in. l. ij. In princ. ff. De feri. Sed errant & hic tota uia. Nam princeps repudiat à se istam potestatiẽ. C. De Legi. Digna uox est maiestate regnantis, Legibus alligatum se principem profiteri, ad eò de autoritate Iuris, nostra pendet autoritas. Quod si unum aut alterum mihi adducas exemplum, in quo princeps indulserit alicui, aut etiam irrogauerit pœnam, per hoc nõ probatur, contra Ius facere aliquid, etiamsi contra tenorem alicuius Legis sit. Imò Ius suis partibus ita suppletur & perficitur: modo id tale fuerit quod non lædat alium, sed profitenti. l. Rescripta. C. De preci. impe: offeren. Vnde leges personales appellantur, in. §. Sed & quod princip. Verfic. Plane ex his. Instit. De iur. nat. genti. & ciuil. Falsum igitur est, simpliciter asserere, principem habere potestatem contra ius. Decet enim, tantæ maiestatis eas seruare leges, quibus ipse solutus esse uidetur, inquit Iurisconsultus in. l. Ex imperfecto. ff. De legat. iij.

SI A PRIVATO, AUT NON COMPETENTE IUDICE IUDICATVM SIT.

I I



IVM priuatus, hoc est, qui omnino nulli iurisdictioni præest, sententiã dixerit: tunc haud dubiè nihil agit. Nam & Iudex incompetens pronuntians: sententiã dat ipso Iure nullam. l. penulti. ff. De Iudici. l. ulti. ff. De iurisdic. c. At si clerici. De Iudici. l. unct. tit. C. Si à non compe. Iudic.

Priore autem casu, sententia lata ad eò nõ ualeat, ut nè quidẽ litigatores ipsi possint eã confirmare. Quia priuatorum consensus, Iudicem non facit eum, qui nulli præest Iudicio, nec quod is statuit, rei continet autoritatem, inquit Imperator in. l. Priuatorum. C. De Iuris. omn. Iudic.

Verũ est, quòd litigatores possint (si placet) parere nõ Iudicis sententiæ: sed tunc, quicquid fecerint, nõ uidentur facere autoritate sententiæ, sed ueluti ex quodam suo contractu. Et ita Doctores cum Bartolo intelligunt. l. Etiam si is. C. Comuni utri. iudici. Etiam si is (inquit) diuisioni arbitrũ dedit, cui Ius dandi licentia nõ fuit: tãtẽ socij quondam, diuisioni consensum dederint, quod quisq; eorum secundum placita possedit, pro parte socij dominium nactus est. Tractatur etiam de hoc in. c. significasti. De for. competent. Adde, quòd inter-

interdum Iudex competens, iudicare non possit. Nam, ubi ab alio concurrente Iudice iam præuentus, sententiam dederit: nihil egisse censetur, ut docent, Ioannes Andreæ, & Archidiaconus in. c. Cum plures. De officii. delegat. li. VI.

SI QVIS SE IUDICEM PVTAVERIT, CVM NON ESSET, AVT CONTRA, CVM ESSET IGNORAVÉRIT.

III

IS qui se Iudicem putat cum non est, in validam sententiam profert. Et hoc in Iudicibus delegatis frequentius accidit, nempe per falsum rescriptum plerumque deceptis. c. Super eo. De crimi. fal. Idem tamen Ius esse oportet, si quis se ordinarium Iudicem, vel perfidia simulaverit, vel errore supino crediderit. Nihil enim perniciosius, ista cōfusione & usurpatione iurisdictionis. Ex diverso quoque sententia eius, qui cum esset delegatus, ignorans hoc, iudicaverit, non valet; argu. l. Quæro. ff. De eo qui pro tutor. Quia scire quoque (inquit) se tutorem esse debet. Et Bar. ibidem docet, Porro, non est uagandū in re iudicaria, sed unusquisque suam diligenter agnoscere & curare debet.

Adde, quod si litigatores aliū pro alio Prætorē adierint, nihil ualebit quod actum est. Quod si quis causetur eos in hunc Iudicem cōsensisse, ideoque ualere iudicium. l. j. ff. De iuditi. Respōdeo: non consentire errantes. Quid enim tam contrarium est cōsensui, quā error, qui imperitiā detegit. l. Si per errorem. ff. De iurisdic. Et. l. in princip. ff. De iuditi.

SI IS, CUI IVRIS DICENDI MVNVS INTERDICTVM EST IUDICAVÉRIT.

IIII

Sunt nonnulli, qui propter defectum personæ suæ ad iudicandi munus non admittuntur: ideoque sententias in validas proferunt, ut Iuri minores XVIII. annis, præterquam si à principe certa scientia delegentur. c. Cum uigesimali. De officii. delegat. Item infames. c. Sciscitatus. De rescript. Item excommunicati publicè. c. Ad probandum. De senten. & re iudicat. Et ista exceptio, propter contagionem excommunicationis, in qualibet parte iudicij potest opposi. c. Exceptio. De exceptio. Item mulieres. l. Cum Prætor. §. Non autem omnes. ff. De Iudici. Non autem omnes (inquit) Iudices dari possunt ab his, qui Iudicis dandi Ius habent. Quidam enim lege impediuntur ne Iudices sint, quidam moribus, quidam natura, ut surdus, mutus, & perpetuo furiosus, & impubes: quia Iudicio carent. Lege impeditur, qui senatu motus est. Moribus, ut fœminæ & serui: non quia non habeant Iudicium: sed quia receptum est, ut ciuilibus non fungantur officijs.

Quod autem de mulieribus statuitur, repetendum est de ijs qui mulierum consilio utuntur. Quid enim referre putamus, mulieres ne Iuri dicendo præsent, an Iudices mulieribus pareant? Vnde Lacedæmoniorum politia improbat, quod magna ex parte muliebri imperio regerentur. Hinc tales iudices γυναῖκα κρατουμενοι, hoc est, uxorio imperio uiuentes.

SI IVDIX OB LEGITIMAM SVSPICIONIS CAVSAM RECVSANTVS, SENTENTIAM DEDERIT.

V

Im litigatores, propter legitimam causam quam se probaturos offerunt, allegauerint, Iudicem in ea causa suspectum esse, & is nihilominus antè cognitionē suspicionis pronuntiarit: tunc sententia ipso Iure non ualet. Nam una est omnium legislatorum sententia: lites sine suspitione oportere tractari. l. Apertissimi. C. De iudici. c. Suspicionis. De officii. deleg. Iunct. c. Legitima. De appellatio. lib. VI. Qua ratione Iurisconsultus dicit, obseruandum esse, ne is Iudex detur, quem altera pars nominatim petit, fortè aut sibi propitium, aut aduersario insensum. l. obseruandum est. ff.

H h De iudi

De iudici. Cuius saluberrimi iuris, nunc plerique sunt profus obliiti, dantes supplicantiibus iudices quos uoluerint, interdum etiam infantissimos. Hos cum deinde aduersaria pars alleget suspectos, ibi appellatur, reditur ad Magistratus delegantes, tempus inutiliter teritur cū facultatibus

SI QVIS IN SUA CAUSA IUDICAUERIT.

VI



Iudex, quicumque tandem is est, in proprio facto, uel uxoris, uel filiorum suorum sententiam dixerit, nihil profus agit. Nam iniquum admodum est, sibi quens ius dicere. l. j. C. Ne quis in sua cau. iudic. l. Qui iurisdictioni. ff. De iurisdic. l. Iulianus ait. ff. De iudici. Qui iurisdictioni (ingt) præest, neq; sibi ius dicere debet, neque uxori, uel liberis suis, neque libertis, uel cæteris quos secum habet.

SI A CORRUPTO IUDICE SENTENTIA DETUR.

VII



Enales sententias, quæ in mercede à corruptis iudicibus proferuntur, etiã citra interpositæ prouocatiois auxilium, iam pridem à diuis principibus, infirmas esse, decretum est. l. Venales. C. Quan. prouo. non est neces.

Nunc passim omnia ignalia, urbs quoque ipsa, si emptorem inuenerit, ut dixit ille apud Sallust.

I Excipiunt hic, nonnulli sententias receptorum arbitratorum, qui pecunia uel ambitione corrupti fuerint. Has enim quæ exceptionis infirmandas esse putant, citantes. l. Ita demū, in fi. ff. De recept. arbi. Vbi dicit, Tunc de dolo actio, uel exceptio locum habebit. Mihi uidetur, nec multum reclamante ibidem Accursio, idem de sententijs arbitratorum & iudicum in hac quæstione respondendum esse. Nemo enim debet diuinam iustitiam pro uili pecunia ablegare. Et quod iurisconsultus in. d. l. Ita demum, dat exceptionem, non eò pertinet, ut sit exceptio contra sententiam arbitri (scilicet, quia nullam actionem parit) sed aduersus actionem ex stipulatione pœnali, quæ compromisso adiecta fuit. Nihil te moueant reliquæ Baldi argutię. Sophistam enim in omnibus fere commentarijs agit.

II Nonnulli excipiunt sententiam iudicis, non pecunia, sed precibus corrupti. Nam hæc dicunt mero iure ualere, nisi per aliud remedium elidatur. Barto. huic sententiæ subscribit, in. l. Sed & per prætorem. §. Ait Prætor. ff. Ex quib. cau. maio. Tractat etiam quædam non inutilia, de corruptis aduocatis, in. l. j. C. De aduocat. diuerso. iudiciorum. Sed, nisi discrimen inter pecuniam & preces rectè percipias, erit ualdè perniciosum. Quid enim refert, quo instrumeto utaris ad delinquendum, si delictum sit idem? Qua ratione nec iurisconsultus distinguit in. l. Ita demū. ff. De recept. arbit. Et idè (inquit) si arbitrum quis corruperit uel pecunia uel ambitione. Verum itaque manet, sententiam iudicis quocunq; modo corrupti, nõ ualere ipso iure.

III Sunt qui dicant, sententiam multorum iudicum, inter quos unus fuerit corruptus cæteris, ualere. Testis est Angelus, in. d. l. Venales. Persuasum enim sibi habet, reliquos iudices ex iure pronunciaturos, sicq; hanc corruptionem unius iudicis non admodum periculosam esse. Sed utinam hæc coniectura non sæpè falleret miseros litigatores.

SI POST PEREMPTAM INSTANTIAM PRONVNTIATVM FVERIT.

VIII



Vm propter immortalitatem litium euitandam, optima ratione statutum fuit, ut omnes causæ ciuiles infra triennium à liti contestatione, terminentur: sententia post hoc tempus lata, ipso iure non ualeat. l. Properandum, in prin. C. De iudici. Barto. inibi addit rationem hanc. Nam certissimum est, sententiam sine ordine iudiciario subsistere non posse. l. Prolatam, C. De senten. & interlo.
omni.

omni.iudic.Sed post triennium perimitur instantia, & quicquid actum est. Ergo sine instantia diceretur sententia. Instantiam autem (ut hoc obiter dicamus) uocant exercitationem iudicij, à litis contestatione ad sententiam usque, uel ad ultimum diem triennij, si diutius differretur sententia

Hæc autem regula per interpretationem sic amplificatur.

I Ut habeat locum, etiamsi litigatores renunciauerint huic legitimæ instantiæ, & promiserint sese non allegaturos sententiam: ideo non ualere, quod post triennium lata fuerit. Ita probat Bartolus in. d. l. Properandum, in prin. Nullum enim pactum huic publicæ utilitati derogare oportet.

II Stipulatio pœnæ hic nihil prodesset, quando nulla pœna fiat ualidum, quod per se non ualeat. l. Scius & Angerius. ff. Ad leg. falcidiã. Quod ibidẽ Bar. notat. Antonius de Butrio in. c. penulti. ad fi. De iuditi.

Denique, nec iuramentum, contra hanc communẽ hominum utilitatem præstitũ, ullas haberet uires. c. Si diligenti. §. Manifestè. De for. competen. c. Quanto. De iureiu. l. Si quis inquilinos. §. Si quis. ff. De legat. j. xxxij. q. iij. c. Inter cætera. Porro, iuramentum (inquit Augustinus) non ob hoc fuisse institutum inuenitur, ut esset uinculum iniquitatis.

Rursus hanc regulam restringunt & limitant Doctores.

I Si utcunque triennium, citra fraudem iudicis & ligantium, fortè propter causæ difficultatem, elapsus sit: est tamen consilium quo hæc iactura sartiatur: nempe, ut ante proferendam sententiam, uno die totus processus denuo breuiter renouetur, hoc est, ut repetatur libellus, exceptiones, positiones, attestations, cæteraq; id genus, quasi eo die denuo sint producta. Doctrina est, Barto. in. d. l. properandũ, Et in. l. Mutari. ff. De procura. Memẽto omnes huiusmodi cautelas non aliter ualere, quam si omnis fraus absit differendæ litis. Si enim calumniosas dilaciones, tali prætextu uolueris redintegrare aduersario reclamãti: nihil agis.

II Tameñ tempus triennij non possit cõsensu partium prorogari (ut paulò antè dictum est) liberum tamen eis manet, breuiorem litis terminum pacisci: quoniam hoc est consonũ iuri & æquitati, ut probat similitudine appellationis, in. l. ulti. §. ulti. C. De tẽpori. appellatio.

III Si alter litigatorum per subterfugia causam differat ultra triennium, hæc calũnia parti innocenti obesse meritò non debet. Et ideo, sententia lata pro eo qui in culpa non est, ualeat. Argu. l. Quinquennium. ff. Ad leg. Iuli. de adulteri. Vbi loquens Iurisconsultus de quinquennio continuo, quod datur ad postulandum quenpiam reum adulteri. Quid (inquit) si is qui intra quinquennium quem postulauerat non peregerit, aut si præuaricatus est, & alius eundem repetere uelit, & quinquennium transactum sit? Aequum est, computationi quinquenni eximi id tempus, quod per postulationem præcedentem consumptum est. Accedit. l. Si cũ ipse. ff. De excusati. tuto. loquens de eo, cui tempus excusationis proponendæ sit elapsum. Si cum ipse (inquit) institueret ut proferret excusationem, mora contradictionis impeditus est quo minus decreto liberetur, excusationem rectè probari. Adde etiã. c. Venerabilis. De iuditi. Sed hic prudentia iudicis requiritur, ut calumniosas delationes litigantium amputet.

III Sunt qui putant, per consuetudinem uel per statutum prorogari posse in litibus agendis triennij tempus, & tali autoritate ualere sententiam quocumque latam. Idẽ sentit Accursius de temporibus appellationis, in. l. Præscriptione. C. Si con. ius uel utili. publi. motus his uerbis: Dicebat enim, consuetudinem esse terræ suæ. Iason ibidem, Et in. d. l. Properandum, in prin. refert utriusque sententiæ authores Angelũ & Immolam in. l. ij. ff. De re iudicat.

Ego autem nihil addubito, hanc exceptionem non minus falsam esse, quam perniciosam. Neque enim hic consuetudinem uel autoritatem appellare oportet, sed corruptelam
H h 2 potius quæ

potius, quæ iuri diuino repugnat, quæ magnum uenenū ingerit Christi populo, ut rectissime sentit Romanus Pontifex in .c.ulti. De consuetu. Quo nomine miror quid Iasoni in mentem uenerit, quod in tanto discrimine, maluerit Accursij commentum sequi. Nam, si omnes Iurisperiti huic sententiæ subscriberent, nihilò tamen magis esset probanda, quam si furtum, aut symoniam excusarent statuto uel consuetudine. Porro, huiusmodi morem probare, nihil aliud est, quam uiam aperire differendis controuersijs, & lites per se satis ambagiosas, duplicare. Quod certè omnibus diuinis & humanis Legibus improbat. c. ij. De senten. & re iudic.

• Nihil obstat, quod de temporibus appellationis dictum est. Nā non ualeat hæc consequentia: Tempus appellationis potest ob causam legitimam, partium consensu prorogari: præsertim, propter tentandam transactionem, iuxta Auct. Si tamen, C. De tempo. appella. Cle. Quandiu. De appella. Ergo & instantia litium potest prorogari, Statutis aut consuetudine. l. ulti. §. ulti. C. De fideiussori. Quia longè distant ista duo: exercere, finire litem: & appellare, renouare litem.

Interim tamen non assero, ualere statutum alicuius Ciuitatis aut consuetudinem, de tempore appellationis prorogando. Neque autoritas Accursij, sine lege loquentis, hoc probare potest. Porro, iam dicta argumentatio Iasonis in. l. Præscriptione. C. Si contra ius uel uti. pub. non subsistit iure. Non enim semper uerum est: id licere statuere uel in consuetudinem recipere generaliter: quod ob honestam & necessariam causam aliquandò licet pacisci. Fateor, quicquid licitum est pacisci seu in consuetudinem admitti: illud liceat etiam generali lege sancire. Et ista est argumentatio ex .l. ulti. C. De fideiussori. quæ legis mentionem simpliciter facit: ideo de suprema autoritate accipitur. §. Sed ius quidē. Instit. De iur. nat. genti. & ciuil.

SI A IUDICE STANTE FERATUR SENTENTIA.

IX

Sententia lata à iudice stante, nullius momenti est. l. ij. §. Dies bonorum possessionis. ff. Quis ordo in bono. posses. serue. Sessiones (inquit) nobis erunt cōputatæ, quibus sedit is. Probatur etiā in. l. Quisquis, in fi. C. De postulā. Vbi loquens Imperator de honorato, qui postulans, non potest ædere. Nec putet quisquā (inquit) honori suo aliquid esse detractum, cum ipse necessitatem elegerit standi, & ipse contempserit ius sedendi. Quasi dicat: aduocatorum est stare, iudicium sedere. Idem statuitur in. l. j. C. De offiti. ciuil. iudic. Qua ratione, à procedente iudice nec dilationē quidē conuenit postulari. l. A procedente. C. De dilationi. Et rursus in Auct. Vt ab illust. & qui sup. eam dignitas sunt, Ne cogantur (inquit) aut sedere cum iudicibus, aut stare rursus tanquā litigantes. Adde. c. ulti. in fi. De senten. & re iudic. lib. vi.

Hinc rectè probat Barto. sententiam datam non ualere, nisi adiectum sit: Iudicem pro tribunali sedisse. Nemo hanc solennitatem potest incusare. Nam sedendo consulitur iudiciariæ maiestati, quæ non homini, sed DEO tribuitur. Vulgò dici solet: Animum sedendo prudentiorem fieri. Debent certè ea quæ grauitatē desiderant, non nisi sessione matura tractari. Vndè uidentur inurbana stultitia duci in aliquibus locis illi, qui ad arborē stant, nescio quibus ceremonijs interrogantes quasdam quæstiones insulsas.

SI OMISSO IURISPERITORVM CONSILIO, QVOD STATVTVM EXIGAT, FERATUR SENTENTIA.

X

In plerisque locis, sunt statuta nunquā satis cōmendanda, quod iudices in arduis causis adhibeant consilia iurisperitorum. Iam si iudex aliquis nimium sibi placens, nullius adhibito consilio, sententiam dicat, nihil agit, ut rectè probat Barto. in. l. j. §. Si plures. ff. De exerci. actio. Addens rationem. Quia iudex in hoc casu habet potestatem à lege municipali præscriptam, & (ut uocant) limitatam, suprā quam quicquid fecerit, censetur sine potestate fecisse. Vnde nō potest ualere sententiā. Præterea, solennitas requirēdi cōsiliij in ferēdis sententijs, nō est leuis, imò maxima: non potest ergo salua re iudicata prætermitti. Nā præsentia iurisperiti traxisset fortè iudicem in meliorem sententiam, ut dicitur.

ut dicitur de tertio arbitro absente, in .l. Si in tres .ff. De recept. arbit.

Et hoc quod de statutis municipalibus diximus: iuri quoque communi admodum est cōsentaneum: ut iudices utantur eruditis assessoribus in cognitionibus causarum. Vnde sunt tit. ff. Et C. De offiti. assessor. Carolus quoq; v. Imperator noster, omnibus modis Augustus, inter cætera præclara principatus sui auspicia, foeliciter cōstituit, ut Cæsareo tribunali, iudex cum assessoribus designetur, quorum saltem octo sunt Iurisperiti.

Certè, merentur laudem Ciuitates quæ habent à consilijs suis iurisperitos, uulgò Syndicos uocant, quorum studio præcipue utuntur in postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis, & cognitionibus causarum grauiorum. Talem nuper syndicum habuerunt Ham-burgenses, Albertum Krantziū, auunculum mihi nunquam pœnitendum. Erat enim diuinarum & iuxta humanarum legum Doctor, primus certè, qui apud Rostocenses pro bonis literis aduersus barbariem pugnam suscepit ingenti multorum inuidia. Edidit Saxoniam ac VVandaliã, præter alia quædam non contemnenda. Tandem anno redemptionis nostrę sesquimillesimo decimoseptimo, ætatis uerò suę undeseptuagesimo, ex hoc mūdo ad CHRISTVM migravit, magnum sui desiderii relinquēs etiam apud illos, quibus dum uixit, inuisa eius uita fuerat.

SI IVDIX TVMVLTVARIE AC SINE ORDINE IVDICIARIO PRONVN-
CIAVERIT.

XI



Vm iudex non obseruat ordinem iudicarium, ad inuestigandam ueritatem propositæ causæ necessariò constitutum: sententia ab eo lata ualere non potest l. Prolatam .C. De senten. & interlo. omni. iudic. c. Quoniam contra falsam. De probatio. Quæ autem necessario requirantur ad ordinem iudicarium, exponit ibidem Bartolus, addens, quod si iudex post litem contestatam tã breui tempore pronuntiet de tota causâ, ut intelligi possit, cum nō cognouisse factum cum circumstantijs suis, sententiam non ualere. Accedit textus in. c. Tum ex literis. De in integ. restitutio. Prospeximus quoque (inquit) ex data sententiæ in registro Eugenij Papæ repertæ, quod primo mense sui pontificatus fuerit promulgata, quando non plenè meritis ipsius causæ uidebatur instructus.

Vnde nimirum commendandus est mos Romanorū iudicum, qui olim (teste Asconio apud Cicer. in prætura urbana) in causis maioribus, tabellas omnium sententiarum, in cistam simul conijciebant, habentes insculptas literas condemnationis, absolutionis, uel ampliacionis. Condemnandi nota erat. C. litera, ideoq; tristis appellata: absolucndi A litera, ea ratione salutaris uocata: ampliandi denique nota NL erat, quasi, non liquet: qua excusatione tunc utebantur, cum esset obscura causâ, ne temerè pronunciaretur. Inde ampliatio dicta est. Meminit quoque Iuriconsultus arbitri, iurantis sibi de causâ nondum liquere, in .l. Idēque Pomponius, in fi. ff. De recep. arbit. Et in .l. Pomponius. ff. De re iudica.

Hac ætate iudices aut subito nimis, aut ad calendæ græcas pronuntiant. Nemo illius pulcherrimi temperamenti meminit: Festina lente.

Prædicta tamen intellige in his causis quæ pleniorē cognitionem desiderant, propter earum magnitudinem. Cæterum, causæ uiliores, summaria cognitione debent expediri, sine pleno processu, ut tractatur in extrauagan. Ad reprimendum, Bartolo interprete. Et in clementi. Sæpè. De uerbo. significatio.

SI EX MVLTIS IUDICIBVS VNVS, ALIIS ABSENTIBVS PRONVN-
CIAVERIT.

XII



Vltis iudicibus datis seu delegatis, non potest alius sine alio iudicare, quia omnium præsentia requiritur ad iudicandum. l. Cum magistratus .C. Quan. pro. uo. nō est necess. Idem de arbitris constituitur in .l. Si in tres .ff. De recep. arbit. Quod si dicas: Nōne id quod maior pars iudicauerit, ratum esse oportet. Respondet Iuriconsultus in prædicto loco. Si in tres (inquit) fuerit compromissum, sufficere quidem duorum consensum, si præsens fuerit & tertius: Alioqui, absente eo, licet duo

Hb 3 consentiant,

consentiant, arbitrium non ualere, quia in plures fuerit compromissum, & potuit presentia eius trahere eos in eius sententiam. Sicuti, tribus iudicibus, quod duo ex consensu, absente tertio iudicauerint, nihil ualet. Quia id demum quod maior pars omnium iudicauit, ratum est: cum & omnes iudicasse palam est. Idem repetitur in .l. Duo ex tribus .ff. De re iudicat.

Adde: quod si plures arbitri fuerint & in pari numero diuersas sententias dixerint, puta, alter absoluit, alter condemnauit, neutra sententia ualet, nec poena committitur. .l. Diem proferre .§. Si plures .ff. De recept. arbi.

Quid autem sit in pari numero iudicum, require in .l. Duo iudices .ff. De re iudicat. quæ loquitur de iudicibus delegatis. Et in .l. inter pares .ff. Eod. tit. quæ tractat de iudicibus ordinarijs. Vide .c.ulti. De senten. & re iudica.

I Excipe: Si uni ex pluribus iudicibus de re non liqueat, cæteri autem consentiant, si is iurauerit, sibi non liquere: cæteri qui consentiunt, sententiam suam proferre possunt. .l. Pomponius .ff. De re iudicat.

II Unus ex pluribus iudicibus, potest de incidentibus controuersijs interloqui, cum prædicta sint intelligenda de sententia diffinitiuæ. Sed hoc rursus accipiendum est de sententiæ interlocutoria, quæ litigatoribus non ita multum nocere possit, ut est, quando de dilationibus pronunciat. Cæterum, interloquutio quæ præiudicium adfert, ut est de competentia uel incompetencia iudicis: ab omnibus, uel saltem maiore parte probari debet presentibus omnibus, sicut de sententia diffinitiuæ dictum est. Quam distinctionem probat textus, in .l. ulti. C. De auctori. præstan. dum statuit, in gerendis negotijs minorum, sufficere unius tutoris uel curatoris auctoritatem, nisi sit negotium respiciens ad finiendam tutelam uel curam. Tunc enim necesse est, omnes suam auctoritatem præstare, ut quod ad omnes pertinet, ab omnibus comprobetur. Accedit Auct. Ad hæc .C. De iudici. Et sic ferat (inquit) sententiam, & appellationem si fiat, suscipiat. Cætera licet expediri per consiliarios. Bartolus & Paulus Castrens in .l. Pomponius .ff. De re iudicat.

III Iudices ita delegati, ut si nõ omnes interesse possint, unus nihilominus iudicet, possunt seorsum dare sententiam. Idem est dicendū, si alijs uerbis in rescripto significaretur, datos iudices in solidum iudicare posse. c. Cum omnes. De offi. delegat. li. VI.

Hæc autem particula (Quod si non omnes) prodita est Pontificijs constitutionibus. c. Scitatus. De rescript. Cæterum legibus ciuilibus incognita.

SI EX FALSIS INSTRUMENTIS VEL TESTIMONIIS IUDICATVM SIT. XIII

Quoniam sententia ex falsis instrumentis uel testibus datur, refert, utrum contra absentem, an contra presentem feratur. Priore enim casu, ipso iure nulla est. .l. Si prætor. §. Marcellus notat. ff. De iudici. Marcellus notat (inquit) si per dolum, sciens, falso aliquid allegauerit, & hoc modo consecutum eum sententiam prætoris, liquido fuerit approbatum, existimo, debere iudicem querelam rei admittere. Probat etiã .l. Si quis .ff. Ad leg. Corneli. de fals. Si quis (ait) obrepserit præfidi prouinciæ, tam per acta quam per libelli interpellationem, nihil agit. Expendenda sunt hæc uerba, nihil agit, hoc est, ipso iure nulla est sententia. Posteriore uero casu, sententia ex falsa suggestione contra presentem lata, remedio restitutionis in integrum elidenda est. .l. Diuus Adrianus. ff. De re iudic. Et de hac materia est tit. C. Si ex fals. instru. uel testi. iudic.


Admonendi autem sumus: quod etiam si damnatus ex falsa suggestione aduersarij sui, non petierit restitutionem, habet tamen actionem de dolo uel in factum, contra eum qui admisit falsitatem, in id quod sua interest. .l. Et eleganter. §. penul. ff. De do. ma. Vbi Bartol. notat. Quinimò nec restitutus nec agens habet exceptionem falsi, contra aduersarium utentem huiusmodi sententia. c. Cum uenerabilis. §. Intelleximus De exceptioni.

Præterea, si ex falsis allegationibus lata fuerit sententia contra matrimonium, ea non ualet, nec unquam transit in rem iudicatam. Vertitur enim magnum periculū corporis & animæ, ut rectè probat Abbas in .c. Licet causã. De probatio. Et est textus in .c. Lator per sententium De sententi. & re iudicat. Idem respondendum est de sententia contra minorem, aut fiscum
ex fal-

ex falsis allegationibus lata, propter fauorem utriusque .l. j. C. Si ex fals. instrumen. l. Scire oportet. §. Cōsequēs. ff. De excusa. tutor. ac ibidē Bar. l. j. C. De sentē. aduer. fisc. lat.

SI ABSENTIBVS ILLIS, QUI VOCATI, OB LEGITIMAM CAUSAM
NON SVNT CONTVMACES, IVDICETVR.

XIII

ontumax est, qui tribus edictis propositis, uel uno pro tribus (quod uulgo peremptorium appellatur) literis euocatus, præsentiā sui facere contemnit. l. Contumacia. ff. De re iudicat. Sunt tamen nonnulli, quos legitima causa, puta, aduersæ ualitudinis, ætatis, absentia, uel alia causa excusat à contumacia, quāuis legitime sint in ius uocati.

In primis itaq; Si aduersario propter grandem infirmitatem absente, Iudex dederit sententiam, nihil agitur: modo intellexerit eo tempore causam infirmitatis. Quod si ignora uerit, ualet quidem sententia: sed restituitur in integrum is, aduersus quem lata est. l. Quæsitum. ff. De re iudicat. Et ibidem Bartolus.


Multomagis hæc obtinent, si contra defunctum feratur sententia. l. penulti. ff. Quæ senten. sin. appellatio. rescindan. Item, si contra absentem causa Reipublicæ, indefensum: uel contra minorem XXV. annis, non rectē defensum, pronuntietur: sententia ipso iure nulla est. l. Contra pupillum. Et. l. Acta, in fi. ff. De re iudic. l. j. Et. ij. C. Qui legi. perso. in iudici. stan. hab.

Inter ualitudinarium tamen & minorem hoc refert: quod sententia non solum contra male ualentem, uerumetiam pro eo dicta, nullius momenti est. Idem dicendum est de alijs. Pōponius. ff. De re iudic. Furioso (inquit) sententia à Iudice uel ab arbitro dici non potest. Hoc est (dicēte Bartolo) pro furioso, in rē furiosi non rectē pronuntiat, si non defendatur. Sed pro minore indefenso sententia dicta ualet. Quia ætas in damnis subuenire: non in rebus prospere gestis, obesse solet minoribus. l. Non eo minus. C. De procuratori.

In summa, quotienscunq; absens talis est, qui citatus non tenetur eo tempore comparere, & Iudex non ignorat absentis qualitatem: toties sententia contra eum lata nullius est momenti. Bartolus, cōmuniter probatus in. l. Quæsitum. ff. De re iudicat. Quo loco addit non contemnendum cōsilium: Vt is qui in ius uocatus est, uel alius nomine eius, insinuet Iudici causam ægritudinis, ætatis, uel absentia, aut aliam, propter quam uenire non possit.

SI NULLA SPECIALI PETITIONE LITIGATORVM PRAECE-
DENTE, SIT PRONVTIATVM.

XV

ententia, lata sine speciali petitione litigatorum, nihil ualet: siue ponas actorem & reum: siue alterum eorum fuisse præsentem. Nam apparere debet in actis: saltem ab eo qui adfuit, petitam fuisse sententiam Iudicis, ut probatur in Auct. Qui semel. C. Quo. & quan. iud. ponderando uerba (Reo postulante) Bartolus notat in Auct. Ei qui. C. De tempo. appellati. Et in. l. j. C. ut quæ def. aduoca. Accedit Iason in l. Properandum. §. Et si quidem. C. De Iudici. Addens, Paulum Castrensem uidisse sua ætate processum causæ, cum non constaret ex actis, ad cuius instantiam lata fuisset sententia, prorsus reiectum.

Et hæc formula (si animaduertas) declarat omnes exceptiones, quas superius suo loco tractauimus. Nam ibi dictum est, ualere sententiam non citatis litigatoribus dictam, in quibusdam casibus: illud intellige quod actor uel reus, uel procurator alterutrius fuerit præsens qui petierit sententiā: alioqui duplici ratione non ualeret.

Consultum igitur est: ut tam sententiæ quàm aliam quamcūq; petitionē iudicalem apud acta redigi petas: quo magis te postulante scriptum appareat. Gloss. in. l. Sancimus. §. Cum autem. C. Ad senat. Trebellia.

I Excipe causas fiscales, quarum fauore potest Iudex ex officio suo, tam actore quàm reo
Hh 4 absen

absentibus procedere ad sententiã. l. ij. §. Senatus censuit. ff. De Iure. fisci. Et ibidẽ Bartolus.

II Cum per negligentiam iudicum Ius sententiæ ferendæ transfertur in maiorem Magistratum: tunc is potest nullo postulante sententiam dicere. c. Cupientes. §. Cæterum. De electio. li. vi. quo loco hoc tractat Ioan. Andre. Accedunt Angelus & Immola in. l. De unoquoq;. ff. De re iudicat. l. j. C. Ut quæ def. aduocat. Non dubitandum est (inquit Imperator) Iudicem si quid à litigatoribus uel ab his qui negotijs assistunt, minus fuerit dictum: id supplere & proferre, quod sciat Legibus & Iuri publico conuenire. Nihil autem magis Iuri publico conuenit quàm ut controuersia hominum celeri sine terminentur, uel inuitis partibus, quæ plerunq; per auaritiam obcæcati, nesciunt quid petendum aut deprecandum sit.

III Iudex intelligens instantiam causæ per lapsum triennij aut aliud tempus Iure præscriptum, perituram: potest, neutro litigatorum petente, sententiam dicere: modo tamen causa satis cognita sit. Bartolus in. l. Seius & Angerius. ff. Ad Leg. Falci. Quæ exceptio quoniam dirimendis litibus consultit: ideo quin sit optima, nemo dubitet.

III Si detur sententia pro actore, ualeat, etiam si non constiterit ad ullius instantiam uis se latam. Ratio est: Quia actor saltem in libello generaliter petit sententiam pro se dici, hoc est, reum sibi damnari. Et hæc petitio in iudicio semper intelligitur repeti, unde hoc casu nõ potest dici, sine petitione præcedente fuisse latam sententiam. Baldus & Paulus Castrensis cum alijs Doctoribus in. l. Properandum. §. Et siquidem. C. De iudici. Hæc est ratio quæ plerosq; mouet, ut doceat, libellum concludendum esse duplici petitione: Altera, ad reum: altera ad Iudicem directa. Prior ex natura actionis est: posterior ex ui huius formulæ: quam solam consuetudo sequitur.

SI SUPER INEPTO LIBELLO LATA FVERIT SENTENTIA.

XVI



Vando neq; naturali neq; ciuili ratione fieri potest, ut super malo fundamento quicquã bene collocetur: receptum est: sententiam, inepto præcedente libello latam, ipso Iure non ualere. c. Cum dilecti. De emptio. & uenditio. l. j. §. j. ff. Si mens. fal. mo. dixer. c. Examinata. De iudici. Vnde Baldus in. l. Actor. ff. De reb. credit. dicit, sententiam secundum ineptum libellum dictam adeo non subsistere, ut ex ea neq; actio in factum, neq; officium Iudicis procedat.

I Excipe, Nisi libellus, quacunq; uerborum interpretatione, nõ contraria minimeq; improbabili, posset defendi, argu. l. Sed & possessori. §. Item si iurauero. ff. De iureiuran. ubi Iurisconsultus, uerba iurantis sibi deberi usufructum, earum rerum in quibus propter abusum constitui non potest, sic uult intelligi, ut rectè iurasse uideat: uidelicet, cautione oblata. Porro actionum formulæ, hoc est, aucupationes uerborum, nunc sunt sublata. l. j. C. De formul. & impetra. Nec in iudicijs solum, uerũ etiam in stipulationibus. §. j. instit. De uerbo obligati. Et in donationibus. l. ulti. C. De donatio.

II In his causis quæ necessariò non requirunt libellum: non est magnoperè laborandum de ineptitudine libelli, modo petitionis effectus intelligatur, ut probat Bartolus in Extrau. Ad reprimendum.

III Si libellus contineat latentem quendam errorẽ, qui subtiliter indagari posset: tunc nõ est protinus ob eum reiiciendus. Nam iura uolunt defendi, quo ad fieri potest, nõ autẽ perire iustas actorum petitiones. Baldus in. l. Certa ratione. C. Quan. prouo. non est necess.

SI LIBELLVS ET SENTENTIA DISCREPENT.

XVII



Sententia continens aliud, quàm fuerit petitum, nihil ualeat. l. ut fundus. ff. Commu. diuidun. Quia (inquit) ultra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas Iudicis non potest. Eadem ferè regula est in. l. ulti. C. De fideicõ. liberati. Miramur (ait) quare Iudex qui præpositus est in prædicta causa, non omnimodo

modo condemnationem in seruum, sed in æstimationem eius fecerit. Quasi dicat: Cum res petitur quæ potest restitui; ineptum est ad æstimationem eius reum cõdemnari. Idem dicendum est de arbitris, ut non de alia re quàm de qua compromissum est, pronuntietur. l. Quid tamen. §. ulti. Et. l. Non distinguemus. §. De officio. ff. De recept. arbit.

I Excipe: Cum quis obligatus est dare rem aliquam: tunc (si constet esse peremptam) potest Iudex ex officio suo, reum condemnare ad æstimationem, idq; exigente necessitate. l. Si seruum Stichũ. §. Effectus. ff. De uerbor. obligatio. Bartolus in. l. Vinum. ff. Si cert. petat. Et in. l. Stipulationes non diuiduntur. ff. De uerbo. obligatio. ubi & alia citat exempla ex. l. Iulianus. ff. De cõfess. l. In re furtiua. ff. De cõdictio. furti. Et. l. Promissor. ff. De cõstit. pecu.

II Si sententia, saltem probabili uerborum interpretatione, possit accommodari ad petitionem actoris, tunc non obstabit diuersitas libelli & sententiæ. Sic declarat hanc regulam, Anto. De But. in. c. Cum dilectus. De religio. domib.

III Arbitrator, qui uiri boni partibus fungitur: potest in pronuntiatione sua non nihil à petitionis formula discedere, hoc est, potest addere aliquid aut detrahere petitioni: modo non prorsus ab ea discedat. Speculat. in tit. De arbit. & arbitra. §. Excipitur, Bartolus in. l. Cum Aquiliana, ad fi. ff. De trãfacti. Hunc uulgò amicabilem compositorem uocant, qui cõsentiente utraq; parte pronuntiationem concipit. De arbitro autem pauloantè probatum est diuersum, ut interim uideas differentiam inter arbitrum & arbitratorem.

III Sententia potest discrepare à libello in his casibus, in quibus non requiritur libellus: ut est frequentior Doctorum opinio in. l. Vinum. ff. Si cert. petat. Bartolus, in Extrau. Ad reprimendum. Antonius Butri. cum alijs in. c. Examinata. De iudici.

V Cum in initio quantitatem petit actor minorem: deinde in progressu causæ probat maiorem, non eo minus ualebit sententia, quod maiorem quantitatem contineat quàm libellus. Oportuit enim Iudicem ueritatem probationis sequi, quam in principio litis forte ne: ipse actor scire poterat. l. ulti. §. ulti. C. De appellatio.

VI Sunt qui dicant, Principem in sententijs suis petitionem litigantium egredi posse. c. ij. De restit. spoliato. li. VI. Verum, si hoc intelligas absolute ac sine legitima causa: falsum est. c. In causis. De senten. & re iudica. Si autem ponas causam subesse: nihil noui est. Quare ista exceptio plus subtilitatis quàm utilitatis habet.

VII Quandò actor petit quinq; & reus confitetur se debere decem: Iudex potest, imò debet reum condemnare in decem. Hæc enim discrepantia petitionis & sententiæ, propter cõfessionem rei conuenti toleranda est. Angelus in. l. ulti. C. De bon. uacan. li. x. Quo argumento dici potest. Si quis in quæstione siue in tortura fuerit confessus crimen, cuius inquisitio non est facta: is potest nihilo minus de eo condemnari: modo ad inquisitionem legitime peruentum sit.

VIII In his quæ ex arbitrio Iudicis depēdent, sententia potest discrepare à libello. l. Vi deamus. §. Iurare. Et. §. Item uidendum. ff. De in lit. iuran. An igitur (inquit) qui possit ius iurandum deferre, idem possit & taxationem iuriiurando adijcere, quæritur? Arbitrio tamen bonæ fidei Iudicis etiam hoc congruit.

SI SENTENTIA SINE CERTA QUANTITATE PROFERATUR.

XVII



Ententia incerta non ualet. l. ij. C. De senten. quæ si. cert. quan. profe. l. Quid tamen. §. Pomponius ait. ff. De recep. arbit. Quod adeò uerum est, ut ne quidem fauore dotis ualeat sententia sine certa quantitate. l. ulti. C. di. tit. In certis enim pronuntiationibus, post tot iam factos labores & sumptus litigantũ, dupli-

duplicarentur magis quam tollerentur lites. Vnde Imperator in. §. Curare, Infit. De actio-
ni. Curare (inquit) debet Iudex, ut omnino quantum possibile ei sit, certæ pecuniæ uel rei sen-
tentiam ferat: etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.

I Excipe, si in sententia quidem nõ sit summa adiecta: ueruntamen cum actor eam expres-
serit, Iudex dicat: Solue quod petitum est, ualet sententia. l. In summa. §. Amplius est. ff. De
re Iudicat. Et hoc est quod Doctores dicunt: sententiam tum quoq; cenferi certam, cum Iu-
dex in ea refert se ad aliquid, ex quo certa quantitas intelligi possit.

II In petitione hæreditatis ualet incerta sententia. Nam potest Iudex pronuntiare: resti-
tuendum esse, quicquid ex tali hæreditate sit penes possessorem. l. Non possumus. ff. Si pars
hære. petat.

III In causa noxali incerta condemnatio admittitur, hoc modo: Publium Meuium Lu-
tio Titio ad x. aureos condemno, aut noxam dedere. Infit. De offiti. iudic. in prin.

III Is qui alternatim promisit, equum uel uestem: sic condemnandus est, ut alteri ho-
rum præfct. Quæ alternatio est incerta.

V Si incertum sit, an lex falcidia locum habeat inter legatarium & hæredem, incertæ par-
tis uendicatio datur. Proinde & reus ad solutionem legati detracta falcidia condēnari po-
test. l. Et si non omnes. §. Si incertum sit. ff. Commu. diuidu. In prædictis enim quatuor ca-
sibus iusta ignorantia excusat iudicem, sicut etiam actorem. l. Quæ de tora. §. Incertæ. ff.
De reiuēdica. §. Curare Infit. de actio. Quātum (ait) possibile ei sit. Hic enim non est possi-
bile certam ferre sententiam. Ergo tolerabilis est incertitudo.

SI SENTENTIA SINE CONDEMNATIONE VEL ABSO-
LUTIONE PROFERATUR.

XIX

Sententia, sine expressa condemnatione uel absolute non ualet, quia finem con-
trouersia non imponit. l. j. ff. De re iudicat. l. Præses prouinciæ. C. De senten. & in-
ter. omni. iudic. Adde. c. In his quæ. De uerbo. sig. Vbi probatur, sufficere, si iudex
dicat in sententia: Statuo & præcipio.

SI EX NON SCRIPTO FERATUR SENTENTIA.

XX

Ententia ex non scripto data, uel scripta quidem, nõ tamen per Iudicem ipsum
lecta: nullius momenti est: ut probatur. C. De senten. ex breuiculo recitan. Im-
perator in. l. ij. eo. tit. tradens non contemnenda præcepta de ferendis senten-
tijs. Hac Lege (inquit) perpetua credimus ordinandum, ut Iudices, quos cogno-
scendi & pronuntiandi necessitas tenet, nõ subitas, sed deliberatione habita post negotium
sententias ponderatas sibi antè formarent, & eas emendatas statim in libellum secuta fide-
litate conferrent, scriptasq; ex libello partibus legerent.

Vtinam autem horum præceptorum nostrates Iudices meminisse uelint: ut sententias
primum more pictorum adumbrent & concipiant: deinde, cõceptas in formam diligen-
ter redigant: redactas denuò prudenter emendent: emendatas diligenter describãt: ad ex-
tremum descriptas ex breuiculo partibus legant.

I Excipe causas breues & utiles: in quibus ut sumptibus parcatur, scripturæ solennitas re-
mittitur. Auct. Nisi breues. C. Eod. tit. Reliqua uerò præcepta de producendis, emendan-
disq; sententijs (quantum res postulat) nullo modo remittuntur. Iustinianus Nouell. De
manda. princip. Sit tibi quoq; (inquit) tertium studium, lites cum omni æquitate audire, &
omnes quidem breuiiores & quæcunq; maximè uilium sunt, ex non scripto decidere & iu-
dicare, & liberare homines alterna contentione, & non permittere quicquam ultra quàm
continetur sacra nostra constitutione occasione casualium expensarum damnificari, si ta-
men sufficientes in datione consistant. Alioqui etiam gratis lites audire, & non permittere
ex negligentia de prouincia alicuius præsidis ad hanc currere scælicissimam ciuitatem, &
nobis molestum esse. Scito namq; quia si quis ueniat & aditionem nobis faciat, & à nobis
interro-

interrogatus, si prius te adijt, deinde te dicat adijisse, & quod iustum est non impetrasse, & hoc uerum inueniamus, in te indignationem conuertemus. Si uero, cum te non adierit, uenire ad hanc regiam præsumpserit ciuitatem, & remitemus eum cum omni correctione & responsum non dabimus.

II Episcopus, cognoscens inter subditos suos, ex non scripto iudicare potest. d. Augst. Nisi breues.

III Illustribus, & ijs qui maiorem habent Magistratum: permittitur sententias suas alij recitandas mandare. l. ij. in fi. C. De senten. ex breuiculo recitan. Vnde principes utuntur cancellarijs, ad legendas sententias, & ad pronuntianda eorum mandata.

SI CONTRA REM IUDICATAM, ITERUM PRONUNTIETUR.

XXI



Vando cōtrouersiam semel diffinitam non decet perperam renouare: optimæ ratione placuit Legislatoribus: sententiam, quæ contra res prius iudicatas, à qua non sit appellatum, lata fuerit, ceteri nullam: modo hoc ipsum legitime probetur: Videlicet, quod fuerit semel iudicatum. l. ij. C. Quan. prouo. non est necess. l. ij. C. senten. rescin. non poss. Sed & si post decem dies fuerit appellatum, & appellans consentiente aduersario prosequatur appellationem: nihilo tamen minus, si iterum detur sententia, nihil agitur, ut est textus in Cle. Si appellationem. De appellati. Nam superius quoque probatum est, litigantium consensu non confirmari sententiam ipso iure nullam. Gloss. in. l. Si diuersa. C. De transactioni.

Hinc consulunt Doctores: Quod contra executionem posterioris sententiæ, per quam prima reuocatur, opponas exceptionem rei iudicatæ, hoc est, alleges priorem sententiam transiisse in rem iudicatam. Nam, nisi aduersarius probet, uel appellatione, uel alio remedio extinctam fuisse priorem sententiam: non procedet executio. Et hoc est quod uulgo dicitur: sententiam post sententiam dici oportere.

I Excipe, si ex diuersis instantijs ferantur contrariæ sententiæ, ultima ualeat. l. Duobus. ff. De exceptio. rei iudicat. c. Causam quæ, ij. Qui filii sunt legitimi.

II Si damnatus, appellauerit, uel restitutionis beneficium impetrauerit, aut alio auxilio ad euertendam priorem sententiam utatur: sine dubio posterior sententia ualeat. Nam præcedens regula intelligitur, cum appellationis uel aliud beneficium, omnino petitum non fuerit, aut male impetratum: quæ paria sunt.

III Cum sententia posterior potest defendi à contradictione prioris, ualeat, quanquam sit lata ab eodem iudice, inter eosdem litigatores, & de eadem re. Quod probant Doctores per contrarium sensum. d. l. ij. C. Quan. prouo. non est necess. Cum dicit. Quod contra res prius iudicatas.

III Vbi prima sententia ipso iure non ualeat: ibi secunda contra eam rectè fertur. l. ij. C. De senten. ex breuiculo recitan. Omissa (inquit) prouocationis mora, ex integro indicari impetrabis à rectore prouinciarum. Accedit. l. ij. C. De senten. & interlo. omni. iudic. Vnde, si ex legitimis documentis appareret, priorem sententiam fuisse iniustam: posset iudex superior, imò deberet, contra eam pronuntiare, ut dicit Innocentius, in. c. Quia plerique. De immuni. ecclesi. Cui adde Anto. de Butri. in. c. Quoniam contra falsam. De probatio.

Hinc est, quod contra sententiam quæ propter falsas allegationes nunquam transit in rem iudicatam: rectè fertur alia, adeoque sine nouo processu. Exemplum est in. c. Lator. De senten. & re iudica. Angelus in. d. l. ij. C. De senten. & interlo. omni. iudic. Innocentius in. c. Significauit, De offi. ordina. Ioannes Andreæ in. c. Tenor. De senten. & re iudicat.

V Si reus priore sententia condemnatus, posteriore absoluat, ualeat posterior, Ang. d. l. ij. Ratio est. Quia actor sibi imputet, cur non cōtētus prima uictoria, reū denuo molestauerit, ut

ferat

ferat hanc insolentia suae potant. Porro, qui multa ambit, is saepe nihil adsequitur.

VI Interlocutoria sententia quae controuersiae non imponit finem, potest contraria interlocutione tolli & remitti. Hic enim non est periculum, ne noua lis redintegretur. l. Quod iussit. ff. De re iudicat. l. Post sententiam. C. De senten. & interlo. omni. iudic.

VII Quando litigatores expresse renunciant priori sententiae: tunc semper ualet posterior, modo legitime feratur. l. Acta. ff. De senten. & re iudic. Et. ff. in seruitutem. §. Si petierit. ff. De bon. liberto.

Quod si dicas: consensu litigatorum non confirmari sententiam inuolidam. Respondeo: Multum referre, utrum litigatores uelint posteriorem sententiam contra res iudicatas latae, suo consensu simpliciter confirmare: quod non possunt secundum ea quae superius dicta sunt. An uero partes uoluerint primae sententiae & iuri suo ex ea quaesito, expresse renunciare. Quod utique licet: quia nulli fit iniuria.

VIII Nonnulli putant, in his causis quae iudicarium ordinem non exigunt, posse contra res iudicatas sententiam ferri. Angelus in. l. j. C. De senten. & interlo. omni. iudic. Quae exceptionem non sequor: quoniam lites multiplicat.

SI NOCTU IUDICATUM SIT.

XXII



Sententia lata noctu, nihil ualet. l. ij. §. Et quia Magistratibus. ff. De origi. iur. c. Consuluit. De offiti. delegat. Vbi recte allegat testimoniū CHRISTI. Qui male agit, odit lucem. Apud Romanos olim senatusconsultū ante exortum aut post occasum solem factum, uires non habebat, & qui id facerēt à censoribus notabantur. Tractant hanc regulam Doctores cum Bartolo, in. l. More Romano. ff. De feri. Hinc sunt interrogationes illae, quas multis in locis faciunt solenniter in iudicijs: Ob es nicht rechte zeit sei ein gericht zuhalten.

I Excipe sententias, quae consentientibus litigatoribus feruntur noctu. Nam hae ualent, adeo ut tacens habeatur pro consentiente, Salicetus in. d. l. More Romano.

II Si res litigiosa peritura, aut potestas iudicis sequenti die exitura sit: necessitati cedendum & noctu iudicandum est. Bartolus in. d. l. More Romano. Accedit quod etiam tempore messium uindemiarumque ob has causas licet aduersarium in Ius uocare. l. j. §. Sed excipiunt. ff. De feri. Quinetiam prohibita est appellatio, si res dilationem non admittat. l. ulti. ff. De ap. pel. reci. uel non.

III Ob multitudinem causarum licet noctu dare sententiam. Barto. in. l. j. in prin. ff. De offi. ci. eius cui mandat. est Iurisdic. Gloss. Nouell. De defenso. ciuita. §. Et iudica.

III Arbitratores, nulla nox, nullum tempus impedire debet, quin dissidentes christianorum animos ad charitatem & mutuam pacem reducant. Porro, arbitramentum magis transactio, quam iudicium est. Barto. in Auct. Si uero contigerit. C. De iuditi. Et transactiones noctu quoque fieri nihil prohibet. l. Non minorem. C. De rranfactio, Arbitria uero cum ad instar iudiciorum redacta sint, extra necessitatem quoque noctu tractari non debent. l. Idem Pomponius scribit. §. ulti. ff. De recept. arbit. Et hic iterum apparet differentia inter arbitrium & arbitramentum, ut uocant.

V Nonnulli putant, consuetudine permittente, sententias noctu dari posse. Paulus Castrifis in. d. l. More Romano. Certè necessitati in casibus praedictis cedendum puto: sed consuetudini nihil tribuo, cum incommoda inde multa nasci possent.

SI TEM-

SI TEMPORE FERIATO IVDICATVM FVERIT.

XXIII.



Quædam sunt feriæ in honorem DEI constitutæ. Quædam uero hominum utilitati tribuuntur. Diuinæ maiestati dedicati erant, dies dominicus: dies paschatis: dies natalis domini, & Epiphaniæ: præterea septem dies qui præcedunt & septem qui sequuntur. Item dies sanctorum Apostolorum. Et hisce diebus quicquid uolentibus aut inuitis litigatoribus factum esset, apud Iudices uel arbitros: id omnibus modis irritum erat & infirmum. l. ij. l. Omnes dies. Et. l. ulti. C. De feri.

Hominum uero causa constitutum est: Ne quis messium uindemiarumq; tempore aduersarium cogat ad iudicium uenire. Quia occupati circa rem rusticam in forum uenire compellendi non sunt. l. j. In princi. ff. De feri. Et hæ feriæ pro consuetudine cuiusq; loci moderandæ sunt, cum non ubiq; una sit messis uindemiarumq; ratio. l. Præsides prouinciarum. ff. eo. tit. Quare his ferijs sententiæ dictæ inuitis partibus: ipso iure nullæ sunt. Cæterum si sponte uenientibus eo tempore in ius uocatis, iudicatum fuerit: sententia ualet, tamen si nõ recte fecerit qui eos uocat. l. j. §. Sed si Prætor. Et. l. Si feriat. ff. De feri. Hæc enim differentia est inter ferias diuinas & humanas.

Excipit tamen Iurisconsultus ibidem quosdam casus, in quibus necessitas urget agricolam cogendum esse, ut ueniat ad iudicium. Nam & appellare non permittitur, si res dilationem non admittat. l. ulti. ff. De appella. reci. uel non.

Hodie inuictissimus Imperator noster Carolus V. feriarum ordinem sic reformauit: ut non aliæ quàm hæ obseruentur: Videlicet, à uigesimaquarta die Decembris ad sextum diem Ianuarij, includendo hunc sextum diem. Deinde à dominica, Esto mihi ad dominicam Inuocauit. Præterea à die Palmarum ad dominicam Quasimodogeniti. Rursus à dominica Vocem Iucunditatis ad dominicam Exaudi. Item à uigilia Penthecostes, ad dominicam Trinitatis, utruq; diem includendo. Insuper ab octauo die Iulij ad decimumquartum diem Augusti inclusiue. Deniq; omnes dies in honorem DEI & sanctorum, communi catholice ecclesie uoto receptis uult obseruari. Cæterum aliæ uacantiæ (inquit) festa Palati; aliæq; inconsumetæ celebrationes non debent custodiri.

Item, Pias causas licet diebus festis tractare, ut CHRISTVS ipse probat Matthæi XII. his uerbis: Quis erit ex uobis homo qui habebit ouem suam, & si ea inciderit sabbatis in foueam, nõne apprehendet illam & eriget? Quanto igitur præstantior est homo oue? Licet ergo sabbatis, beneficia exercere. Verissimū em̄ illud est, Pietatis ac necessitatis, nullas esse ferias.

SI IN LOCO INCONSVETO IVDICETVR.

XXIII.



Oci quoq; ratio habenda est in sententia ferenda. Nam si locus inconsuetus, uel inhonestus, aut minime tutus est: sententia nõ ualet. l. penulti. ff. de Iusti. & Iur. l. Si cum dies. §. Si arbiter. ff. De recept. arbitr. Et. c. Pastoralis. De senten. & re iudi. Vbi insigne exemplum est de loco non tuto, Adde. l. Cum sententia. C. De senten. & interlocutio. omni. iudic. Cum sententiam præsidis (inquit) irritam esse dicis quod non publicè, sed in secreto loco, officio eius non præsentem, sententiam suam dixit, nullum tibi ex his quæ ab eo decreta sunt præiudiciū generandum esse constat.

SI DOMINVS CONDEMNETVR CVM PROCVRATOR LITEM EGERIT.

XXV.



In litigante procuratore, sententia dicatur in personam domini: nihil agitur: quia procurator condemnandus est. l. j. C. De senten. & interlocutioni. omni. iudic. Sed hoc de iure canonico diuersum uidetur in. c. Sciscitata, in princip. ff. in integ. restitutio. dum dicit. Super quatuor articulis prænomīnatis monasterium Ouien- se iustitia cōdemnauimus exigente. Sententia uero lata procuratorem monasterij. Ecce, procurator interuenit in iudicio, et tamen monasterium fuit condemnatum. Tractat de hoc Gloss. in c. Querelam. De electio. Dicens omne dubium euitari posse, si uterq; condemnatur uel absoluat: Videlicet, dominus & procurator hoc modo: Lucium procuratorem Meuij ac ipsum Meuium condemnno uel absoluo. Quod nota.

Ii Sunt

Sunt etiam qui distinguunt: utrum procurator semper interueniat: an uero primum dominus ipse tractauerit causam, constituens deinde procuratorem. Sed prædictum consilium probat communiter, per. l. Nihil interest. C. De procuratori. In criminibus autem semper concipienda est sententia in personam principalis. l. ulti. C. De iureiurand.

Cæterum, post sententiam, executio fiet in bonis domini, si modo procurator habuerit mandatum. Si uero sine mandato egerit causam fiet executio in bonis procuratoris. Itaque cum tutor, curator, actor, uel Syndicus municipum nunquam censeantur sine mandato agere aut defendere: semper fiet executio in bonis pupilli, minoris, uel uniuersitatis. l. Si se non obtulit. In princip. §. j. & ij. ff. De re iudicat.

Si tamen procurator ante sententiam malitiose aliquid admiserit: puta, si malè appellauerit, si contumax fuerit, ut sit condemnatus in expensis: tunc in suis bonis fiet executio. l. j. ff. Si quis ius dicen. non obtæpera. Neq; enim dominus censetur ei mandasse ut malitias adhiberet in iudicio. Nam & cura calumniose agens, non repetit sumptus, argu. l. Si pater puel. l. 2. C. De inoffic. testa. l. Polla quidem. C. De his quib. ut indign. l. Sine hærede. §. penult. ff. De adminis. tutor.

SI ERROREM CALCULI SENTENTIA EXPRIMAT.

XXVI.

Il calculi error in sententia esse dicatur: appellare necesse est: ueluti, si Iudex ita pronuntiauerit: Cum constet Titium Seio ex illa specie quinquaginta, item ex illa specie uiginti quinque debere: Idcirco Lutium Titium Seio in centum condēnamus. Hic enim errore est computationis expressus: Igitur hanc sententiam sine prouocatione oportet corrigi. l. j. §. Item. si calculi. ff. Quæ senten. sine appella. rescindan.

Cæterum, si error calculi in sententia non exprimatur: aliter est. Alioqui rebus iudicatis semper sub prætextu calculi impugnat: nullus esset futurus litium finis. l. ij. C. De re iudicat. Vnde qui se in hoc casu à Iudice per sententiã tacite lædi sentiret, esset ei ad appellationis beneficium sicut in cæteris causis, confugiendum. l. j. C. De erro. calculi.

SI IMPOSSIBILIS FVERIT SENTENTIA.

XXVII.



Impossibile præceptum Iudicis, nullius est momenti, hoc est, cum damnatus, aut iure, aut per rerum naturam non potest parere sententiæ: tunc sine causa appellatur. l. ulti. ff. Quæ senten. si. ap. rescindan. Iure autem facere non possumus ea, quæ lædunt pietatem, æstimationem, uerecundiam nostram, & generaliter quæ contra bonos mores fiunt: ea nec facere nos posse credendum est.

Veluti, si Iudex alicui mandet ne patrem suum ab hostibus redimat, ne ei alimenta præstet. l. Condiciones. j. Et. l. Filius qui. ff. De conditi. institutio. Per rerum autem naturam fieri non potest id quod hominũ uires recusant, Vt, si quis damnetur triduo hinc proficisci Romam. l. Si quis ita institutus. ff. co. tit.

SI FALSUS PROCVRATOR IN IUDICIO INTERVENERIT.

XXVIII.



Icet initio ante litem contestatam debeat examinari persona procuratoris an ad agendum negotium habeat à domino mandatum: si tamen falsus procurator inueniatur postea, non potest sententia dicta, quouis pacto ualere. l. Licet. C. De procurato. Vnde exceptio falsi procuratoris non solum ante sententiam, uerum etiam postea potest opponi, utpote qua probata iudiciũ reputatur nullum. c. In nostra præsentia, ad fi. De procurato.

Idem Ius est, si falsus tutor uel curator in iudicio litem egerit. l. In dubium. C. De tuto. uel curato. qui non satisfecit. l. Si tutor. C. In qui. cau. restit. in integ. non est necessar. Quinimo, si tutor legitimus uel datiuus satisfactione rem pupilli saluam fore non præstita: iudicium nomine pupilli egerit: sententia ipso iure irrita est. l. In dubium. C. De tuto. uel cura. qui non satisfecit.

SI IVDEX DATAM SIBI ET PRAESCRIPTAM POTESTATEM EXCEDAT.

XXIX.

Iudex ad certam rem datus: uel qui à iure præscriptam potestatem habet: si supra iurisdictionem suam ius dicat: nihil agit, eiq; impune non paretur. l. j. C. Si à non competen. iudic. l. ulti. ij. respon. ff. De iuris. omni. iudic. Et. l. Certa ratione. C. Quan. prouo. non est neces.

Idem ius est de eo Iudice, cui superior magistratus præscripserit tempus ad cognoscendum & pronuntiandum de tota controuersia. Nam sententia post huiusmodi tempus data ipso iure non ualeat. l. Cum non eo die. C. Quan. prouoca. non est neces. Et sane ad expediendas lites (quod officium est boni prætoris) non parum multum contulerit: si Magistratus delegans alicui iurisdictionem, adijciat terminum intra quem debeant controuersiam diffinire. Cedit autem hoc tempus ex eo die, quo litigator dato Iudici attulerit rescriptum. c. Super eo. §. ulti. De appellationi.

I Excipe: Nam Iudex qui ad certam summam iudicare iussus est: etiam de re maiori iudicare potest, si inter litigatores conueniat. l. De qua re. §. Iudex qui. ff. De iudici. Idem repetendum est de eo, qui ad tempus datus est. Possunt enim omnes litigatores, cōsensu suo huiusmodi diē progare: nisi prorogatio fuerit specialiter inhibita. l. ij. §. Sed si Iudex. ff. eo. tit.

II Cum non ab initio litis, sed in processu causæ apparet rem controuersam esse supra iurisdictionem eius: hoc casu potest pronuntiare secundum ueritatem. l. ulti. §. ulti. C. De appellationi.

SI ABSENTIBVS ET NON CITATIS LITIGATORIBVS, LA
TA SIT SENTENTIA.

XXX.

I Vandoquidem omnium actionum instituendarum principium ab ea parte editi proficiscitur, qua prætor edicit de in ius uocando: constat in primis aduersarium in ius uocandum esse, hoc est, ad eum uocandum qui ius dicturus sit. Instat. De pœn. teme. litigan. Ideo constitutum est sententiam cōtra absentem peremptorie non citatum dictam; ipso iure non ualere. l. j. §. Item cum ex edicto. ff. Quæ senten. sin. appel. rescindan. l. Ea quæ statuuntur. C. Quo. & quan. iud. c. j. in fi. De caus. poss. & proprie. Et hoc non solum de sententia diffinitiuâ, uerumetiam de interlocutoria accipiendum est, modo talis sit interlocutio quæ multum nocere possit absenti, ut tradunt Doctores secundum Bartolum in. l. Nec quicquam, §. Vbi decretum. ff. De offici. procon. & legat.

Primum ergo uocandus est aduersarius ad Iudicem, alioqui nihil omnino ualeat quod agitur. Idq; nullam dubitationem habet, neq; de hac specie loquimur. Cæterum, cognita iam causa quantum satis est, oportet denuo peremptorie uocare litigatores ad audiendam sententiam, quæ litis finem allatura est. Qua de re nunc tractamus.

Peremptorium autem est, in quo comminatur Iudex etiam absente diuersa parte cogniturum se & pronunciatum. Quod nonnunquam statim decernitur, sicut dicimus uulgò, unum pro omnibus. Illud autem æstimare oportet eum, qui ius dicit pro conditione causæ, uel personæ, uel temporis, ut sic pleno ordine uel compendio citationum utatur. l. Ad peremptorium. l. seq. ff. De iudici.

Præterea tres denuntiationes aduersus contumacem habent uim peremptorij, etiam si non addatur hoc uerbum (peremptorie). l. Tres denuntiationes. C. Quo. & quan. iud. Hodie uero frequentior est usus citationum, ut trina habeant dierum interualla, quorum ultimum sit peremptorium. Et sane utilis ac compendiosa forma est, nisi aliud refragetur.

Adeo autem requiritur peremptoria citatio ad proferendam sententiam: ut is qui alioqui semper in toto processu fuerit contumax, nihilominus tamen tunc uocari debeat peremptorie, ut dicit Innocentius in. c. Cum olim, in fi. De testi. Iason in. l. Nec quicquam. §. ubi

Ii 2 decretum

decreti. ff. De offici. proconsu. Gloss. in. c. ij. De dol. & contuma. li. vi. Accursius in Au&. Iubemus. C. De iudici.

Præterea non solum sententia lata contra absentem non citatum, uerum etiam pro eo lata, nihil ualet. Et hæc est probabilior & frequentior opinio doctorum secundum Bartolum in. l. Ea. quæ. C. Quo. & quan. iud.

Deniq; quod de Iudice hic dicimus porrigendum est ad arbitros. Nam arbitria ad similitudinem iudiciorum redacta sunt, & ad finiendas lites pertinent. l. j. ff. De recept. arbit. Eisdem ergo modis ad formam iuris exigenda sunt, docente Bartolo in. l. Si quis arbitratus. ff. De uerbo. obligatio. Hoc tamen interest. Quia Iudex potest sententiam dicere absente & peremptoriè citato aduersario, arbiter uero non æque, nisi hoc in compromisso expresse caueatur, sed pœna tatum appolita committitur. l. Diem proferre. §. Si quis litigatorum. ff. De recep. arbit.

I Excipe sententiam interlocutoriam quæ parum admodum lædere potest absentem & non citatum: ueluti, de concedenda aut non concedenda, dilatione. Talis enim sine speciali citatione ualet, ut probat Bartolus in. d. l. Nec quicquam. Quæ autem sit interloquutio præiudicialis, declarat Bartolus in. l. Quod iussit. ff. De re re iudicat. Doctores in. c. Auditis. De procurato.

II Eum qui citatus in principio litis abire transmare: non oportet ulterius ad sententiã audiendam citare. Quoniam abitione sua tam longinqua, nullo dimisso procuratore, satis ostendit se nolle comparere. Vnde ualet lata sententia: modo Iudici id constet antequam pronunciet. Bartolus in. l. Multum, ad fi. ff. De conditio. & demonstra. Probatur in. l. ij. C. Quo. & quan. Iudex. Cessante quoq; (inquit) causa peremptoriè edicti aduersus eos, qui admoniti Iudicio adesse noluerunt, sententiam à Iudice posse proferri, certum est. Quid enim refert uerbis an facto quis declaret se nolle uenire ad iudicium? Aequum tamẽ fuerit Iudicem eo uti consilio quod tradit Iurisconsultus in. l. Hæc autem locum. §. j. ff. Qui ex caus. in poss. eat. Videlicet, ut inuestiget an ullum defensorem reliquerit: deinde admoneat cognatos uel affines, aut alios quos uerisimile est defensionem absentis non omisso. Et tum dicat sententiam inuocatus ab aduersa parte.

III Quando quis in prima citatione est uocatus ad totum processum causæ: tunc alia citatione non est opus. Innocentius, Antonius, & alij in. c. Consuluit. De offici. delegat. Bar. in. l. Statuliberos. §. Stichus annua. ff. De statuli. Baldus tamen istam exceptionem intelligit de sententia interlocutoria: sed ad ferendam diffinitiuam sententiam semper noua citatione opus esse dicit in. l. Sancimus. C. De iudici. Quod sequitur Anchoranus in cle. j. De for. competen. Et mihi uidetur rationem habere, ne absens lædatur in tota causa.

III Si dies facti compromissi sit exitura, potest arbiter uel arbitrator ultima die compromissi pronuntiare sine citatione absentis aduersarij, ut probat Bal. in Au&. Ei qui. C. De tempo. appel. Et in ca. i. C. Quo tempo. mil. inuesti. pet. debe.

V Cum litigatores sunt in iudicio præsentés, potest Iudex & quidem eis inuitis sententiam dicere ut est communis Doctorum sententia in. l. j. ff. De in ius uocan. Probant hoc per. l. De unoquoq; in princi. ff. De re iudicat. Et. l. in causæ. §. Causa autẽ. ff. De minori. Si enim præsentés fuerint in iudicio, quid est opus eos uocare, quando citationis non alius censetur effectus quam ut litigatores compareant? Sed de hac alibi scripsimus. Ad Bartolum in. l. j. ff. De in ius uocand.

VI Ad sententiam interlocutoriam uel diffinitiuam non est opus cum uocare, de cuius incommodo principaliter non agitur, quamuis in consequentiam sua possit interesse. l. De unoquoq; ff. De re iudicat. De unoquoque negotio (inquit) præsentibus omnibus quos causa contingit iudicari oportet. Vnde Bar. in. l. in diem. ff. De aq. pluui. arcea. dicit: quod uenien

uenientes ab intestato agentes aduersus hæredem : non cogantur in ius uocare substitutos l. j. §. Denuntiari autem. ff. De uent. inspicien. qui loquens de permittenda denuntiatione à muliere paritura. Denuntiari autem (inquit) oportet his, quos proxima spes successionis cōtingit, utpote primo gradu hæredi instituto, non etiam substituto.

VII Si Iudex pronuntiet alicui propter prodigalitatē bonorum suorum administratione interdicendum, & eo nomine curatorem dandum esse: non est aliquis citandus. Nam lex id magis facit quàm Iudex. l. j. in princi. ff. De curato. furio. Lege duodecim tabularum (inquit) prodigo interdicitur bonorū suorum administratio. Quod moribus quidē ab initio introductum est. Sed solent hodie Prætores uel Præsides, si talem hominem inuenerint qui neque tempus, nec finem expensarum habet, sed sua bona dilacerando, & dissipādo profundit: curatorem ei dare exemplo furiosi. Et tam diu erūt ambo in curatione, quo ad, uel furiosus sanitatē, uel ille sanos mores, receperit. Bal. & Angelus. in. l. Is cui bonis. ff. De uerbo. obligatio. Idem censet Bartolus de alijs tutoribus & curatoribus dādis à iudice, hoc est, ut nemo citandus sit, in. l. Qui habet. §. Quolibet. ff. De tutel.

VIII Iudex in hoc datus ut inter aliquos ultro citroque rationes examinet & cognoscat (quem nonnulli calculatorem uocant) si ex collatione rationum constiterit alterum alterius debitorem esse, potest in absentem ad hoc nō citatum dicere sententiam. Bar. in. l. ij. §. Quod de frumentaria ratione. ff. De administ. rer. ad ciui. perti. Quod de frumentaria ratione (inquit) in alium usum conuersum est, suæ causæ cum incremento debiti restituatur, idque & si contra absentem pronuntiatum est, inanis querela est. Ratio tamen administrationis secundum fidem acceptorum & datorum ponatur. Paulus Castrēsis in. l. ij. C. Vbi quis de curi. uel cohor. alia. condi. conueni. Abbas in. c. j. De caus. poss. & propri.

IX In sententia taxationis expensarū necessario non requiritur alterius partis citatio, cū altera adest. Bal. in. l. Terminato. C. De fructi. & liti. expen. Cui astipulatur Innocentius, cū alijs in. c. ulti. De his quæ ui metus. caus. fi.

X Vbi disputat apud superiorē iudicē de ualiditate processus inferioris iudicij, ibi necessario nō requiritur citatio eiusdem primi iudicis, quæadmodū nec tum citandus est, cum de iniquitate sententiæ in causa appellationis cognoscitur. Bartolus in. l. j. §. ulti. ff. Ad senatuscō. Turpilia. Innocentius in. c. De cætero. De transacti. Ratio: Quia primi iudicis principaliter nihil interest, unde non est de eius præsentia laborandum.

XI Si uocādus in ius est homo crudelis, sufficit una citatio. Bal. in. c. j. De mili. uasal. qui contu. est.

XII In causa matrimoniali una citatio satis est. Nunquam enim sine periculo potest hoc negotium diu differri. Antonius in. c. Perlatum. Qui fili. sint legiti. Et in summa. Oēs causæ quæ sine figura iudicij, summarie tractantur, hæc possunt item diffiniri simplici citatione, quæ semper intelligitur peremptoria. Cle. Sæpe. De uerbo. signifi. Barto. in extraua. Ad reprimendum.

XIII Si consuetudo ita habeat, ut ad sonum campanæ celebrentur iudicia & diffiniātur causæ ciuium (quod in plerisque Ciuitaribus obseruatur) ea est uice citationis peremptoriæ, nec opus est aliter uocare litigatores. Mos enim patrius retinendus est, præcipue cū ad amputandas lites pertinet, argu. l. Testamenta, in fi. C. De testamēt. Hinc est, quod omnis terminus à iudice decretus censeatur peremptorius ex consuetudine, sicut & terminus iuris. c. Cui pientes. §. Quod si per uiginti. De electio. li. vi.

XIII Terminus ex uoluntate litigatorum decretus ad diffiniendam causam, habet uim peremptoriæ sine ulla citatione. Bal. in. c. Iuramentum, in fi. De iureiuran. Anto. butri. in. c. Pastoralis. De exceptio.

XV Is qui appellat ab interlocutoria sententia uel à granamine (quod licet Iure Pontificio) non est ulterius & ne quidem ad sententiā citandus. Quoniam per appellationē protestari uidetur se nolle coram eo Iudice de cætero litigare. c. ij. De dol. & contumaci. lib. vi.

XVI Quando processus ex legitima causa est nullus, tunc Iudex potest non citatis litigatoribus pronunciare de huiusmodi inualiditate in casibus quos recēsent Antonius & Abbas, in. c. Causam quæ. De rescript.

XVII Nonnulli addunt in prouisione ex mandato Romani Pontificis alicui faciendam citationem non requiri. Ex quorum numero Baldus est in. l. Neque natales. C. De probati. Ego hanc exceptionem nihil moror.

XVIII Quidam adserunt, Principem posse sententiam dare nō citatis partibus. Quod falsum est per. l. ulti. in princi. C. De legi. Si Imperialis (inquit) Maiestas causam cognitionaliter examinauerit, & utrisque partibus cominus constitutis sententiam dixerit.

XIX Aeq; perniciosum & illud est, qd plerique dicunt, inhibitiones ab ecclesiasticis iudicibus decerni posse ad ciuiles iudices, ne in causis ultra procedāt, non citatis litigatoribus, ad quos ea res pertinet. Et quanquam hactenus sic obseruatum est, cōmunis tamen Doctorum sententia est, hanc inhibitionem non aliter ualere quā citato aduersario, forte legitimam causam allegaturo, quare huiusmodi inhibitiō iure fieri non possit, Iason in. l. Nec quicquam. §. Vbi decretum. ff. De offici. proconsul.

XX Non procedit commentum eorum, qui putant cōtra contumacem in respondēdo positionibus recte ferri sententiam, nulla citatione præcedente, ut idem Iason in. d. §. Vbi decretum, satis bene probat.

P E R O R A T I O

HACTENVS uolui de sententia & re iudicata ad usum fori disputare, ut uideres quā curiosi fuerint Legislatores: ne Magistratus autoritate sua abutantur ad præmendam innocētiam: quanta uoluerint solennitate diffiniri iudicium. Tu bone Lector, conatū hunc nostrū ad restaurandam Iuris disciplinam boni consule. Quod si feceris, alacriorem nobis ad tentanda maiora reddes animum. Interim in **CHRISTO** uale, & cole pietatem.

F I N I S.

INDEX TITVLO LORVM HVIVS OPERIS.



Absentibus & non citatis li-
nigatoribus si fuerit lata
sententia 353
Accessoriarum libellorum clau-
sulæ 196
A corrupto Iudice si data

fuerit sententia 350
Acquirendo rerum dominio 281
Actionum diuisio 159
Actionibus in materia præscriptionis 283
Actio quid sit 149
Actiones, quæ sunt in simplum, in duplum,
in triplum, in quadruplum 173
Actionis uerus usus 157
Administratores, Iudices, Tutores, &c. quan-
do ad testimonia ferenda admittantur 253
Adulterio 295
Adulteriorum accusationi quanto tempore
præscribitur 396
Aedilibus 30
Aequitas quid sit, quid strictum ius 123
Ætate hominis 291
Agnationis, cognationis, & gentilitatis diffe-
rentia 257
Agendi cum populo quibus ius fuerit 39
A Iudice stante si feratur sententia 352
Amicitia quæ faciat suspectum testimonium 249
Annus quot dierum sit, & quando incipiat 280
An ualeat statutum, ne quis post annum &
diem audiatur 281
Appellationibus 287
Appellatio quid sit, & quis eius effectus 344
Appellatio à restitutione & supplicatione
quid distet 344
Auspicijs, Electionibus, alijsq; ritibus 35

B

Bello 293
Bona fides quid sit 269
Bonæ fidei actiones quæ sunt, quæ stricti iu-
ris 177

C

Causæ legitimæ, quibus excusamur à
contumacia 355
Censoribus 30
Citationibus 364
Cives quando in causa Vniuersitatis testimo-
nium dicere possint 250
Ciuiles actiones quæ sunt, quæ Prætoriarum 159
Cognitio causæ in quibus uersetur 219

Comitorum uarietas 35
Commissio 304
Compensationibus 148
Conscientia quid sit 227
Consilia in materia præscriptionis 307
Cōstitutio Caroli V. Imperatoris, de ferijs 361
Consuetudo Romanorum Iudicum feren-
darum sententiarum 359
Continuus annus quis dicatur 280
Continua possessio 268
Contra ius uel utilitatem publicam si fuerit
pronunciatum 347
Contra rem iudicatam si pronunciet iterum 359
Contumacia 304
Contumax quis dicatur 355
Cui iuris dicendi munere interdictum est, si iu-
dicauerit 349
Cultu deorum 9
Custodia reorum 299

D

Damnatis 305
Deiectæ actio quando sit annalis 284
Dictatoris officio 34
Dictatoribus 32
Dictis testium 255
Diebus Deo sacris 361
Dies quid significet 279
Dies quomodo intelligendus sit in iure Ci-
uili 280
Dies quam uariè sit acceptus apud uarias
gentes Ibidem
Diffinitua sententia quid sit 243
Dilationibus Iudiciorum & contractuum 289
Directæ & contrariæ actiones quæ dicantur
168
Directæ & utiles actiones quæ sunt 160
Diuinæ tabulæ A. 6. fa. 2
Doctrina Bartoli de restauranda instatia 351
Domestici quando ad testimonium dicen-
dum admittantur pro ijs de quorum do-
mo producuntur, quando non 248
Dominus si fuerit condemnatus cum pro-
curator litem egerit 361
Duobus sacerdotum generibus 16
Duplici cultu deorum 11

E

Effectus supplicationis 345
Emphyteusi 300
Emphyteusis quid sit 291

I N D E X.

Emptione & uenditione	64	Instantia	351
Epitome successionis ab intestato	53	Interlocutoria sententia quid sit	243
Errore aduocatorum	194	Interregis creatio	40
Errorem calculi si exprimat sententia	362	Interrogatorijs testium	258
Error in deferendo iureiurando	231	Interruptio naturalis qd sit, qd Civilis	270
Exceptionibus temporum in materia præ- scriptionis	282	Interruptione Vsucapionis & præscriptio- nis	277
Exempla interrogationum in caussa iurisdic- tionis, matrimonij, famæ &c. 259. & seq.		Inuentarij utilitas	299
Ex falsis testimonijs uel sententijs, si iudica- tum sit	355	Iubileo	306
Ex multis Iudicijs, si unus pronunciauerit absentibus alijs	353	Iudex an debeat sequi conscientiam suam, an probata in iudicijs	227
Ex non scripto si pronunciatum fuerit	358	Iudex, ob legitimam suspicionis causam re- cusatus, si dederit sententiam	349
Expēse, quibus ex causis debeantur 198. in fi.		Iudex si excedat datam & præscriptam sibi potestatem	365
F		Iudex si pronunciauerit tumultuariè ac sine ordine Iudiciario.	353
F Acta quomodo discernenda sint	220	Iudicijs, in Ius uocando, dilationibus	59
Falsus procurator si interuenerit in iudi- cio	362	Iudicijs	285
Familiæ erciscundæ	55	Iure Gentium A. 5. fa. 2	2
Famofæ actiones quæ sunt, quæ non	176	Iure naturali A. 3. fa.	2
Ferijs	15	Iure personarū, de patria potestate, de tuto- ribus & curatoribus	44
Ferijs, hominum gratia constitutis	361	Iure reuocandi domum	337
Feriatō tempore si fuerit dicta sentētia	361	Iure scriptōne an æquitate iudicandū sit	225
Feudo	299	Iuris naturalis perpetua priuilegia	315
Feudis quæ singularia	58	Iurisprudētia, quæ cæteris artibus uidea- tur difficilior A. 3. fa.	1
Fide diuersorū testimoniōrū excutiēda	261	Iuris singularis uaria nomina	312
Fideiussorum priuilegia	315	Iuris singularis uera diffinitio	310
Filia quando possit sine patris consensu ma- trimonium contrahere	301	Ius singulare quotuplex	311
Formula libelli, per quem editur actio	189	L	
Furtis	71	L eges qua diligentia legendæ sint	222
G		L egitima hominis ætas quando inci- piat	292
G lande legenda	299	Libellus & sententia si discrepent	365
H		Libellus quid sit	190
H ebdomadæ quot dierum sint	280	Libellus in quibus causis nō requiratur ne- cessariò	208
Hæredibus	294	Libellus quando ualeat sine cōclusionē	195
Hora, die, mense, & anno, quatenus ad ius attinēt	279	Libellus quàm uaria significet.	189
Hostijs & officijs sacerdotum	14	Libellus quid complecti debeat	191
I		Ludo	306
I mpossibilis si fuerit sententia	362	M	
Impuberes	291	M acedoniani S. C. priuilegium	313
Incerta sententia quando ualeat	358	Magistratibus	26
Incestus quid sit	23	Magistratibus ciuilibus	27
Infamis quis dicatur	250	Magistratibus militaribus	28
Infans. Infantia	291	Marito impotente uel captiuo	305
Iniurijs absq; delictis	66	Mala fides quid sit	269
In loco inconueto si iudicetur	361	Mens, uirtus, pietas, quare nobis à Deo infi- ta sint	12
In persona testis præsentis quid sit obser- uandum	255	Milit.	
In propria caussa si quis iudicauerit	350		
In quibus causis cesset Vsucapio	273		

I N D E X.

Milite ueterano	305
Minoribus	297
Modus omni in re optimus	24
Mulieres quando ad testimonia ferenda admittuntur	252
Muneribus & honorib.	302

N

Naturalis obligatio cur sola nō producatur actionē nisi ex magna causa	153
Naufragio	304
Nocturnis mulierū sacrificijs ac ludis	20
Noia quædam Imperatorū ac Iurisconsultorum	241
Nouæ constitutiones quando generaliter omnes ligent	297
Noxalibus actionibus	185
Noxia & noxa quid differant	Ibidem
Nulla speciali petitione litigatorum præcedente, si sit pronuntiatum	355
Nundinis	306
Nuptijs	300

O

Obscuritas articulorū quibus modis cognoscatur	202
Omissio Iurisperitorum consilio, quod statutu exigat, si feratur sententia	352
Origo contractuū, obligationū, ad actionū	(152)

P

Peculatus qd sit, & quæ eius pœna	254
Peremptoriū quid sit, & quō fiat	353
Perpetuæ actiones q̄ sint, quæ tēporales	175
Personis testium	247
Pietas quid sit	4
Pœna eius, qui lite contestata, sine legitima causa recusat respōdere positionib.	197
Pontificibus quantā autoritatē Numa Pompilius tribuerit	15
Positionibus & articulis	201
Post peremptā instantiam si data fuerit sententia	350
Præcepta iuris de Magistratu	40
Præiudicialibus actionibus	186
Præiudiciales actiones quæ dicantur generaliter	187
Præiudicium quid sit, & quomodo in Iure accipiatur	186
Præscriptio quid sit	271
Prætoribus	32
Primo decreto	304
Priuatus aut incompetens Iudex si iudicauerit	348
Priuilegia maritalia, accusantis uxorē de adulterio	296

Priuilegia militum	322
Priuilegia miserabilium personarum	330
Priuilegia piarū causarum	336
Priuilegia ueteranorum	325
Priuilegium creditorum	339
Priuilegium definitur	310
Priuilegium illustris personarum	317
Priuilegium mulieris fideiubentis	339
Priuilegium professorū bonarum literarum & studiosorum	319
Priuilegiū egregiarū personarū & ualudinarianorum	318
Probatio quid sit	229
Probationis plenæ species	230
Probationis semiplenæ species	235
Promulgatione legum, de priuilegijs, de singulis rebus agendis	42
Pubertas	291

Q

Quam grauius errēt, qui nō prius actionem inuestigant, q̄ adeāt Iudicē	218
Quando & à quibus consequamur solidum debitum	181
Quam necessaria sit ratio temporis	265
Quando actiones possint cumulari	187
Quando apud Romanos cœperint bini Imperatores simul regnare	241
Quatenus hoc ppe locū inueniat usus & gratias	
Quæ actiones cōtineāt causam p̄prietatis: q̄ quasi p̄prietatis: q̄ deniq; possessio	(226)
Quæ actiones porrigantur ad hæredes: quæ uero non	(166)
Quæ sint actiones in rem, quæ in personā, quæ mixtæ	163
Quæstoribus	39
Querelā falsi p̄ponēti, qd sit p̄bandū	246
Quibus inuitis nō denūciat testimoniū	243
Quid probandū sit ei, qui adserit, nudis uerbis reuocatū esse testamentum, quod legitime confectum fuerat	299
Quinq; differentia appellationis & prouocationis	345
Qui se putauit Iudicem, cum nō esset: aut cū esset, ignorauit, si dederit sententiam	349
Qui sint indigni hoc beneficio, nē soluāt soli	
Quo inuestigāda sit actio	220 (dum 183)
Quo priuatum admonēdus sit debitor, ut satisfaciat	157
Quotuplex sit p̄batio	229

R


Receptis arbitris	305
Redemptis ab hostib.	306
Rei persecutoria actiones quæ sint, quæ pœnales, quæ mixtæ	171
Res	

I N D E X.

Resiudicata	61		
Religione	9		
Remedia aduersus iniquam sententiam Iudicis	345		
Rescriptis & nouis constitutionibus	296		
Restitutionis auxilio quādo utendū sit	344		
Restitutionis in integrū beneficiū	316		
Reus quō recuperet bona sua, in quorū possessionē actor ex primo decreto missus est	304		
S			
S acrilegio, periurio, incestu	22		
Scripturæ quæ sint fide dignæ	134		
Senatu	57		
Senatui quatenus potestas deferatur	37		
Senatus censura uehemens	31		
Sententia quando non sit inualida propter ineptitudinem libelli	356		
Sententia quid sit & quotuplex	345		
Sententia si sine certa quantitate proferat	357		
Separatio quid sit, & quare introducta	298		
Sepultura ueterum	28		
Seruitutibus & finibus regundis	65		
Significatione usucapionis & præscriptionis	266		
Sine condemnatione uel absolutione si proferatur sententia	358		
Singulares actiones quæ sunt, quæ generales, quæ uniuersales	173		
Si noctu iudicatum sit	360		
Si testes instrumento repugnent	262		
Socijs	302		
Strictum ius quot modis accipiatur	223		
Studiosi quibus admissis & casibus sua priuilegia inualident	321 & 322		
Stuprum quid sit	23		
Studiosorum priuilegia	320		
Subditi quando in causa sui Magistratus ferre possint testimonium	249		
Successione testamentaria & legatis	51		
Successionis ab intestato optima causa	49		
Successio eorum nulla est, qui ex damnato coitu sunt	57		
Suffragijs	38		
Suis & legitimis hæredibus	49		
Sumptibus funerum & sepulchris	24		
Super inepto libello si fuerit lata sententia	356		
Supplicatio quando, quibus, & quomodo offerenda sit	345		
			T
		T emplis & lucis	10
		Temporibus Magistratum	35
		Testamentis	298
		Testes quando possint produci ante litem contestatam	197 & 245
		Testes quomodo sint interrogandi	259
		Testibus	245 & 287
		Testimonium de alieno auditu quando ualeat	257
		Titulus quid sit, & unde dicatur	263
		Tribunus plebis	35
		Tribunorum militarium officium	29
		Triumphales leges Romanorum	36
		V	
		V arijs contractibus	303
		Vasalli quando testimonium possint ferre in causa sui domini.	250
		Verisimiles coniecturæ quando sufficiunt ad iustam probationem.	232
		Verus sensus Tit. C. De formu. & impe.	156
		Vitiorum aliquot multæ.	43
		Vnde manarit error causidicorum qui sine modo ac iuris ratione causas agunt.	212
		Votum quid sit.	24
		Vsucapio & præscriptio quo iure introductæ sint	272
		Vsucapio & præscriptio quid differant	267
		Vsucapione utrum directum an unile domini acquiratur	268
		Vsucapio quid sit: quid præscriptio	267
		Vsucapio unde dicta	266
		Vsus lectionis Romanorum Iurisconsultorum	221
		Vsus locorum communium, in actionibus exercendis	188
		Vtilis annus quid sit	281
		Vtri litigatorum sit decernenda probatio ex varijs causarum circumstantijs	234
		Vxori quam diu expectandum sit ad explorandam mariti impotentiam	306
		F I N I S P R I O R I S I N D I C I S.	

A X I O M A T O N

CATALOGVS COPIOSVS ET PERVTILIS.

 bsentis cōdemnatio, qui citatus nō fuit, nulli ⁹ momēti est	363	Aduersus agnatos & cognatos nō cogimur dicere testimonium	243
Absurdum est in Iudice statuere duplicem conscientiā	227	Adulteriꝝ accusationi quinquēnio p̄scribitur	396
Abusus etiam p̄clara Reipublicæ pernitiosa facit	41	Aedificium in alieno solo extructū cedit solo, si non sit ex rebus ecclesiasticis extructum	331
Accipiendi magnus est delectus	43	Aetas puerilis seipsam tueri impotens summpere ab iniuria defendenda est	46
Accusationi adulteriꝝ quinquēnio p̄scribitur	296	Aedilium officium	30
Accusatori priuato, integra dictandi iudicij formula seruat	44	Aequitas non desyderatur in his casibus, de quibus lege statutum est	225
Accusator legitime impeditus, cessante impedimento potest in iudicium reuocare reum, si interea absolutus fuerit	284	Aequitatis usus non potest certis formulis p̄ omnes circumstantias describi	224
Actio debet ordine proponi, per necessarias & proprias positiones	156	Agere licet in ferijs quod p̄termissum noceret	13
Actio ex sententia uel transactione, non requirit libellum	211	Alimentorū causa pia est, habetq; multa priuilegia	337
Actio ex stipulatu p̄ dote, est bonæ fidei	329	Alterius dāno nemo debet locupletari	272
Actio hodie quoq; requirit formulam	149	Ambigua & obscura testimonia suspecta sunt	257
Actio in iure strictius, pro iudicio in inuitū accipitur	149	Ambitio nimia imperia transfert	15
Actiones ex interdictis, nisi in ordinē aliarū actionum redigantur, non possunt rectē percipi	166	Animus tener nihil facilius excipit uarijs cātus sonis	21
Actio nihil aliud est, quam facultas exigendi debiti	149	Annos XX. nati impetrare possunt facultatem administrandarum rerum	292
Actiones primum à collegio p̄rificum, postea cōp̄ere à Prætoribus impetrari	155	Antiquitas egregijs exemplis claret	30
Actiones sunt ex Iure naturali; formā autē & solēnitatē acceperūt à Iure positiuo	156	Antiquitatis cognitio ad Ro. leges discutendas requiritur	12
Actionibus non est utēdum sine delectu, aut necessitate	157	Apostoli sunt intra XXX. dies petendi	288
Actioni omni, uis aberit	41	Apostatæ sine libello accusantur	210
Actor ad sustinendam reconuentionē apud electum iudicem non est cogendus	321	Appellans inuocat superiorem iudicem, supplicans uerò eundem q̄ iudicauit	345
Actore differente litiscontestatiōē post duos menses, liberantur qui fideiusserūt reum iudicio sisti	290	Appellari debet intra X. dies	287
Actori incūbit probatio eius q̄d adserit	235	Appellatio extinguit condemnationis pronunciatum	244
Actor ubi semel emendauit libellum, nō est denuo admittēdus ad castigationē	200	Appellationis aut exceptionis tantum causa ad superiorē Iudicē aut Principem licet confugere, miserabilibus personis etiā nuda appellatione	339
Adfinitatis iure nulla successio p̄mittitur	57	Appellatiōi emēdādæ X. dies cōcedunt	388
Admonendus primum est debitor ut satisficiat priusquam actione conueniatur	157	Appellatus non dicitur appellantis aduersarius	344
Ad quintam interrogationē libelli, summo iure nō cogit aduersarius respōdere	212	Arbitramentum propius ad transactionis q̄ Iudicij formam accedit	36
Administration finita, p̄nitentia superuacua est	47	Arbitratoribus licet noctu dare sentētiā	360
Ad soluendum condemnatus habet quatuor menses	286	Arma etiam ab omnibus ad intercedēdum pro Repub. sumētur	41
		Articuli erunt perspicui	205
		Articuli positionales non sint superuacanei aut impertinentes.	202

Aua-

I N D E X.

Auaritia maxime humanas mentes corrūpit	47	Ceremoniæ ignotæ cōfundūt religionē	16
Auaro etiam sua defunt	315	Christiani legem Dei expendunt & pœnitentia bunt	18
Augusti olim qui fuerint	34	Christiani omnia in Christi tantum nomine auspicabuntur	41
Autoritas Ecclesiastica iuxta Canonū præscriptiones cæremonias præcedet	10	Christi uerbum quàm sit salutare	18
B		Chyrogaphū uitiosum trāsferit probationis onus in creditorem	240
B Eati q̄ uitę tēpus diuinę legi insumūt	12	Ciuitas quomodo optime regatur	37
Bella priuata cęteraq̄ cruęta spectacula, quibus olim delectabantur, hodie prohibita sunt	18	Ciuitas ut cupiditate inficitur ita continentia expurgatur	38
Bellica res moram auerfatur	29	Ciuitates hodie potius à malis uindictabunt quàm opplebunt, Magistratus	31
Belli foelix successus non est sperandus ubi disciplina militaris remittitur	29	Cognati usq; ad tertium gradum non admittuntur ad testimonium in causis criminalibus	248
Belli iustitia ex iure naturę metienda	36	Cognitio nulla ē ab infinitis ad finita A. 3. f. 2	
Bellorum finis tantum est in Reipublicę cōmodo	33	Comitia maxima adhibēda sunt ob certam priuilegiorum concessiōem	45
Bellum iustum est quo moderati hostes uicti conseruantur	36	Commoda publica priuatis sunt præferenda	327
Bellum pacis causa suscipiendum	36	Conclusio libelli ex forma & natura actionis producitur	219
Bellum quomodo olim indiceretur	29	Condemnatio domini, litigante procuratore, irrita est	361
Benignitas superiorum erga inferiores cōmendanda est	10	Conditio adiecta legatis ad pias causas nihil impedit quo minus illa debeantur	335
Bonę fidei contractus præstant etiam illa, de quibus noiatim cōuentū nō est	274	Conditio in legatis eueniens non trahitur retro nisi pietatis causa	334
Bona fides ab alijs acquirendi domini, causis separationem recipit	269	Cōfessio geminata extra iudicium, habetur pro iudiciali	208
Bona fides possessoris debet esse cōtinua usque ad exitum Usucapionis	270	Confessio, & sine præcedente interrogatiōne in Iure facta, necessario probat aduersus consistentem	230
Boni uiri abhorret forēses cōtrouersias	157	Conscientia excuti debet ante Iudicium	158
Breuitas tam Senatori quàm Oratori competit	49	Conscientia etiam agresti & indocto homini indicat benē ne an malē fecerit: estq; mille testes	A 4
C		Conscientiæ iudicium non fallitur	24
C Alculi error si fuerit in sententia, non ualet	362	Consiliorū ratio legibus coniuncta erit	29
Calumniosum sæpē est, libellum incorrectum exhibere	200	Constantini tempore abrogatę sunt formule & impetrationes ueteres	155
Calumniatores intra annum pœna quadrupli tenentur, postea simpli	285	Consultatio frequens erit	42
Carcer continendis non puniendis hominibus habebitur	63	Consuetudo, prorogādę citra legitimā causam instantiæ, non est probanda	352
Causam mali qui dedit plane puniendus est	41	Continuatiō possessionis nō interrumpitur per nouum successorem	268
Causas orantibus turpe est Ius in quo uersantur ignorare	324	Contractus est mediata causa actionis: obligatio autem immediata	153
Causę beneficiorum & usurarum tractantur sine libello	111	Contrahēdā esse Iuris Ciuilis disciplinā	2
Causę fiscales diffiniri possunt à Iudice, tam reo quàm actore absente	356	Contractus innominati locum pœnitentię faciunt præterquam in pijs causis	331
Causę Iudicū ex nō scripto agēdę sunt	111	Cōtractus si Iure coi ualeat, S. C. cessat	154
Causę modicę & uiliū sine libello diffiniuntur	209	Corru-	
Censura non cessabit donec uitia restant	31		

I N D E X.

Corrupti Iudicis sententia ipso iure non ua- let 350	Diem hodie metimur à solis ortu usq; ad oc- casum 279
Corrupti testes nullam faciunt dictorum fi- dem 253	Dierum discretio 14
Creditores expressam hypothecam habent- es mulieri præferuntur 328	Dierum profestorū uaria olim fuit æstima- tio 14
Creditori nō incumbit probatio, cui cautio exposita est adiecti debiti causa 236	Dies in Iure Ciuili secūdam subiectam ma- teriam est accipiendus 280
Criminales causæ intra bienniū, Ciuiles tri- ennio diffiniri debent 268	Dignitates soli uirtuti deferentur 43
Criminalib. accusationibus XX. annis præ- scribitur 304	Dilationem soluendi petens acquiescere sen- tentia iudicatur, itaq; rectè sustollitur ap- pellatio 324
Cui probatio incumbit, is potest aduersario iurandū de controuersia deferre 235	Disputatione sobria politia fontes per lustra re frugiferum est 50
Culpa expiatur, sed contumacia, adeoq; cir- ca Religionē ceu impia est dānanda 21	Diuinationes illicitas pollicentes principū constitutionibus tenentur 68
D	Diuisio adfert plurimum lucis inuestigan- dis rebus in omni disciplina 158
D ebiti dicitur, quicquid efficaciter po- test exigi 150	Diuitia maxime sunt diuitias non desidera- re 313
Debiti condonati in fraudē creditorū, aliās solidum aliās minus reuocatur 303	Doli mali actio durat biennio cōtinuo 284
Debitor admonitus, si recusauerit satisfacere, tū demū actione cōueniendus est 158	Donatio ecclesie sub modo facta ob modi defectum reuocari nequit 335
Debitoribus fisci indulgentur duo menses ad soluendum 289	Donationis titulū asserens pbare debet 240
Debitor principalis prius q̄ fideiussor con- ueniendus est 316	Dos mulieris non temere obligatur aut alie natur 328
Debitū ex actoris etiā psona metiēdū est 150	Dotalia priuilegia plurima ubiq; sunt 326
Decimarum & dotis pia causæ sunt 336	Dotem pro filia dare mulier nō cogitur 326
Delegati Iudices si plures sint, nō possunt ali- q̄ ex ijs absente ualidā sententiā dicere 353	Duo contententes se rem possidere, audiri possunt sine libello 211
Delegatis Iudicibus præscribere certos limi- tes, q̄s iudicādo nō excedant, plurimū cō- fert ad expeditionē controuersiarū 363	Dōs ex Iudicis officio, filia patre absente de- cerni potest 329
Defuncti uita omnibus iniurijs erunt exem- pti 24	Dominium Iure cōmuni sine traditione ex contractu non transfertur 330
Defunctus cum liberos aut parētes reliquit non est ad propinquos respiciendum 57	E
Dei & Iuris ordinatio non sine grauissima causa priuilegijs relaxantur 45	E ffectus actionis exercetur aduersus no- lentem præstare debitum 150
Dei noie nemini malè imprecandū B. 1. fa. 2	Effectus appellationis est extinctio prioris sententia 344
Delectus actionum habendus est, pro quali- tate negocij 158	Emancipationis differentia hodie ferè subla- ta est 294
Deliberandi potestas de hæreditatis aditio- ne datur liberis 49	Emptio simulata neq; dominium transfert neq; ullo modo subsistit 64
Delicta lege cognoscuntur 47	Emphyteuta, triennio non soluens pensio- nē, expelli potest à domino 290
Delinquentes haud temere puniuntur 10	Enumeratio malorum ommissis bonis digna accusatione est 28
Deum nihil præterit Ibidem	Episcopi de subditorū causis sine libello co- gnoscere possunt 210
Deus iustitia & pœnitentia potissimum pla- catur 23	Equus auratus non habet idem cum militi- bus priuilegium 324
Deus nō cognoscit absq; uerbo eius B. 1. fa. 1	Errantibus iura subueniunt 317
Deus omnium bonorū autor A. 3. fa. 2	Erratum est in significatione noxæ, Institū. De Noxa, actio. Et. l. ij. C. eo. tit. 186
Dictatoris quod officii olim fuerit 34	Kk Error

I N D E X.

Error caussidicorū, qui sine delectu & ratione iuris causas agunt	218	Fideiussor ex nudo pacto non tenetur nec actio oritur	330
Errores Gentium merito ardentiores nos ad nostram religionem redderent	10	Fidem suam pro alijs astringens liberare eā cogitur, nisi scēmina sit, quæ est fideiussori mādaret, ut pmitteret pro aliquo, hoc excipiendi tamē beneficio iuuatur	339
Error Iuris Usucapionem impedit	269	Fides Christicolæ ex æquo saluabit	12
Eruditio magnam uim habet in rebus mortalium	319	Filij diuersarum nuptiarū quomodo parentibus succedant	54
Eruditionis excellentia etiam morte multandum seruaret	322	Filij patris mortui in stirpes cum patris succedunt	54 & 56
Euangelium diuinationes Ethnicas profulgauit	19	Filij male educatis ciuitas etiā corrūpit	47
Euidentiæ facti est plena probatio	231	Filius familiæ patris consensu ad pias causas testamēto aliqua relinquere potest	333
Exceptio adfertoria probari debet	236	Filius familiæ q̄ pro alio fideiussit non iuuatur S. C. Mac.	314
Exceptio doli mali probanda est	239	Filius illegitimus ad pias causas à patre institui potest	332
Exceptio inepti libelli non est semper repudianda	156	Filius legitimus est qui septimo mense ex legitimis nup. nascitur	48
Exceptio nō numeratæ pecuniæ intra biennium (sed in pijs causis semper) opponi potest	331	Filius patris iniuria nullam artē doctus non cogitur alere patrem	47
Excōmunicati sunt intestabiles	252	Filius iustus etiam post X. menses permissu iuris nascitur	48
Excommunicatos Hebræi uocabant Apopy nagogos	254	Filius pietati deditus nequit à patre ob ingratitudinis causam ante admissam, ex herediari, ut alijs	332
Executor testamentarius aduersus hæredē non habet actionem ad rē quæ alicubi relicta, est nisi in pijs causis	336	Filius prope necari uidetur qui nulla imbutur arte	47
Exēpla mala prouocabunt Magistratus ad legislationem	314	Finis actionis est, exequi iustitiam	150
Ex facto ius uariatur	222	Frater admittitur ad testimonium in causa fratris pecuniaria	248
Ex legib. XII. tabularum, compositæ sunt actionum formulæ	154	Fratres adoptati ab extraneo non acquirunt succedendi ius	36
Expensarū cōdēnationē petere, nō solū utile, sed & summè est necessarium	198	Fratres consanguinei soli uel uterini succedunt in capita ex æquo	56
Ex qualitate causæ interdum Iudici statuum est, utrum instrumento an testibus fides deroganda sit	262	Fratres defuncti naturales & legitimi æqualiter in capita succedunt	55
F		Fratres legitimi tantum si ab auo sint adoptati mutuo sibi succedunt	56
Facti species tota est expendenda ad inuestigandam actionem	220	Fratres utrimq; coniuncti excludunt alios	56
Falsus testis extra ordinē puniri potest à Iudice	258	Fratres legitimati in successione pares sunt legitimis & naturalibus	Ibidem
Fauorabilior est actor, si disputeet de ineptitudine uel obscuritate petitionis	204	Frigida quæstio ē, quare actionib. pœnalib. non persequamur ultra quadruplum	173
Feriarū postrema pars rectissimè destinata fuit olim transigendis litibus	158	Fugæ suspectus potest XX. horis retineri à priuato	259
Feriarū aliæ sunt ad honorem Dei, aliæ ad hominum utilitatem constitutæ	361	Fulgura olim triplicia	19
Feriarū litibus hominum liberorum uacabunt	15	Funera sumptuosa sublata sunt	26
Feriarū necessitati pietatisq; exercitio nihil obsunt	Ibidem	Furiosi & pdigi, etiā XXV. annis maiores, in tutela agnatorum sunt	46
Feriarū seruis ocium præstabunt	Ibidem	Furti definitio	71
Ferijs Deo sacris si dicatur sententia, ipso iure non ualet	361	Furtiæ res non usucapiuntur	275
Feudi successionum singularia	58	Gallo-	

I N D E X.

G

Gallonū sacrificia, quibus hoies immo-
labātur, bene à Senatusconsulto sunt
abrogata 19
Gentes naturali lumine magicā superstitio-
nem damnandam censuerūt 42
Gentes quare ita à recta uia aberrarint 12
Gentium ius autoritas est multorum popu-
lorum A. 6. fa. 1
Germanis iustitia germana erit 47

H

Haeredem eius repudians qui decimas
debet, priuatur ijs quæ à uiuo testato
re accipit 336
Hæredi qui recusauit maternam hæreditatē,
annus datur, intra quem possit eam, muta-
ta uoluntate, adire 295
Hæredi deliberatiui, de adēda hæreditate,
dantur tres menses 294
Hæres, nisi intra annū soluerit legata, amit-
tit hæreditatem 295
Hæres statim ab adita hæreditate, tenetur ad
traditionem legatorum 295
Hæres successione priuabit, qui testatorē ca-
ptiuū, ab hostib. cū posset, recusauit libera
Hodie non licet occidere hoīem in (re 299
adulterio comprehensum 295
Homicidæ sunt intestabiles 251
Hominū cōmercia subsistere non possunt,
Homo nō est habendus qui (sublata fide 62
legitimoū superiorū impatiens est 27
Homo sibi grauissimus aduersarius 313
Homo sibi imperando magnū Magistratū
assequitur Ibidem
Honestatis formulas respiciet quilibet dicē-
di iuris partes sustinens 50
Humana philantia correctione gaudet 15
Humanus captus cæcus est: nisi diuino præ-
scripto adhæreat A 4

I

Idolatria grauiter à scriptura punitur 12
Imperatorē cōtēnere est offendere Deū 12
Imperator præsens sine libello cognoscit 211
Improbitas unius hominis sæpe causa est fe-
rendæ legis 314
Impuberes ad præstandum iusiurandū non
Impuberes doli capaces sunt (tenētur 297
& possunt committere furtum 69
In causis criminalib. nō deferē iusiurādū 231
Incerta sententia non ualet 357
Infamia duplex est, iuris & facti 176
Infames, impuberes, impij, interdīcti bonis,
ad testimonia ferēda nō admittunt 250

Infantem à Deo creatum fame necari ini-
quum esset 55
Intium negocij respiciendum est, ut facta
rectius discernantur 220
In iudicijs regulariter testes non admittun-
tur ante litem contestatam 245
In Iudicio falsi, criminaliter intento, utriq;
parti incumbit probatio 238
Iniuriarum actiones sunt annales 284
Iniuriarū tenebit actor uel reus qui cōtume-
liosum aliqd falso obijcit aduersario 198
In legatis ad pias causas uel leuiorē quanq;
conditionem sequimur 334
Instrumentorum non est facienda mētio in
articulis 267
In toto Iure nihil certō potest inuestigari, nō
adhibitis causis in natura positis 151
In ualida est sententia, quæ expressam habet
iniquitatem uel publicam lētionem 347
Inuestigatio actionis necessaria est siue uer-
bis, siue ex scripto tractetur iudiciū 219
Irrita est Iudicis sententia, qui iurisdictionis
suz limites excessit 363
Iudex æstimare debet, qd satis pbatū sit 229
Iudex debet suum officium impartiri postu-
lanti secundum Ius 151
Iudex ex officio curare potest testamento-
rum exequutionem 336
Iudex non negat ei ius quem à calumniā-
do repellit 158
Iudex, non obseruās ordinem iudicarium,
sententiam dat ipso iure nullam 353
Iudex non reiiciet libellū ex qualibet causa,
ut cunq; urgeat aduersarius 204
Iudex, q aduersus absentē ex falsis instrumē-
tis uel testibus pncipiat, nihil agit 354
Iudex semp æqui boniq; rationē habebit 34
Iudice ob causam quancunq; recusato, arbi-
tri intra triduum eligendi sunt 285
Iudiciarius processus fieri debet secundum
patrios ritus 269
Iudiciorum tanta uis ut planē oporteat æqui-
tatem seruari 323
Iudicis est, ad finiendas lites, causarum perso-
narumq; habere rationem 329
Iudicis officiū est repellere calūniantes 157
Iuramentum ab aduersario uel à Iudice dela-
tum, plena est probatio 231
Iuramētū dicēdæ ueritatis possunt testib. re-
mittere i, aduersus quos pducuntur 256
Iuramentum tantum afficit iurantis personā
non hæredem 329
Iura oēs ppe unius cōditionis æstimant 323

Kk 2 Iuri

I N D E X.

Iuri Romano frustra dat operam qui fontes eius ignorat A 4. fa.	2	ses non soluit legata	295
Iuris interpretatio, à naturali iure methodica ratione exordienda est A 3. fa.	2	Legati delinquentes in legatione iudicij patientur	338
Iuris naturalis abusus cœpit ex affectu imperandi	311	Legati generales conueniri possunt, & tempore legationis contrahentes	Ibidem
Iuris nullus usus est, nisi per uoluntatē, quæ obtemperat rationi dictanti legis formulam A 3. fa. 2	A 3. fa. 2	Legato in genere regulariter quod minus est, sequimur ad pias causas quod maius est	333
Iuris præsumptio in fauorem pietatis est	336	Legatū ad pias causas à substituto factū debetur, etiā si ille hæres nō existat	334
Iuris singularis uis in multis maximisq; uirtutibus consistit	312	Legatum incertum pietatis causa ualet, alimenterum fauore.	Ibidem
Ius Ciuile est quod neq; in totū à Naturali recedit neq; per omnia ei seruit A .5. fa. 2	A .5. fa. 2	Leges, cancelli sunt malis hominibus circum dati, ne transiliant	A 4. fa. 2
Ius Ciuile uel positium determinat naturale ius	151	Leges non minus obseruare quam custodire decet	42
Ius Ciuile unius populi iussus est A 6. fa. 1	A 6. fa. 1	Leges non sunt de singulis ferendæ	45
Ius dicens rem ipsam tantum dicet	60	Leges XII. tab. magnum pondus adferunt honestæ uitæ	21
Ius est facultas seu autoritas agendi secundū legem A 4. fa. 2	A 4. fa. 2	Legis natura est, generaliter de hominū negotijs statuere	310
Iusiurandum tunc demum est deferendum, cum ex alijs iudicijs ueritas constare non potest	231	Legitima præsumptio, iusta est probatio	231
Ius naturale est, aut positium A 6. fa. 2	A 6. fa. 2	Legitima præsumptio, transfert onus probandi in aduersarium	236
Ius omne annexam gratiam habet	312	Legum uis potius, q̄ uerba tenenda	27
Ius singulare cessat causis cessantibus	310	Lex à deligendo potius q̄ à distribuendo dicitur	A 3. fa. 2
Iustitia est uirtus perducens ius & legem ad exercitationem A 4. fa. 2	A 4. fa. 2	Legis Ciuilis status ex salute publica dimanabit	39
Iustitiam uehalem habere flagitium est	58	Lex est commune præceptum, uirorum prudentum consultum	310
Iusti à magistratu honorem ferunt non poenam	315	Lex est sententia qua bona præcipiuntur, prohibentur mala	4. A fa. 2
Ius ubiq; seruat æqualitatis relationem inter subditos & Magistratus	245	Lex inferior cedit superiori	272
Ius uel lex naturæ, summa ratio insita est à natura, quæ iubet facienda uetatq; contraria A 4. fa. 1	A 4. fa. 1	Lex non opinionibus sed summa uirtute & hominis natura metienda est	A 3. fa. 2
L		Lex pprie naturalis notitia est à Deo nobis insita ad discernendum æquum ab iniquo	A 3. fa. 2
L ata contra res prius iudicatas sententia, sine interuentu appellationis aut restitutionis, nō ualet, nisi prior fuerit ipso iure inualida	359	Lex spectans priuatam utilitatem, inferior erit salute publica populi	35
Latitiam Christiani omnem uitabūt quæ à publica honestate uel à Christi cultu aliena uidetur	22	Liberalitatis causa præstita non inducūt, nisi in pijs causis, necessitatem	330
Legata ad pias causas etiam hæreditate nō dum adita petuntur	335	Liberi naturales & legitimi tantū, perinde succedūt ac si ex iusto matrimonio essent	54
Legata hoc anno, aut mense, peti nequeunt, priusquam id tempus plane abierit, sed in pijs causis statim	332	Libellus conuentionalis est syllogismus	191
Legata piarum causarum sublatis impedimentis reuiuiscunt	334	Libellus est duplex, conuentionalis & accusationis	Ibidem
Legatarij mittuntur in possessionē bonorū hæredis, qui in ius uocatus, intra sex menses non soluit legata		Libellus non exigitur in causis, quas leges uoluerunt de plano cognosci	212
		Libellus obscurus aut ineptus, in causa criminali, ipso iure nullus est	204
		Licitam appellationem negligens, supplicatione non iuuabitur	346
		Literæ	

I N D E X.

Literæ bonæ & mores in Repub uigebūt 313
 Lire pēdēte, regularit nō licet supplicare 346
 Lites sine suspicione tractari debent 349
 Litigatoribus permissum est definiendæ li-
 ti breuiorem triēnio terminū statuere 351
 Locatio cum pacto semper intelligitur secū
 dum naturā locationis 316
 Longa possessio est X. uel XX. annorū 271

M

Macedonianum S. C. nihil ei detrimē
 ti adfert qui aliqd per errorē filio-
 familiās mutuauit 414
 Magistratibus non tantū obediendū sed &
 exhibendus cultus 26
 Magistratu diuturno ambire Reipub. occu-
 pationem cuiuslibet cauendum 33
 Magistratu functus Cēsori causam reddet,
 si deliquit 44
 Magistratui ut parētib. libēter parēdū 27
 Magistratum Deus approbauit 26
 Magistratū iusti amant nō timent A. 4. fa. 2
 Magistratū nequicquā metuit faciens quod
 bonum est 313
 Magistratum perpetuum oblatum multi bo-
 ni uiri spreuerunt 33
 Magistratus acceptio iusiurādū requirit 37
 Magistratus inferior extra iurisdictionē suā
 non remittit superioris legem 311
 Magistratus integra uita potius quā legi-
 bus imperabit 38
 Magistratus lex loquens est, lex autem mu-
 tus Magistratus 26
 Magistratus maior, ad quem deuolutum est
 ius dicendæ sententiæ propter negligē-
 tiam iudicū, pōt nullo postulante, dicere
 sententiam 356
 Magistratus mediante cognitione iudicia-
 ria, minister legis est 60
 Magistratus omnia tēpora à pecuniaria cor-
 ruptione aliena erunt 43
 Magistratus plane necessarius est 26
 Magistratus populo præsumt, ceu leges ma-
 gistratibus 26
 Magistratus, post religionem, altera pars est
 publici iuris 44
 Magistratus uerbo Dei creabuntur 37
 Magistratum autoritas in soluendis Legi-
 bus non patebit cuius 311
 Maiestati Dei nulla re rectius libatur q̄ inno-
 centia 14
 Malæfidei possessor nullo unq̄ tēpore usua
 Mandatū finitur morte mandan- (pit 274
 tis, si non sit in pia causa 331

Manus non significat in iure tyrānicā uio-
 lentiam, sed legitimam potestatem 154
 Mater secundo nuptura, petet filijs idoneos
 tutores intra quatuor menses 300
 Matrimonij hodie nulla seruāda differētia,
 mō publica honestas & forma seruet 70
 Mendicantes ualidi non sunt ferendi in ciui-
 tatibus 22
 Methodus nisi adhibeat, inutilis erit omnis
 in iure traditio fol. 149
 Metus nullus angit non timentem conscien-
 tiam 313
 Mēte capti, muti, surdi, sunt intestabiles 252
 Maleficiꝝ ulciscendi acerbitas plerunq; disci-
 plina est bene cautēq; uiuendi 64
 Militibus alienarum rerū administratio re-
 ctē interdicitur 323
 Militū delicta propria aut cōmunia sunt 323
 Militū priuilegia quibus casib. cessent Ibi.
 Militum uerorum multa priuilegia 322. &
 323
 Minores non passim restituntur 316
 Minori regulariter non potest opponi præ-
 scriptio 277
 Minoris fauore, mora re ipsa contrahit 336
 Minor uiginti annis nec iudex nec arbiter
 esse potest 293
 Misericordiam Deus exigit à suis 10
 Modus adiectus quando faciat ut ad legatū
 consequendum cautione opus sit 335
 Mori olim sine iustis contumeliosum erat
 25
 Mortuum ne lædas 66
 Mulierem dedecet fungi uirilib. officijs 314
 Mulieres Iure Ciuili, ad testimonia ferenda
 admittuntur 252
 Mulieres rectē ab omnibus officijs arcentur
 21
 Mulieribus & rusticis non subuenitur aliqui
 propter iuris ignorantiam 324
 Mulier in testamēto pietatis gratia testis esse
 tantum poest 333
 Mulieri pro alio in piam causam fideiu-
 benti non subuenitur 330
 Mulieris iuramentum iure ciuili nihil pro-
 dest 329
 Mutatæ alicuius uoluntatis assertor, cā pro-
 babit 239
 Mutiana cautio cessat in legatis ad pias caus-
 sas 334

N

Naturæ beneficium expectans, oportet
 et gratus sit secundum naturā 57
 Kk 3 Natu

I N D E X.

Naturæ norma, lex bona, à mala rectissime distinguitur A. 3. fa.	2	Nulla est prætermittenda occasio componendæ litis	158
Naturales & legitimi filij ex eodem matrimonio in capita succedunt	54	Nullius momenti est sententia iudicis, quam stans pronunciauit	352
Naturales matri una cū legitimis succedūt, nisi illustis sit mulier	55	Nuptiæ humano generi conseruando maxime necessariæ	326
Naturales notitias Deus in tabulis decalogi uiua uoce renouauit A 6. fa.	2	O	
Naturalia iura hoīs (ad imaginē Dei creati) cordi mentiq; sunt insculpta A. 4. fa. 1		Observationem propinquorum à natura esse	9
Naturalis inspectio, contraria confessioni ipsam eleuat	230	Officium Iudicis est actio	150
Natura tam gignendi quàm nascendi leges tulit	31	Officium Iudicis sæpe sine libello implo- ratur	211
Necessarius est æquitatis usus in legislationi bus & iudicijs	226	Omissum habetur quod uerbis non exprimitur	357
Negans in aliquo facto interuenisse solenni tatem iuris, debet hoc probare	237	Omnia in Christo sunt impleta	31
Negatiuis positionibus interdum uti possumus	207	Omnia possidet qui nihil petit	315
Negans personæ uel rei qualitatem idoneã, probare tenetur	236	Optima Deo proxima sunt	22
Neganti simpliciter non incumbit probatio	236	Oratio longa tantum causa necessitatis utilitatisq; locum habet	40
Nemo in propria causa Iudex esse potest	350	Ordinario Iudice negligente, apud principem aduersarius conueniri potest	359
Nemo potest in ppria causa esse testis	253	Ordinis lociq; in Senatu ratio habenda	40
Nepotes aut pronepotes ante oēs cognatos auo in stirpes succedunt	54	Ordo in Magistratu deferendo magnam uim habet	30
Nobilitas parata pulchrior est creata	30	Ordo naturalis necessarius est in omnibus rebus	30
Noctu lata sententia, nihil ualet: nisi id consensu litigatorum fiat	360	P	
Non est absurdum aut importunum iuri naturali tribuere id, quod ciuilem formã habet	156	Pacta mulieris cõditionem deterioremfacientia non ualent	328
Non censetur ipso iure inualida sententia, quæ contra legem, cuius ambigua est interpretatio dicta est	348	Parentes liberis, ex damnato complexu nõ succedunt, nec contrã	55
Non meretur executionē sententia, quæ sine speciali litigatorum petitione prolata est	355	Parentibus egenis liberi sumptus suppeditabunt	47
Non subsistit argumētum: Prætor dat actionem, ergo est Prætoria	159	Parfimoniam optimum uestigal	315
Non sunt contraria pietati Christianæ actionum exercitia	158	Pecunia aliena emēs rem, eam suam facit si non sit Ecclesiæ pecunia	330
Non sunt multiplicanda in ciuitatibus iudicia	157	Peregrini testes, intra quindecim dies non examinati, inuito Iudice discedere possunt	245
Notoria crimina sine libello & accusatione puniuntur	211	Pauperes honestioris familiæ egregijs & ualetudinarijs æquantur	318
Noxales actiones ex noxia seruorum sunt	185	Per libellum actio producitur in forū	169
Nudum tempus non sufficit ad usucapiendum	273	Periuri nec fidem merentur, nec bonis uiris sunt adnumerandi	23
		Periuri non prohibentur multari	10
		Persequendi appellatio generalis est	150
		Personæ egregiæ non coguntur inuitæ testimonium dicere, nisi ueritas periclitetur	319
		Personæ miserabiles optimo iure extra prouinciam non trahuntur in ius etiam iudicibus ordinarijs iustitiam aduersarijs nõ admini-	

I N D E X.

administrantibus	339	cz utilitati	273
Personis egregijs Magistratus, doctores, & Ecclesiastici annumerantur	318	Priuati aut incompetentis Iudicis sententia, ipso iure nulla est	348
Petens restitutionē, implorat misericordiā: appellans, persequitur ius suum	345	Priuilegia constantem rationē in natura habentia perpetuo competunt	311
Phanatici linguas & cæremonias reiicientes optime à doctis improbantur	10	Priuilegia corpori aut uniuersitati concessa perpetua sunt	312
Pietas Deo gratior est sumptibus	Ibid.	Priuilegia egregiarum & impeditarum ualitudine personarum	318
Pijs caussis tractandis nullæ obstat feriæ	361	Priuilegia ex summa æquitate certis personis sunt concessa	43
Pœna confessi non habet locum, nisi iussu Iudicis præcedente	189	Priuilegia illustribus & maioribus magistratibus optimo iure conceduntur	317
Pœna in Iure non expressa, arbitrio Iudicis æstimanda est	209	Priuilegia illustrium personarum	Ibid.
Pœnæ & oēs legitime defensiones ex natura sunt, sicut Magistratus A 4. fa.	2	Priuilegia ob eandem rationē aliquando ad similes casus porriguntur	337
Populi impetus caret periculi ratione	28	Priuilegia piarum caussarum	330
Positio, est adseritio rei particularis, quæ ad causam pertineat	201	Priuilegia sublata admodū ius accideret	43
Positiones & articuli habent uim interrogationum, quamuis pronuntiatiue ponantur		Priuilegiorū causæ ex naturali ratione metentur	312
Positiones nouæ prioribus addenda, repelli nõ debent, & publicatis dictis		Priuilegium cõceditur ob sexus quoq; aut ætatis imbecillitatem	311
Possessionū controuersia dedit (testiū caussam interdictis	200	Priuilegium contra ius naturæ aut utilitatē publicam iniquum est	310
Posterior sententia ualeat: si priori litigatores expresse renunciauerint	360	Priuilegiū iustam causam habebit	Ibid.
Possessorē rei alienæ ad restituendum Civilis & naturalis ratio obligat	151	Priuilegium legē aliquando supplet	Ibid.
Postulationes extra iudicium, nõ sunt actiones	150	Priuilegia tam distat quàm lex specialis à generali	Ibid.
Præiudiciales, non solum censentur actiones, sed & exceptiones, & replicationes, & duplicationes	186	Priuilegium ualitudinario ob necessitatem, egregiæ personæ propter dignitatem cõceditur	318
Præscriptio cessat tempore bellorum	277	Probationū, alia est plena, alia semiplena	219
Præscriptio longissimi tēporis per uocationem in ius interrumpitur	279	Procurator litis si falsus inueniatur, sententia non ualeat ipso iure	362
Præscriptionis significatio latius porrigitur, quàm usucapionis	267	Propter causarum multitudinem, aut iurisdictionis exitum: permittitur Iudici, nõctū dare sententiam	360
Præscriptio non iustificat iniustam possessionē, sed controuersijs uia præcludit	271	Propter instantiæ exitum, Iudex potest nullo postulante dicere sententiam	356
Prætorum autoritas, usq; ud receptam monarchiam semper creuit	160	Pro suo titulus est generalis ad omnes causas acquirendi dominij	269
Princeps malus plus exemplo quàm scelerare obest	38	Protestatio nõ caret effectu, qua actor astringit se tantum ad probationem eorū, quæ necessario sunt probanda	189
Principia naturæ qui ignorat, neq; perfectā iuris Civilis cognitionem assequi	319	Protestatio talis nihil prodest in his, in quibus iuris necessitate probatio requiritur	198
Principij ignoratione tota materies obscuratur A 4. fa.	2	Prouocatio legitima est à sententia lata	321
Principio rudes fuerunt actiones, sine ulla solennitate	154	Puberes possunt testimonium ferre de ijs, quæ impuberes uiderunt	251
Prima & summa naturæ lex est Deum time re & amare A 6. fa.	2	Prouocatio quæ fit unica uoce, est licita	287
Priuatim commodum cedere debet publi-			

I N D E X.

- P**uberes testimoniū dicere possunt in causis ciuilibus post annum XIII. in criminalibus, post XX. 292
- P**ublicatis testium dictis, alij testes non admittuntur regulariter 246
- P**upilli in bonis ueri tutoris, eiusq; qui putores gessit, ceteris creditoribus preferuntur 339
- Q**
- Q**ualitas facti expendenda est, ubi constiterit de eius initio 220
- Q**uatenus aliq; facere possit, ex persona, ex rebus, & ex tēpore, colligitur 182
- Q**uemq; ob sua scelera plecti iustissimum est 43
- Q**uibus ætas, sexus, ualetudo molesta est, ijs adesse oportet 338
- Q**ui appellationis causam non est profecutus, intra annum, priori sententiæ obtemperabit, nisi probauerit legitimum impedimentum 289
- Q**ui bona fide usucepit, actionem habet aduersus uerum dominum, qui forte nactus est rei possessionem 271
- Q**ui Ciuili actione ad solutionem solidam compelli nō possunt, hi nec carcere sunt urgendi 184
- Q**ui iudicij mutandi causa rem litigiosam alienat, conueniri potest intra annum de eo quod interest actoris 285
- Q**ui legem naturæ ignorat iniustus est A 4 fa. 2
- Q**ui possident alieno nomine, nullo tempore præscribunt 275
- Q**ui spōte in se recepit onus probandi q̄ aliās non teneret ei concedenda probatio 238
- Q**uod lege nominatim compræhensum nō est, permittitur Iudici ex æquitatis censura mitigare 225
- Q**uod turpiter datū est Iudici, nec illi nec hę redibus eius ulla usucapiōe adquiri 276
- R**
- R**atio naturalis circumspicit ad distributionem iustitiæ circumstantias 310
- R**atio naturalis obscurata & extenuata est lapsu primi parentis A 4. fa. 2
- R**ecepta contra iuris rationē utilitatis gratia, ad consequentias non producentur 324
- R**econuentio interdum ex natura causæ admittenda est 321
- Rectè dixit Bartol^{us}: Interdicta sub dictis cōtineri 166**
- Rectè uiuendi regulæ homini omnino necessariæ A 4. fa. 1**
- Regno Dei appropinquante nullus Sathanae locus fuit 20**
- Regula una omnes casus non metientur sibi ete 49**
- Reijcit totus articulus, cuius aliqua pars falsa est 107**
- Reipub. se deuouet, qui totum se malis opponit 41**
- Religio Christiana admodum naturæ congruit 11**
- Religione ablata non confisteret inter homines fides 9**
- Religionis uiolatæ iniuriam non habet iustam excusationem pœnæ 24**
- Religio potissima publici iuris pars 26**
- Religiosi & coniugati sese mutuo sine libello conueniunt 210**
- Renunciatio unius, etiam uniuersitatis, ceteris non præiudicat 328**
- Repugnare religioni & naturali iuri idem est B 1. fa. 1**
- Rerum cōmunionem discordia gignitur 53**
- Rerum mutatio periculosa est 42**
- Res bona melius impeditur quàm mala conceditur 41**
- Rescriptum principis quod iniquam pœnā infligit reo, ante XXX. dies nō est exequendum 296**
- Res furtiæ & ui possessæ non queunt usucapi 65**
- Res immobiles ui possessæ, usu non capiuntur 275**
- Respublica præmio & pœna potissimum cōtinetur 36**
- Res sacræ, sanctæ, & publicæ, nō usucapiuntur 276**
- Restitutione in integrū iuuatur, qui probat intra X. menses post dictam sententiā, ad uersarium suum corrupisse Iudicem 287**
- Restitutio non datur propter casum aliquem 317**
- Restitutio uarias ob causas negatur Ibid.**
- Reus ambiguè respondens, sibi ipsi nocet 107**
- Reus est fauorabilior, quando utriusq; partis testes sunt qualitate, fide, & numero pares 262**
- Reus non tenetur nisi in pijs causis instrumenta edere ad actoris intentionem fundandam 331**
- Romani literas & doctos honorarunt 319**
- Rustici**

I N D E X.

Rusticorum priuilegia	324	suo solo facere	65.
S		Si reus conuentus litem cōtestari recuset, lude directò ad contestandam litem, com pellere potest aduersarium	196
Sacerdorum uarietas gentibus fuit pro pter uerbi Dei ignorantiam	19	Simplicitas legum amica	50
Sacerdotibus respōdendi iuris & cōstituen darum religionum facultas fuit	16	Sine actionibus uita humana transigi non potest tranquille	154
Sacrificiū spirituale Deo gratissimū est	24	Sine æquitatis censura, non patet ad ueram iustitiam exitus	223
Sacrilegij & parricidij magna affinitas ē	23	Sine legitimo titulo nulla est iusta posses sio	269
Salute publica deficiente nulli ciui est incolu mitas	33	Sine obligatione nulla est actio	222
Sathanas in angelū lucis transfiguratus mul timode Ethnicis imposuit	17	Sociorum testimonia non admittuntur	250
Scelera ob oculos ponent ut deponant	18	Socius recusans pro portione soluere pecu niā in rem cōmunē necessariò impēsam, amittit post 4. mēses eius dominiū	302
Scripturæ fide dignæ plenè probant	230	Sola responsio ad articulos qui factum con tinent, non potest censeri contestatio	196
Senatores boni educatiōe maxie efficiunt	38	Solennitas actionum duplex fuit, formula rum uidelicet & impetrationum	155
Senatores sententias proferent absq; ulla dif sentione	40	Spiritus paupertas Deo gratissima est	10
Senator integræ uitæ omnino erit	51	Spuriij ex eadem matre sibi succedunt	57
Senatori necessariū rēpublicā noscere	41	Spuriij non succedunt patri	55
Senatus non qualibet de causa molestān dus	39	Statuta Ciuitatum sunt iniqua, quæ appella tionis remedium tollunt	288
S. C. Macedonia. non obstat ei qui filio familiās in subsidium studiorum uel le gationis, dedit mutuam pecuniam	302	Stipulatio priuata nulla est, præterq; cū ser uus dño, fili ^o patri priuatim stipulat	330
Senes, ualitudinarij, &c. regulariter non co guntur dicere testimonium	245	Studiorum gratia peregrinantes cū suis nun cijs à uectigalibus liberi sunt	320
Sententia, continens aliud q̄ fuerit petatum, nihil ualet	356	Studiofi iudicium optionem habent, donec semel elegerint	321
Sententia contrā ius litigatoris lata, appella tionis remedio extinguenda est	347	Studiofis in litibus obseruatu digna Ibidem	
Sententia dicta contra grauiter ægrotātem, nullius momenti est	355	Studiofus signis quibusdam potest cogno sci	320
Sententia eius, qui se putauit iudicem, cum non esset, ipso iure nulla est	349	Stultum est pericula subire q̄ euitari q̄ant	33
Sententia in loco inconsueto dicta, non ua let	361	Substitutio uel cōditio decedentis absq; libe rorū spe, nulla est: nisi in prijs causis sit	333
Sententia ipso iure inualida, nullam mere tur executionem	347	Successio ab intestato ex naturali cognatio ne causam trahēs, triplex est	54
Sententia ipso iure nulla, ea nec sine appella tione procedit	344	Successio legibus non adiuta rejicitur	57
Supplicatio non impedit executionem sen tentiaē	345	Successione ab intestato admittitur quisque pro gradus proximitate	Ibid.
Sententia post instantiam lata, ipso iure non ualet	350	Summum ius & æquitas quanq; differunt, ta men non sunt diuersi generis	224
Sententia, secundum ineptum libellum di cta, non transit in rem iudicatam	356	Superioribus maiores LXX. annorū recte annumerantur	318
Sententia sine expressa condemnatione uel absolutione, irrita est	358	Supplicatione intra X. dies exhibita, cōpelli tur uictor ad satisfationē de restituēdo iu dicato: si fuerit retractanda sentētia	345
Sepulchra q̄ sūptuosa oli facere licuerit	24	Supplicatio offerenda est iudici, q̄ dedit sen tentiaē, uel eius referēdario, ex scripto	345
Seruitutes amittūt X. annis inf p̄sentes	304	Supplicare ab eo Magistratu permittimur, à cuius sententia appellare nō licet	305
Seruitutes discontinuæ, usu nō capiunt	276	Suspectus	
Seruitus constituitur cum quis contra iuris communis regulas permittit aliquid in			

I N D E X.

Suspect ⁹ est testis nimiū amicus producēti, uel capitalis hostis eius aduersario	249	Testes duo, omni exceptione maiores, ple- nē probant	230 & 243
T			
Aliōis pœna nō abs re introducta ē	67	Testes septem non requiruntur ad testatio- nem pietatis gratia	335
Temperādū est à positionib. Iuris	207	Testes singuli singulis repugnantes, suspe- cti sunt	261
Tempestiua denunciatio, non iustificat ini- quam causam belli	292	Testes sunt examinandi sigillatim	258
Templa Christianorum religioni dicata o- ptime priuilegijs honestata sunt	11	Testimonium de auditu alieno interdum ualet	257
Templum Dei & domus, totus mundus est	11	Testis contradicens sibi, reiicitur: nisi incon- tinenti reuocet alterum dictum	261
Temporalem præscriptionē aduersus actio- nē ex maleficio, interrūpit libelli oblatio	11	Testis ex continenti se corrigens à peritio excusatur	200
Temporales actiones, per litisconte- stationem perpetuantur	(179) 303	Testis unus uerisimiliter probat	233. & 243
Temporis est habenda ratio in omnibus ne- gocijs	265	Triennij usucapio sola Iudicis sentētia inter- rumpitur	178
Tempus appellandi non cedit, ante expedi- tam causam inualiditatis	347	Turpe est nos bene uiuendo à Gentib ⁹ esse uictos	18
Tempus non est modus tollendæ obliga- tionis	272	Tyrannis neq; diuturna est neque sc̄licem habet exitum	27
Tempus quod excedit hominum memo- riam, est efficacissima usucapiendi spe- cies	282	V	
Termini agrorum obseruari debent	69	Valetudinarij qui sunt habendi	318
Testamenta plura unius temporis, unā cor- ruunt	335	Vbicunq; locum habent probationes, ibi admittuntur & positiones	201
Testamenta septem testibus adhibitis con- scribi omnia iura requirunt	52	Vbi nulla est obligatio ibi nec competit a- ctio, ubi non est ius agendi, ibi nec iudi- cium	153. in fi.
Testamēti successio ubi locū habet, ibi quæ- stio intestati cessat	57	Veluti Cicero à religiōe XII. tab. leges ex- orsus est, sic Christiani mundanis nego- cijs sepositis primum quærent regnum Dei	9
Testamētum nutu uel notis factum, ad pias causas ualet, aliās non	333	Verborum dubium in iudicio interpretan- dum est contra reum, in pijs causis ali- quando pro reo	336
Testandi liberam uoluntatem sibi nemo po- test præcludere	33	Verba honoris in pijs causis obligant	334
Testatorem in ultima uoluntate ipsummet accersere necessarium est, præterquā in pijs causis	332	Vesani sunt qui Dei uerbo non auscultant	19
Testator in testamento rem quā ad piam causam reliquit, non alienat	333	Veterani qui sunt	323
Testatoris uerba non facile omittenda	335	Veteranorum priuilegia	325. & 326
Testes, aduersario præsentē, iurare debent ueritatem se dicturos	255	Victoria uti quam uincere decentius est	36
Testes absentes, aut euocari debent, aut testi- monia eorum per alium Iudicem cog- nita & sigillata, ad Iudicem causæ remitti	244	Vindicta Dei grauior est hominis pœna	10
Testes ante litem contestatam non audiuntur in causis criminalibus	246	Verbum Dei Christianis loco superstiosæ & ueteris religiōis est, quod si eriperetur nihil præter tenebras restaret	16
Testes contradicentes scripturæ, ipsi præfe- runtur	262	Vis politiz perniciosissimus hostis	41
Testes fateri debent apud Iudicem qualita- tem personarum suarum	259	Vitia oppugnare summæ laudis est	313
		Viuus testis cōtradicēs multis, nihil agit	261
		Volētī soluere, iniquū est actionē dictare	150
		Voluntas humana ratione naturali ad politi- cam uitam dirigitur	310
		Voluntas regetur à ratione iuxta honestatis formam A. 4. fa.	2
		Vota	

I N D E X.

<p>Vota in baptismo præcipua sunt Christiano rum 24</p> <p>Vfucapio in sacris rebus loco caret 25</p> <p>Vfucapio longi tēporis, interrumpitur per litis contestationem 278</p> <p>Vfucapionē oportuit introducere propter publicam tranquillitatem 272</p> <p>Vfucapio non procedit sine iusto titulo & bona fide possidentis rem, quæ ufucapi possit 268</p> <p>Vfucapio tam ad immobilia quam mobilia refertur 267</p>	<p>Vusufructus legatus municipio, durat centū annis 295</p> <p>Vtilis annus uel dies dicitur, quo se contro- uertentes mutuò coram Iudice conueni- re possunt 281</p> <p>Vtilitas à natura separari nequit A 4. fo. 2</p> <p>Vulgò malè intelliguntur uerba Iustini- de interdictis 166</p> <p>Vulneratus, si triduum superuixerit non cen- setur postea ex uulnere obijisse 295</p> <p>Vultus animi est index 255</p>
---	--

F I N I S.

T Y P O G R A P H V S C A N D I D O

L E C T O R I S. D.



VIDEBAR mihi officio meo nonnihil defuturus, si insigne hoc opus ab ipso au-
thore (à quo profecta ingenuis & studiosis ita commēdata esse, ut nequeant ma-
gis, ego tum ex multis alijs, tum uel ex ipsa eorum distractione comperio) reco-
gnitum, denuo sine præcipua diligentia nostræ accessione excuderem. Dupli-
cem ergo hunc indicem adieci. In priore multorum, perutilem tamen φιλομύσειε existi-
mo, consuetudinem sum imitatus. Alterius non ita crebra, quod sciam equidem, exempla
extant. In eum sententias generaliores quasq; conieci huius uoluminis: quod non abs re cō-
cinnatum ex D. Oldendorpij illius scriptis, pridem, & nunc partim, ut ex primo etiam aspe-
ctu deprehendes, euulgatis, hac forma emitti placuit. Huc ergo melioris spei adolescēs ceu
in tabulam (superiore tamen opere gnauiter prius euoluto) prospiciat, ut cætero-
rum tum sine magnò negotio, & admoneatur, & recordetur. Bene inte-
rim strennuè & amice lector ualebis: nostrosq; conatus boni cō-
sulas, tua frugali liberalitate præstiturus, ne ij nobis
incommodent. Vale.

